STANLEY

~~38~~

28

PETRUS NONIS
EPISCOPUS VICENTINUS

1565?

INDEX SVMMARVM, AC CAPITVM LIBRORVM, QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Summa, ac Capita Primi Libri artis Rhetoricæ Aristotelis.

SVMMA LIBRI.

Summa, ac Capita Secundi Libri artis Rhetoricæ.

SVMMA LIBRI.

Summa, ac Capita Tertij libri artis Rhetoricæ.

SVMMA LIBRI.

De ijs, quæ ad dictionem, eloquutionem ve pertinẽt. De partiũ ordine ĩ ipsa oratiõe. 47.A

Capita Paraphrasis Auerrois in libros Rhetoricorum Aristotelis.

CAPITA PRIMI LIBRI.

Tractatus.

Capita Paraphrasis in secũdum Librum Rhetoricorum.

Capita Paraphrasis in tertium librum Rhetoricorum.

Summa ac Capita Libri Rhetoricæ ad Alexandrum Aristotelis.

SVMMA LIBRI.

De

Summa, ac Capita Libri de Poetica Aristotelis.

SVMMA LIBRI.

Capita Paraphrasis Auerrois Cordubensis in librum Poeticæ Aristotelis.

FINIS.

ORNATISS. VIRO HORATIO MALEGVTIO PATRITIO REGIENSI.

CAROLVS SIGONIVS S.

QVANTVM ingenium Aristoteles, quantamque ad res omnes, quæ aliqua doctrinæ laude continerentur, inuestigandas, tradendasque solertiam, atque elegantiã adhibuerit, quanquam nemo est, qui primoribus modo labris diuinos illius artium omnium commentarios degustarit, se non optime nosse profiteatur, vere tamen pauci sunt, qui rectum de re tanta ferre iudiciũ queunt. Plerique enim eorum, qui eiusmodi in studio his temporibus elaborant, ꝙ aut græca non intelligant, aut commodius certe latina percipiant, græcos Aristotelis libros haudquaquam attingunt, ijs vnis delectantur, qui de græcis quoquo modo conuersi sunt. quibus quidem satis constat, ad doctrinam, venustatemque Aristotelicam cognoscendam fingi nihil posse peruersius. siquidem qui scripta Aristotelis latinis adhuc literis expresserunt, ij ferè sententiam quidem vix, nitorem vero, acuméq;, ac breuitatem illam huius philosophi propriam nequaquam consequi potuerunt. nimirum ꝙ eorum alij solis verbis, alij solis sententijs exprimendis intenti non magnopere de vtroque coniungendo officio laborarunt. Etenim qui ea se obstrinxerunt religione, vt singulas voces eodem, quo græce sunt, ordine referrent, atq; quodammodo numerarent, ij se potissimum in illos difficultatum laqueos induxere, vt nõ dicendi solum formulas latinis hominibus inauditas, ac voces plane barbaras adhibere sæpe coacti sint, verum vt ineptum quendam etiam, atq; obscurum, ac prope ferreum scriptorem vbiq; repræsentarint. contra vero qui superstitiosum illud verborum aucupium auersati totos se concipiendæ, atque explicandæ quoquo modo sententiæ dediderunt, ij in eo peccarunt, ꝙ verborũ copia omnia dilatare, atque oratorio numero comprehendere voluerũt. quod vt ipsi assequerentur (neque enim eiusmodi Aristotelis tenuitas ornamenta requirit,) multa interdum omiserunt, nonnulla etiam ad perficiendum, ac prope rotundandum ambitum addiderũt. ex quo factum est, vt ex illorum interpretatione propter nimiã ieiunitatem sæpe nullum, ex horum autem propter luxuriantem vbertatem raro commodum sensum eliciamus. Atque his quidem vitijs cum omnes ferme Aristotelis interpretes sunt affecti, tum maxime, qui adhuc libros illius rhetoricos attigerũt. Etenim neminem paulo elegantiorem inuenias, quin gratiam scribendi Aristotelicam inani verborum varietate, & elatiore quodam spiritu persequatur: neminem item paulo prudentiorem, quin, vt singula verba reddat,

noua aliquot dicendi genera,immo potius fęda quædã latinæ linguę portenta in Aristotelicam disciplinã inducat. quasi vero aut elegans illa Aristotelis, vt ita dicam, siccitas nisi corruptis priscis latinæ orationis formulis apte exprimi, aut exquisita hæc præceptorum grauitas, nisi addendo, demendoq; atq; grandiorem sine ratione numerum aucupando, commode repręsentari non posit. Neq; vero inficias ibo, quin cum omnis interpretandi ratio lubrica, ac difficilis sit, tum hæc ipsa, quam ego in plerisq; desidero, omnium maximis difficultatibus impedita sit. quippe quæ mediam quandã viam ingressa, extrema illa, de quibus dixi, vitiosa, atq; corrupta defugiat. quam laudem nemo vnquã nisi magnis instructus ad intelligendum, agendumq; præsidijs præclare est mea quidem sententia cõsequutus. Veruntamen, quoniam res est præclara, atq; doctorum omniũ studio, & exercitatione dignissima, experietur, si me audiet, vnusquisque, quoad licuerit, quantum in hoc genere aut ingenio consequi, aut diligentia posit. Ac me quidem vt hoc ipsum in tribus præsertim oratorijs eius tentarem hoc tempore, animus impulit: tum vt multorum hoc à me in Patauino, Bononiensiq; gymnasio petentium summis studijs, honestissimisque obsequerer, tum vero, vt consilij, iudicijq; huius de recta interpretandi ratione mei effigiem, si possem, aliquã adumbrarem. sic enim eos verti, vt neque diligentiam priorum in singulis verbis, quoad res pateretur, reddendis, neq; spiritum posteriorum in sententia eo, qui à verbis dabatur, numero concludenda neglexerim: verum vt multum de ridicula illorum superstitione, sic non minimum de periculosa horum in conuertẽdo libertate detraxerim, ac vetere demum latinorum in dicẽdo, quoad eius fieri potuit, consuetudine conseruata, non sensa solum, sed verba etiam summi rhetoris referre cum aliqua breuitatis, & cuiusdam quasi in disputando sobrietatis eius æmulatione conatus sim. Fecit autem cum summum meum erga te studium, præstantiss. vir Horati, tum præcipuum quoddã de te iudicium, vt meæ huius, quæcunq; sit, lucubrationis opus voluerim in tuo potissimum nomine diuulgari. Etenim si tribuendũ amori in eiusmodi re fuit aliquid, quem potius hoc munere ornarem, quàm te ipsum, quo neminem iampridem habeo, aut amicitię vetustate coniunctiorem, aut animi erga me propensione superiorem? si virtuti, ea primum nobilitas tua est, vt maximo quoq; honore dignissimus videaris: ea porro doctrina, vt de toto hoc genere vnus præter cęteros posis optime iudicare. cum præsertim satis constet, te cum domi tuæ familiæ vetustate; ac maiorum dignitate florere, tum ab ineunte ætate nõ in tota solum philosophia magna cum ingenij laude versatum esse, verum, quod raro contingere solet, singularem quandam etiam interiorum harum literarum notitiam adiunxisse.

Vale. Bononiæ, Idib. Septemb. M D L X V.

ARISTOTELIS ARTIS RHETORICÆ

Carolo Sigonio Interprete,

LIBER PRIMVS.

SVMMA LIBRI.

De Rhetorices cum Dialectica, conuenientia, eius vtilitate, essentia, subiecto, ac instrumentis. De triplici Rhetorices, Causarumve generibus, ipsorum finibus, circa quæ vnumquodq; versetur, ac quibus vtatur, exquisita enarratio.

B E

De eisdem Rhetoricam, ac Dialecticam esse. Eos qui de Rhetorica ante Aristotelem scripserunt, defectuose, ac non recte scripsisse. Quæ sit ipsius vtilitas. Cap. I.

Rhetoricã arté eẽ.

RHetorica respõdet dialecticæ. ambæ enim de eiusmodi quibusdam rebus sunt, quę communes, quodã C modo, sunt omnium ad cognoscendum, nec vllius scientiæ definitæ. itaq; oẽs vtriusq; quodãmodo participes sunt. siquidem oẽs quadam tenus & exquirere, ac quæstionem tueri, & defendere, atque accusare conantur. Ac ex vulgari quidem multitudine alij temere hæc faciunt, alij propter consuetudinẽ ab habitu. quũ autem vtroq; modo contingit, profecto eadem etiã conficere ratione, & via licebit. quãobrẽ enim consequuntur, quod volunt tũ qui consuetudine dicũt, tum qui casu, causam perscrutari licet. id quod demum oẽs artis munus eẽ cõcesserint.

Artẽ rhetoricã ab alijs impfecte traditã esse.

Ac qui artem quidem hoc tẽpore orationũ componunt, exiguam eius particulam tradiderunt. quia solæ fides artificiosæ, reliqua vero additamenta sunt. F at hi de enthymematib⁹, quod corpus est fidei, nihil dicunt, de ijs vero, quæ sunt extra rẽ, plurima tradunt. siquidem criminatio, & misericordia, & ira, & eiusmodi affectus animi non de re sunt, verum ad iudicem referuntur. Quare si in oĩbus esset iudicijs, perinde ac in nunnullis nunc est ciuitatibus, & præsertim bene constitutis, nihil haberent, quod dicerẽt. omnes enim partim censent, ita leges oportere iubere, partim vero ẽt obseruant,

G uant, & prohibent, extra rem dicere: quemadmodum ẽt in Areopago: recte ita statuentes, neque enim iudicem distorquere oportet, ad iram impellendo, aut inuidiam, aut misericordiam: quia perinde est, ac si quis regulam, qua vsurus est, torqueat. præterea vero perspicuum est, cõtrouersantis nihil esse, prẹterquam ostendere, rem esse, aut non esse, aut factam aut non factam esse: magna vero, an parua, aut iusta, an iniusta sit, quæ legislator nõ
H enodauit, ipsum nimirum iudicem oportere cognoscere, neq; à controuersantibus discere. Ac maxime quidẽ cõuenit, recte cõditas leges oĩa, quæcunq; pñt, ipsas decidere, & q̃ paucissima ĳs, qui iudicant, permittere: primum, quia vnum nancisci, & paucos facilius est, q̃ multos, q recte sentiãt, & possint leges cõdere, & ius constituere: deinde legum lationes longa prouisiõe animi fiunt, iudicia vero derepẽte, vt difficile sit, eos, qui iudicãt
I iustum, ac vtile recte reddere: quod autẽ omnium maximum est, quia legislatoris iudiciũ nõ de parte, neq; de prẹsentibus, sed de futuris, & de toto est, concio vero, & iudex de præsentib9 iã, ac certis iudicant: quibus cum & amor demum, & odiũ, & proprium commodũ coniunctum est sæpenumero, vt veritatem ꝑspicere amplius nequeãt, sed iudicio propria voluptas, aut dolor officiat. Ac aliarum quidẽ rerum, quemadmodum dicimus, K
q̃ paucissimarum cõstituere dominũ iudicatorem oportet: factũ vero sit, an non factum, futurum, an non futurum, sit, an nõ sit, iudicatoribus permittere necesse est: neq;.n. vt ea legislator ꝓuideat fieri põt. Quæ si ita habent, sane perspicuum ẽ, q̃ sunt extra rem, eos tradere, qui cętera persequunť, vt quid oporteat procemium, aut narrationẽ habere, atq; vnanquamq; partium aliarũ: quia nihil in ĳs ꝑcipiunt aliud, q̃ quo pacto cuiusdã modi iudicatorem efficiãt, artificio L
sas vero fides haudquaquam attingunt, hoc est, vnde aliquis enthymematicus erit. Ob hãc.n. cãm cum eadem ratio, ac via cõcionum, iudiciorumq; sit, cũq; pulchrior, & ciuilior concionũ tractatio sit, q̃ contractuũ, de illa quidem nihil loquunť, de litigando vero præcipere oẽs conãtur: quia minus suppetit, quę extra rem sunt, in concionibus dicere, & minus malitiosa iuris disputatione concio est, sed cõior. M
hic.n. iudicator proprĳs de reb9 iudicat, ita vt nihil aliud op9 sit, q̃ demonstrare, ita se habere, vt ait ille, qui cõsulit: in iudicĳs vero non est hoc satis, sed præstat, auditorem arripere, quia de alienis rebus iudicium est. quo fit, vt ad se referentes, & ad gratiã audientes cõtrouersantibus largiantur, non autem iudicent. itaque multis in locis, vt modo dixi, lex extra rem dicere prohibet,

A bet, ibi vero iudicatores ipsi hoc custodiunt satis. Qm aut artificiosam methodu circa fides versari perspicuum est, fides vero demonstratio quędam est (tu enim fidem habemus maxime, cum demonstratum esse opinamur) est autem oratoria demonstratio enthymema, atq; hoc, vt simpliciter dicam, fides est nulla potentior, enthymema vero sylls est quidã, de syllogismo vero æque omni videre, dialecticæ est, aut ipsius totius, aut partis alicuius: profecto qui maxime B pōt videre, ex quibus, & quo modo fiat syllogismus, hic etiã enthymematicus erit maxime, cum assumpserit, in quibusque versentur enthymemata, & quẽ admodum à logicis differant syllogismis. etenim verum, & simile vero eiusdem est facultatis videre. quin & homines ad verum à natura facti sunt satis, & plerũque veritatem assequũtur. itaq; ad probabilia conijcienda aptũ C esse eius est, qui ad conijciendã etiam veritatem est aptus. Ac quemadmodum quidẽ cæteri, & quæ sunt extra rem, ad artem reuocẽt, & quare potius ad iuris disputationẽ deflexerint, patet.

Rhetoricã vtilẽ esse. Vtilis autem est rhetorica, qꝫ vera, & iusta natura meliora sũt q̃ contraria, vsque adeo vt nisi, prout conuenit, iudicia fiant, ex ipsis superari necesse sit. id quod reprehensione dignum est. deinde vero cum nõnullis, neq; si exquisitissimam habeamus scientiam, facile est ab illa persuadere D loquendo: est enim doctrinæ ea, quæ refertur ad scientiam, ratio. hoc autem effici non pōt. immo ex cõibus fides, rationesq; ducere necesse est, perinde vt in Topicis de colloquijs cũ vulgari multitudine diximꝰ. præterea vero contrarias res posse persuadere, non aliter, atque in syllogismis, oportet: non vt faciamus vtrunque, (neq; enim prauas persuadere debemus) sed ne lateat, quo modo se habeat, & vt aliũ rõnibus his iniuste vtẽtem refutare E possimus. ac aliarum quidẽ artium nulla contrarias res syllo concludit, sed dialectica, & rhetorica solæ hoc faciunt: qa peræque sunt ambæ contrariorum. subiectæ tamen res non eodem modo se habent, sed semꝑ veræ, & meliores natura facilius syllo concludi, meliusque persuaderi pñt, vt simpliciter dicã. ad hæc absurdum est, si turpe sit, nõ posse sibi corpore subuenire: orone vero non sit turpe, quæ magis F hoĩs propria est, q̃ corporis vsꝰ. Quòd si quia valde nocuerit, q eiusmodi rationum facultate iniuste vtatur: & hoc cõe est aduersus omnia bona præter virtutem, & maxime aduersus ea, q̃ vtilissima sunt, vt robur, valetudinem, diuitias, rei militaris sciẽtiam. hac. n. aliquis proderit plurimum, si vtatur iuste, & nocuerit, si iniuste. Ac nõ esse quidem vnius cuiusdam generis definiti rhetoricã, sed ꝑinde ac dialecticam,

G cam, eamq; vtilem esse, perspicuum est: neq; fidem facere munus eius esse, sed videre, q̄ in quaque re ad fidem idonea, siue persuasibilia insint quemadmodũ & in aliĳs artibus oĩbus. neque enim medicinæ est, sanum facere, sed quatenus fieri põt, eaten⁹ perducere: quippe cum & qui non possunt sanitatem cõsequi, liceat tamen curare recte: ad hęc vero eiusdem esse, videre & persuasibile, & quod videtur persuasibile, perinde ac in dialecti-
H ca syllogismum, & qui videtur syllogismus. neque enim sophisticus est in facultate, sed in prælectiõe: verum hic quidẽ vnus erit ex scientia, alter vero ex p̄electione, orator: ibi vero sophista quidem ex prælectione, dialecticus autem nõ ex prȩlectione, verum ex facultate.

Rhetoricácẽ facultatẽ vidẽdi qđ idoneũ sit ad fidem.

Nunc vero de hac methodo demus operam, vt & quo modo & ex quibus proposita conseq poterimus, exponamus. Tanq; igitur de integro ordientes, reli-
I qua, definito, quid ipsa sit, exequamur.

Quid sit Rhetorica, quod eius subiectum, quomodo se ad Dialecticam habeat, & ex quibus rebus principalibus oratio conficiatur. Cap. 2.

SIt ergo Rhetorica facultas videndi, quod in quaque re ad fidẽ idoneum esse contingit. hoc enim nullius alterius est artis munus, quia aliarũ vnaquęque circa id, quod ipsi subiectum est, docendi vim, ac p̄suadendi exercet: vt medicina circa sanabile, & morbosũ, & geometria circa affectus, qui accidunt magnitudinibus, & arithmetica circa numerũ, similiterq; reliquæ ẽt artes, ac scientiæ, rhetorica vero de re data, vt ita dicam, existimatur posse persuasibile commentari. quo fit, vt eam circa aliquod genus proprium definitam vim artis exercere negemus. K

Fidẽ vnã esse artificiosam, alterá expertẽ artis.

Fides autem aliæ carentes arte sunt, aliæ artificiosæ. carẽtia vero arte voco, quæ nos non pe- L perimus, sed ante erãt, vt testes, qõnes, syngraphę, & q̄ sũt generis eiusmodi. artificiosa vero dico, quæ per artem, & per nos parere possum⁹. quo fit, vt illis q̄dẽ vti, hęc vero ĩuenire debeamus.

Fides artificiosas eẽ demõstrationẽ, affect⁹, & mores.

Fides autem, q̄ rõne patiunť, in tres species diuiduntur. nam aliæ sunt in moribus eius, q dicit, aliæ in eo, vt aliquo modo afficiatur ille, qui audit, aliæ in ipsa ratione, propterea quia demonstrant, aut demonstrare vi- M dentur. Ac propter mores quidem: quoties ita dicta fuerit oratio, vt fide dignum reddat eum, qui dicit: ꝓbis enim assentimur vehementius, ac citius, cum in omnibus quidem rebus simpliciter, tum vero in quibus certi nihil est, verum ambigitur, etiã vtique. verum oportet, hoc etiã ope orationis vsuuenire, non autem, quia anticipatum opinione sit, cuiusdam modi eum esse, qui dicit: neque enim, perinde

ac

A ac nonnulli dicendi artifices dicentis probitatem in Arte posuerũt, quasi mores ad fidei vim nihil proficiant, sed potentissimam propemodum, vt ita dicã, fidem obtinent: propter auditores autem: quando ad affectum ab oratione compulsi sint: neq; enim eodem modo iudicia facimus dolentes, ac gaudentes, aut amantes, ac odio inflammati. qua de re vel sola conari tradere, qui de dicẽdi arte nunc scribunt, asserimus. atque hæc qui-
B dem singillatim explanabũtur, tum cum de affectib⁹ disputabimus: propter rationes autem assentiuntur, cum verum, aut q̃d videtur, ostẽderimus ex ĳs, quæ in quaque re sint, ad fidem accommodatis. Quoniam igitur fides per hæc fiunt, perspicuum est, tria hæc consequi eius esse, qui concludere syllogismo possit, & qui perscrutari mores, ac virtutes, & tertio loco qui, affectus, quidq; singuli sint, & qua-
C les nam, & ex quibus excitentur, & quo pacto. Ex quo efficitur, rhetoricam quasi agnatum quiddam esse dialectices, & particulam eius, quæ de moribus est, disputationis, quam par est appellare politicam. itaque suscipit personam politicæ & rhetorica, & ĳ, qui sibi hanc vindicant, partim propter inscitiam, partim propter arrogãtiam, partim propter alias etiam causas humanas. est enim particula q̃dam dialectiçes, & similitudo, quemadmodum initio dixim⁹. D neutra enim earum de aliqua re definita scientia est, quo pacto se habeat, sed parandarum rationum quædam facultates. Ac de vi quidem earum, & quo modo inter se affectæ sint, ferme disputatum est satis.

Demõstratione oratoriã enthymemate, & exẽplo fieri: & q̃d eorũ vtrunque sit.

Quæ vero fides aut demonstrando, aut speciem demonstrationis afferendo fiunt, vt in dialecticis vna est inductio, altera syllogismus, alia, is qui speciem præ se fert syllogismi, item hic eodem modo. est enim exẽ- E plum inductio, enthymema vero syllogismus. voco autem enthymema oratorium syllogismum, exemplum vero inductionem oratoriam. omnes autẽ demonstrando fidem faciunt, aut exempla, aut enthymemata proferentes, & pręter ea quodammodo nihil. Quare si omnĩno necesse est, vt syllogismo, aut inductione quodcunq;, aut quẽcunque demonstremus (quod nobis liquet ex Analyticis) vtrũque eorum cum vtroq; horum F idem esse necesse est. Quid vero inter exemplum, & enthymema intersit, declaratur ex Topicis. ibi enim de syllogismo, & inductione ante dictum est, nempe, cum in multis, & similib⁹ ita se habere ostenditur, ibi quidem inductionem esse, hic vero exemplum. Neque vero dubium est, quin vtrunque bonum species quoque rhetoricę habeat. Si quidem perinde in his se res haber,

ac

G ac in Methodicis dictum est. At vero quibusdam existentibus, ex ijs effici aliud quid præter ea, quia ea sint, aut in totũ, aut plerunque, ibi quidem syllogismũ, hic vero enthymema vocari, sũt enim oratoriæ dictiones alię exẽplares, aliæ enthymematicæ, itẽque oratores alij exẽplares, alij enthymematici. nec vero minus ad fidẽ appositæ sunt orones, q̃ exẽplis, sed vehemẽti⁹ ꝑturbãt enthymematicæ. cãm vero eorum, & quo modo vtroqꝫ vtenH dũ sit, post dicemus. nũc de his ipsis apertius explicemus.

Quæ sit materia, & forma enthymematis.

Quoniam enim persuasibile est alicui persuasibile, atqꝫ vnum quidem statim est ex se persuasibile, & credibile, alterum vero, quia ex talibus demonstratũ videtur esse: nulla vero ars intendit singulare, vt medicina, quod Socrati salubre sit, aut Calliæ, sed quod tali, aut talibus, (hoc enim est artificiosum, singulare autem infinitum est, & scientia comprehendi non potest:) sane I nec rhetorica singulare probabile contemplabitur, vt quod Socrati, aut Hippiæ, sed quod talibus, ꝑinde ac dialectica. etenim illa syllogismum colligit non ex quibuslibet (vidẽtur enim quędam etiam delyrantibus,) sed illa quidem ex ĳs, quę rationem desiderant: rhetorica vero ex ĳs, quæ in consultationem cadere solent. Est autem munus eius & de rebus eiusmodi, de quibus consultamus, & artes non habemus, & inter eiusmodi auditores, qui non permulta contueri, neque altius perspicere possint. consultamus autem de ĳs, quæ in vtrunque modum se videntur habere. nam de ĳs, quæ nequeunt aliter aut facta, aut futura esse, aut se habere, consultat nemo, cum ita opinatur. neque enim aliter, quàm ita, potest suadere. Licet autem syllogismo concludere, & colligere alia quidem ex ĳs, quæ syllogismo ante conclusa sunt, alia vero ex ĳs, quæ syllogismo non sunt conclusa illa quidem, verum syllogismum desiderant, L quia non sunt probabilia: necesse est autem ex his illud nos commode assequi non posse propter longitudinem (iudicator enim ponitur esse rudis) hæc vero nõ esse persuasibilia, quia nõ ex confessis, neque probabilibus sunt. Quare necesse est, & enthymema, & exẽplum de ĳs esse, quæ euenire possunt, ita vt sæpe etiam se habeant aliter: vt exemplum quidem inductio, en M thymema vero syllogismus sit. & ex paucis, & sępenumero paucioribus, quàm ex quibus primus syllogismus existit. Si quid enim horum fuerit notum, non est opus exponere. ipse enim id adiũgit auditor. exempli gratia, quòd Dorieus ludis coronarĳs vicerit, satis est dicere, quia vicit Olympia. coronarios autem ludos eẽ Olympia, adiũges e nihil attinet, quia notũ est oĩbus.

Quoniã

Enthymema ex verisimilib⁹, et signis cõstare, & qd eorũ vtrunq; sit.

A Quoniam autem pauca sunt necessaria, ex quib⁹ oratorij syllogismi existunt: pleraq; enim, de quibus iudicia, & deliberationes sunt, possunt etiam aliter se habere: quæ enim agunt, de ijs etiam consultant, & commẽtantur: quæ vero aguntur, omnia eiusmodi sunt, & nihil horum, prope dixerim, est ex necessitate: quæ vero plerunq; accidunt, & eueniunt, ex eiusmodi alijs concludantur, necesse est, necessaria vero ex necessarijs, B quod nobis liquet ex Analyticis: sane dubium non est, quin ex quibus enthymemata ducuntur, alia necessaria futura sint, plurima vero plerunq;. ducunt̃ eñ enthymemata ex verisimilibus, & signis, adeo vt vtrunque eorum idem esse cum horum vtroq;, necesse sit. Verisimile.n. est, quod plerunque fit, non simpliciter tamen, vt definiũt quidam, sed quod in ijs rebus, quæ aliter se habere possunt, ita se habet ad id, cui est verisimile, vt C quod est in toto ad id, quod est in parte. Signorum autem vnũ ita se habet, vt singularium aliquod ad vniuersale, alterum vero vt vniuersale aliquod ad particulare. horum vero quod necessarium est, tecmerium, quod non necessarium, caret nomine, quo distinguatur. Ac necessaria quidem dico, ex quibus conficitur syllogismus. itaque tecmerium signum eiusmodi est: quia cum solui non posse, quod dictũ est, arbitrantur, tum allatum es- D se tecmerium arbitrantur, quasi demonstratum, ac terminatum sit. tecmar enim, et terminus prisca lingua idem valent. signorũ autem vnũ est, vt singulare ad vniuersale, perinde vt siquis diceret, signum esse, ꝙ sapiẽtes iusti sint, quia Socrates sapiẽs fuit, & iustus. atque hoc quidem signum est. solui autẽ potest, quãuis quod dicitur verum sit, quia syllogismo concludi nõ potest. Alterum vero, vt siquis diceret, signum esse, ꝙ ægrotet, quia febri laborat: aut ꝙ peperit, quia E lac habet, necessarium est. atque ex signis solum tecmerium est. solum enim, si verum sit, insolubile est. Tertium vero, vt vniuersale ad ꝑticulare se habet. vt siquis dicat, ꝙ febri laboret, signum esse, quia frequenter anhelet. solui autem & hoc potest, quanuis sit verum. fit enim, vt & qui febri non laborat, anhelet. Ac quid quidem verisimile sit, & quid signum, & tecmeriũ, & quid ĩter ea intersit, nũc quo- F que expositum est. dilucidius autem & de his, & propter quã causam alia syllogismo concludi nequeant, alia vero cõcludantur, in Analyticis disputatũ est.

Quæ sit mã, & forma exempli.

Exemplum aũt inductionem esse, & cuiusmodi in rebus inductio, diximus. est autem neq; vt pars ad totũ, neque vt totum ad partem, neq; vt totum ad totũ, sed vt pars ad partẽ, simile ad simile, quoties vtrunq; fuerit sub

G eodē genere, alterum vero altero notius sit. veluti, ꝙ Dionysius affectabat tyrannidem, cum po stulabat custodes, quia & Pisistratus antea affectans postulauit custodes, eosq; adeptus tyrānidem occupauit: & Theagenes Megaris, & alij, quoscunq; sciūt, exemplum omnes fiunt Dionysij, de quo nondum sciunt, propterea ne postulet. hæc aūt omnia huic vniuersali subijciūtur: qui affectet tyrannidem custodes postulare. Ac ex quibus quidem ducantur quæ ad demon-
H strandum appositæ fides videntur, expositum est.

Verisimilia, & signa duci tūex ꝓprijs ꝓpōnibus, tū ex locis cōib⁹.

Enthymematum autē magna differentia est, eaq; omnes ferme maxime latet, quæ in dialectica quoq; ratione syllogismorū versatur. alia enim eorum in rhetorica, perinde atque in dialectica quoque ratione syllogismorū, existunt, alia vero in alijs artib⁹, & facultatibus, partim quidem extantibus, partim vero nondū compertis. quocirca latent audi-
I tores, & qui commodius illa attingunt, à se ipsis recedunt. Erit autem apertius quod dicitur, si pluribus exponetur. dico autem dialecticos, & oratorios syllogismos esse, de quibus locos dicimus: hi vero sunt, qui communiter de iustis, & naturalibus, & de ciuilibus, & de multis specie differentibus sunt, vt maioris, et minoris locus. neq;.n. ex hoc licebit syllogismum colligere, aut enthymema proferre de iustis potius, quàm de naturalibus, K
aut quacunque de re. atqui hæc specie differunt. Propria vero q̄ ex propositionibus existūt, quę in vnaquaque specie, genereq; versantur. vt, de naturalib⁹ sunt propositiones, ex quibus neque enthymema, neque syllogismus est de moralibus. itemq; de his aliæ, ex quibus non erit de naturalibus. eodēq; modo hoc se habet in omnibus. Et illa quidem nullo in genere prudentem efficient, quia in nulla re subiecta L
versantur: hæc vero quo quis in propositiones meliora selegerit, clam aliam scientiam à dialectica, & rhetorica fecerit. etenim si in principia inciderit, non amplius dialectica, et rhetorica, sed illa demum erit, cuius prīcipia tenet. maxima vero pars enthymematum ex his formis elicit, quæ in parte sunt, & propriæ, minor vero ex communibus. Vt ergo in Topicis, item hic distinguendæ sunt enthymematū formæ, lociq;, ex quibus est assumē-
M dum. dico autem formas, proprias in vnoquoq; genere ꝓpositiones, locos vero, ęque omniū communes. Ac prius quidem de formis doceamus: verum genera rhetoricæ primum arripiamus, vt posteaquā quàm multa ipsa sint, tradiderimus, de his separatim elementa, ac propositiones arripiamus.

De

Prop ias appōe du ini- ci ex triū bus um gene rhetoricę delibera- tiuo, iudi ciali, de- mōstrati- uo, & qd eorū fin- gula fint.

A *De tribus Rhetoricæ seu causarum generibus, & finibus ipsorum.* Cap. 3.

CÆterum formæ rhetoricæ tres sunt, quia tot ēt sunt auditores orationū. Constat enim ex tribus oratio, ex eo, qui dicit, & re, de qua dicit, & eo, ad quem. finisq; ad hunc, auditorem inquam, refertur. Necesse est aūt, vt auditor aut spectator sit, aut iudicator: iudicator vero aut rerum præteritarū, aut futurarum. est autem qui de rebus futuris iudicat, vt concio, B qui vero de præteritis, vt iudex, qui vero de facultate, spectator. quare ex necessitate tria sunt genera orationum rhetoricarum, deliberatiuū, iudiciale, demonstratiuū. deliberatiōis vero vnū est adhortatio, alterum dehortatio, quia semp & qui priuatim suadent, & qui publice cū populo agunt, alterum horū efficiūt: iudicij vero vnū accusatio, alterum defensio, quia horū alterū facere necesse est eos, qui cōtro uersantur: demonstratiui vero C vnū laus, alterū vituperatio. At vero tēpora cuiusq; horū sunt, suasori quidē futurū, quia de futuris suadet, qui aut hortat̃, aut dehortat̃: litiganti vero præteritum: quia de factis semp alter accusat, alter defendit: demonstratiuo vero pręsens aptissimū est illud quidem: qm̃ ex ijs, q̃ insunt, laudant, aut vituperāt oēs, assumunt tñ sæpe etiam præterita, recordātes, & futura, augurantes. Finis autem horum vnicuique diuersus est, & trib⁹ qui- D dem triplex. suasori vtile, & inutile, quia suasor tanquam meli⁹ suadet, dehortator tanquā deterius dehortatur, reliqua vero ad hoc simul assumit, aut iustū, aut iniustum, aut honestum, aut turpe: litigātibus iustū, & iniustū, reliqua vero ad hęc & isti simul assumunt: laudantibus, ac vituperantibus, honestum, ac turpe, alia vero & isti ad hæc referunt. Esse autē vnicuiq; eum, quē diximus, finem, signum est, q; cæteris de rebus aliquando nō diſceptabunt: vt litigator, nō esse E factum, aut non nocuisse: at iniuste fecisse, nunquā confitebitur: neq; enim iudicio opus esset. similiter vero qui suadent, cętera sæpenumero abijciunt, se vero inutilia suadere, aut ab vtilibus deterrere haudquaquam concederent. vtrum autem iniustum sit, vicinos in seruitutem adducere etiam nullam iniuriam inferentes, sæpenumero non considerant. Similiter vero & qui laudant, & qui vituperant, vtilesne res, an inutiles fecerit, non at- F tendunt, verum in laude sæpe ēt ponunt, q; proprio neglecto cōmodo honesti aliquid gesserit. veluti Achillem laudant, q; Patroclo sodali opitulatus sit, cūm sibi moriēdum esse intelligeret, ac viuere liceret. at eiusmodi mors illi honestior, vita vero vtilis fuit. Ex his autē, quæ dicta sunt, apparet, primum de his rebus propōnes necessario esse habendas:

G bendas: quia tecmeria, & verisimilia, & signa ꝓpõnes sunt oratoriæ. nã oĩno syllogismus ex ꝓpõnibus cõstat, enthymema vero syllogismus est, ex ijs, quas diximus, propõnibus cõstitutus.

Præter ꝓpõnes ꝓprias etiã cões esse tenẽdas.

Qm̃ aũt impossibilia gesta esse, aut gestũ iri non possunt, sed possibilia, & quæ gesta nõ sunt, aut non erunt, ea aut gesta esse, aut gestum iri non possunt, necesse est, vt & suasor, & litigator & demonstrator propõnes habeant de possibili, & impossibi H li, & an factum sit, necne, & an erit, nec ne. Iã vero qm̃ omnes et qui laudant, atq; vituperant, & qui adhortantur, atq; dehortantur, & qui accusant, atq; defendũt, nõ solũ q̃ dicta sunt, demonstrare conant̃, sed ẽt magnũ esse, aut paruum quod aut bonũ est, aut malum, aut honestũ, aut turpe, aut iustũ, aut iniustũ, aut per se proferentes, aut contra inter se cõparãtes: sane dubiũ non ẽ, quin & de magnitudine, ac par I uitate, & maiori, ac minori, & ĩ vniuersum, & de vnoquoq; propõnes habere oportuerit: vt qđnam maius bonum sit, aut minus, aut iniuria, aut ius. similiterq; de cęteris. Ac de ijs quidẽ, quorũ necessario sunt cõparandæ propõnes, dixim⁹. deinceps vero de vnoquoque horũ separatim est disserendũ: nempe de q́bus suasio, & de quibus demõstratiuæ orationes, tertio vero loco de quibus iudicia sint.

De quibus deliberatio esse soleat. Cap. 4. K

Quinque potissimũ de reb⁹ in gñe deliberatiuo cõsiliũ agitari.

Ac primum quidẽ sumendũ est, quibus de bonis, aut malis suasor suadeat. siquidẽ non de oĩbus, sed de ijs, quæ & fuisse, & non fuisse contingit: q̃ vero ex necessitate aut sunt, aut erunt, aut esse non põt, quin sint, aut fuerint, de his suasio nulla est: neq; vero de contingentibus oĩbus, (sunt. n. quædã bona, quæ & natura, & à fortuna sunt, ex ijs, quæ contingit, vt sint, & non, de quibus non est ꝓ L cliue consilium) verùm de ijs nimirum, de quibus est consultatio. eiusmodi vero sunt, quæ naturã habent, vt ad nos referant̃, & quorum principiũ originis ẽ in nobis: eatenus enim consideramus, quoad inueniamus, administrarine à nobis possint, an non possint. Ac singula quidem diligenter enumerare, & in formas ea digerere, de quibus soliti sunt agere, itẽq; quoad fieri põt de ijs ad veritatẽ disserere, in p̃senti conari non attinet, qa rhe- M toricæ non est artis, sed prudentioris, & verioris, & quia multo plura ei nunc etiam sunt tributa, quàm propria contemplatio ferat. quod enim supra etiam diximus, verũ est rhetoricã cõstare tum ex Analytica scĩa, tum ex Politica, q̃ de moribus est: similẽ aũt esse partim dialecticę, partim sophisticis rõnib⁹. ꝙ siquis aut dialecticam, aut hanc, nõ vt facultates, sed vt scĩas ornare conet̃,

A neq̃, clam naturã earum euertet,
dum afferendis ornamentis trã-
sibit ad sciẽtias subiectarũ qua-
rundã rerum, non autẽ dũtaxat
rõnum. Veruntñ quæcunq; prõ
pta sunt ad explicandum, ac lo-
cum præterea meditandi sciẽ ci
uili relinquunt, nunc etiã expo-
namus. Etenim ea, de quib⁹ oẽs
deliberant, & de quibus suaso-
res loquunt̃, q̃ maxima, fermè
quinque numero sunt, hoc est de
parãdis pecuniis, & bello, ac pa
B ce, itẽ de custodia regionis, & iis
rebus, quæ inuehunt̃, & euehun
tur, legibusq; instituendis. Ergo
qui de parandis pecuniis consi-
lium daturus est, vectigalia ciui
tatis nosse debebit, quæ, & quã-
ta sint: vt si quod desit, adiunga
tur, & si quod minus sit, augeat̃:
item sumptus ciuitatis omnes:
vt si quis sit superuacaneus, tolla
tur, & si quis maior, imminuat̃:
quia non solum iis, quæ adsunt,
addendo, locupletiores euadũt:
sed etiam de sumptibus detra-
hendo. hæc aũt non solũ ex pri-
C uatorum negociorũ vsu intelli-
gere possumus, verum eorũ ẽt,
quæ apud alios inuenta sunt, hi
storicum esse ad horum consiliũ
est necesse. De bello autẽ, & pa-
ce, copias nosse ciuitatis, et quã-
tæ iam adsint, & quãtæ possint
adesse, & quales sint, quę adsint,
& si quæ possint accedere: itẽq;
bella quomodo, & quę bellarit:
neq; vero suę solum ciuitatis, sed
etiam finitimorum has res nosse
necesse est: aut etiam quibus cũ
gloriosum sit, bellum gerere: vt D
cum potentioribus pax habeat̃,
cum inferioribus bellum gerere
in sua potestate positũ sit: & co-
pias, vtrum similes, an dissimi-
les: quia fieri põt, vt ea quoque
ex parte, superiore, aut inferiore
conditione simus. est autem ne-
cesse, earum etiam rerum causa
non domestica solum bella, sed
ẽt aliena notasse, quem euentũ
habuerint: quia natura cõpara-
tum est, vt similia ex similib⁹ o-
riant̃. Iã vero de custodia regio-
nis, non ignorare, quo pacto cu-
stodiatur, sed & multitudinem E
nosse custodũ, & formam, & lo-
ca præsidiorum. quod facere nõ
põt, nisi qui peritus est regiõis:
vt &, si minor custodia sit, augea
tur, & si qua superuacanea, mi-
nuatur, & opportuna loca poti⁹
tueantur. Præterea vero de an-
nona, quanta in sumptum satis
sit ciuitati, & qualis sit, q̃ ibi na
scit̃, & q̃ inuehit̃, & quarum re-
rum exportationis, & quarũ im
portationis indigeant: vt cũ his F
& fœdera, & pactiones fiãt. duo
rum. n. ne in offensionem incur-
rant ciues, prouidere necesse ẽ,
& qui potẽtiores, & qui ad hęc
vtiles sint. Ad incolumitatẽ aũt
cum hæc omnia perspicere pos-
se necesse est, tum non minimũ
est, de legum institutione cogno
scere. est enim sita ciuitatis salus
in legibus. quare necessarium ẽ,
scire, quæ sint formę rerũpubli-
carũ, & quales vnicuiq; prosint
& à q̃b⁹ euerti natura sua q̃ant,

G tum reip. proprijs, tum contrarijs. dico autẽ euerti à proprijs, quia p̃ter optimam rempu. aliæ oẽs & remittendo, & intendendo labefectant. vt populi dñat⁹ nõ remittendo solũ imbecillior euadit, vt ad extremum ad paucorum imperium peruenturus sit, sed ẽt nimium intendendo. vt etiam grypitas, & simitas nõ solum, dum remittunt, ad mediũ tendunt, sed etiam, cum nimiũ grypa, aut sima fiunt, ita nasum H afficiunt, vt ne nares quidem esse videant. Proficit autẽ ad leges instituendas, non solum, q̃ reip. vtilis sit, in præteritas intuendo cognoscere, sed ẽt alienas, quales qualibus conueniant, nõ ignorare. ex quo perspicuum est, ad legum lationẽ ambitus terræ valere, quia hinc gentium leges cõsequi licet, ad ciuilia vero consilia eorum, qui res gestas scriptis prodiderunt, historias. quæ oĩa politicæ, non rhetoricæ op⁹ sũt. Ac q̃ quidẽ tenere, qui suasurus I est, debet, q̃ maxima, tã multa.

Proprias p̃pones i deliberãdo duci ex beatitudine, & p tibus ei⁹.

Ex quibus vero & de his, & de alijs adhortari, aut dehortari debet, deinde dicamus.

De deliberantium fine, Felicitate scilicet: de ijs, in quibus ipsa consistat: ac de ipsorum vnoquoq; singillatim. Cap. 5.

Est aũt tũ priuatim singulis, tũ cõiter oĩbus propositum quiddam, in quod intuẽtes & persequunt, & fugiũt, atq; hoc est, vt summatim dicã, tum beatitudo, tum partes eius. Quamobrem exempli gratia sumamus, quid sit, vt simpliciter dicam, beatitudo, & ex quibus partes eius. de hac.n. & ijs, quæ ad eã referuntur, & contrarijs ei & adhortationes, & dehortationes oẽs existunt: quia quæ hanc pariunt, oportet agere, quæ vero euertunt, aut impediunt, aut contra efficiunt, non agere. K

De beatitudine, & p̃tib⁹ ei⁹, bonis aĩ, corpis, & fortunæ.

Sit ergo beatitudo bona actio cum virtute: aut vita se ipsa contenta: aut vita cum incolumitate iucundissima: aut firma possessionũ, & corporũ cõstõ cũ facultate rerũ harũ conseruatrice, atq; effectrice: q̃a fermè vnũ horũ, aut plura oẽs esse beatitudinem fatentur. L Si ergo beatitudo est eiusmodi, necesse est, partes eius esse nobilitatẽ, amicorũ copiam, bonorum amicitiam, diuitias, liberorum probitatem, liberorum multitudinem, bonã senectutem: itẽ corporis virtutes, vt valetudinẽ, pulchritudinem, robur, magnitudinem, certatricẽ facultatem, existimationem, honorem, bonam fortunam, virtutẽ, aut ẽt partes eius prudẽtiã, M fortitudinem, iustitiam, tẽperantiam: quia ita maxime se ipso cõtentus erit, si ei suppetãt tũ q̃ in ipso sunt bona, tũ q̃ extrinsecus: neq;.n. alia sunt p̃ter hęc. in ipso vero sunt, q̃ in aĩo sunt, & quę in corpore: extrinsecus vero nobilitas, & amici, & pecunię, & honor. p̃terea vero conuenire arbitramur facultates, & fortunam adesse: q̃a hoc mõ vita maxime

erit

A eritincolumis. sumamus igitur
eodem modo, quid horum vnũ-
quodq; sit. Ac nobilitas quidem
est genti, ac ciuitati, indigenas,
aut antiquos esse, & primos du-
ces illustres, & ex ipsis multos
ortos in ĳs rebus, quas æmula-
mur, illustres: priuatim autẽ no
bilitas: ẽ aut à viris, aut à mulie
ribus, tum legitima ab ambobꝰ
origo, tum, vt ĩ ciuitate, primos
claros fuisse aut virtute, aut diui
tĳs, aut alia rerũ earum, quæ in
honore sunt, tum multos ex gẽ
B te illustres fuisse tum viros, tum
mulieres, tũ adolescentes, tũ se-
nes. Probitas autem liberorũ, &
multitudo non obscura sunt. est
aũt reip. probitas liberorum, si
multa iuuentus adsit, eaq; bona,
bõa vero ex virtute corporis, vt
magnitudine, pulchritudine, ro
bore, certatrice facultate: animi
vero, temperantia, & fortitudo
virtutes iuuenis sunt: priuatim
vero liberorũ probitas, & mul-
titudo est proprios liberos mul-
tos, & tales adesse, tum fęminas,
C tum mares, fęminarum vero vir
tus, corporis quidem, pulchritu
do, & magnitudo: animi vero
tẽperantia, & operis studiũ sine
illiberalitate. ęque autem & pri
uatim, & publice, tum in viris,
tum in mulieribus, dãda est ope
ra, vt eiusmodi singula adsint:
qbꝰ enim disciplina mulierũ vi-
tiosa est, vt Lacedæmonĳs, ĳ di-
midia propemodũ ex parte bea
ti nõ sunt. Diuitiarum vero par-
tes sunt nummi, agri copia, loco
rum possessiones, itemq; suppel D
lectilium possessiões, & pecorũ,
& mãcipiorum multitudine, &
magnitudine, & pulchritudine
excellentiũ. Hæc aũt omnia &
incolumia, & liberalia, & vtilia
sunt. sunt aũt vtilia magis, q̃ fru
ctuosa: liberalia vero, quæ volu
ptatis causa. Fructuosa dico, ex
quibus vectigalia: voluptuaria,
ex quibus nihil præter vsum exi
gitur, quod quidem æstimandũ
sit. Finis autem incolumitatis ẽ,
eo in loco, & eo mõ possidere,
vt in se sit vsus: proprietatis ve- E
ro, aut cõtra, quoties in se sit alie
natio. dico aũt alienationem, lar
gitionem, & vẽditionẽ. oĩno au
tẽ diuitię in vsu potius, q̃ in pos
sessione consistunt. actus.n. rerũ
eiusmodi, & vsus diuitiæ sunt.
Bona existimatio vero est, ab oĩ
bus virtute præditum iudicari,
aut eiusmodi aliqd habere, qđ
expetant omnes, aut pleriq;, aut
boni aut prudentes. Honor aũt
benificę est signũ existimatiõis.
honorant aũt merito quidem, et
in primis qui beneficium dede- F
runt, veruntñ honorãt ẽt q põt
beneficiũ dare. beneficiũ vero ẽ,
quod ptinet ad salutẽ, & ad ea,
q̃ cã sunt, vt simus, aut ad diui-
tias, aut ad aliquod aliorũ bono
rũ, quorũ non est facilis compa-
ratio, aut oĩno, aut ĩ eo loco, aut
aliqñ: multi enim ex rebus ẽt, q̃
paruæ videñt, honorẽ adipiscũ
tur: verũ loca, & occasiones cãm
afferunt. Partes aũt honoris sũt
sacrificia, monumẽta & versibꝰ,

G & sine versibus, p̃mia, luci, p̃ses-siones, sepulchra, statuæ, victus publici, barbarica, vt adoratio-nes, & excessiões, munera apud quosq; p̃tiosa. est.n.donum lar-gitio possessionis, & signũ ho-noris. itaq; & qui pecuniarũ, & q honoris studiosi sunt, ipsa ap-petunt. ambobus.n. suppeditãt ea, q̃ requirunt: est.n. possessio, quam expetunt, qui pecuniarũ sunt studiosi, & honorem conti-net, quẽ, qui honoris. Corporis aũt virtus, valetudo. hæc vero ẽ ita, vt expertes morbi sint, q cor-
H poribus vtunt. multi n. valent, vt de Herodico fertur, quos ne-mo valetudinis cã beatos fece-rit, q̃ ab oĩbus abstineant rebus humanis, aut plurimis. Pulchri-tudo vero in quaq; ætate diuer-sa est. ac iuuenis quidẽ pulchri-tudo est idoneum corpus ad la-bores habere, tũ ad cursum, tũ ad vim, & iucũdum esse aspectu ad voluptatem: itaq; quinquer-tiones pulcherrimi, quia ad vĩ, & ad velocitatẽ simul sunt nati:
I vigẽtis aũt, ad labores bellicos, iucundum autem esse visu cum terrore: senis vero, ad labores ne cessarios idoneũ, indolẽs tñ, qa nihil habeat ex ĩjs, quibus sene-ctus læditur. Robur aũt est fa-cultas mouẽdi alterum, vt vult. necesse est aũt mouere alterum aut trahendo, aut pellendo, aut tollendo, aut deprimẽdo, aut col lidendo: quare robustus aut om nibus, aut nonnullis horum est robust⁹. Magnitudinis vero vir-tus est, superare proceritate, & K altitudine, & latitudine pleros-que, tãto magis, vt ne tardiores reddat motiones ob exuperatio nẽ. Certatrix vero corporis vir-tus cõstat ex magnitudine, et ro bore, & velocitate. etenim velox est robustus. qui.n. põt crura p̃ ĩjcere quodãmodo, & cito mo-uere, & longe, cursor est: q vero p̃mere, & tenere, palæstrita: qui vero ictu pellere, pugil: qui vero horum vtroq;, pãcratiastes: qui vero oĩbus, quinquertio. Bõa se-nectus ãt est tarditas senectutis L cũ indolentia. neq;.n. si cito sene scat, bona p̃ditus est senectute, neq; si vix quidẽ, sed cũ dolore, ẽ aũt & inter corporis virtutes, et fortunę. etenim, nisi exp̃s morbi sit, ac robust⁹, nõ carebit malo, neq; indolẽs, & lõgęuus sine for tuna constiterit. Est aũt q̃dã ẽt p̃ter robur, & valetudinem alia facultas longęuitatis. multi.n. si ne corporis virtutibus longæui sunt, verũ accurata harũ rerum disputatio nihil ad pręsentia p̃- M tinet. Multorum amicitia vero, & bonorũ amicitia haudquaq; obscura sunt, definito amico: nẽ pe eiusmodi esse amicum, q, quę bona esse alteri arbitrať, eorũ ẽ efficiens pp illum. cui ergo eius-modi suppetunt multi, multis ẽ instructus amicis: cui vero etiã boni viri, probis est instructus amicis. Bona fortuna vero est, quorum bonorum causa est for-tuna, ea cõfici, & suppetere, aut oĩa, aut plurima, aut maxima.

causa

A causa autem est fortuna cum nonnullarum rerum, quarum etiam sunt artes, tum multarum arte quoq; vacantium, vt quarum natura, quas tamen contra naturam etiam esse contingit. valetudinis enim ars est causa, pulchritudinis vero, & magnitudinis natura. omnino vero eiusmodi bona à fortuna sunt, in quibus versatur inuidia. est autem bonorum etiam, quæ pręter rationem, fortuna causa: vt si alij fratres sint deformes, B hic vero pulcher: aut si alij non viderunt thesaurum, hic vero inuenit: aut si vicinum attigit telum, hunc vero nequaquam: aut si non venit, cum solus quotidie ventitaret, qui vero semel venerunt, interierunt. hæc enim eiusmodi à bona fortuna profecta omnia existimantur. De virtute vero, quoniam maxime ꝓprius est, in quo de laudibus agitur, locus, tum, cum de laude verba faciemus, erit disserendũ. C Ac quæ quidem spectare adhortantes, tanquàm futura, aut pręsentia, & quę dehortantes, oportet, perspicuum est. contraria enim sunt his.

De vtili, & bono. Cap. 6.

De bonis, & vtilib⁹ confessis, q̃ ad beatitudinẽ referũtur

SEd quoniam suasori finis propositus est vtilitas: consultant autem non de fine, sed de ijs, quæ referuntur ad finem: hæc; autem sunt, quæ in actionibus vtilia sunt: vtile vero est bonum: sumenda erunt elementa de bono, vtiliq; simpliciter. Sit ergo bonum, quod D ipsum sui causa sit eligendum: & cuius causa aliud eligimus: & quod expetunt omnia, aut omnia sensum habentia, aut mentem: aut si mentem adipiscerentur: & quæ mens vnicuiq; dictauerit: & quæ mens, quæ in vnoquoque est, vnicuique dictauerit, illud est bonum vnicuique: & quo præsente bene afficitur, & se ipso contentum est: & quod se ipso contentum est: & quod res tales efficiendi, ac custodiendi vim habet: & quod E res eiusmodi consequuntur, & quæ res contrarias prohibendi, & quæ interimendi vim habẽt: cõsequuntur aũt bifariã: aut. n. simul, aut posterius: vt disciplinam quidem consequitur scientia posterius, valetudinem vero vita simul. efficiendi vero vim habent trifariam: alia vt valere valetudinis, alia, vt cibaria valetudinis, alia, vt exercitatio, qa plerunque efficit valetudinem. His autem positis, necesse est, & F adeptiones bonorum bonas eẽ, & depulsiones malorum. consequens est. n. illi quidem non habere malũ, simul, huic vero habere bonum, posterius. Et pro minore bono maioris adeptio, & ꝓ maiore malo, minoris: quo enim excellit maius minore, hoc fit eius quidem adeptio, huius vero depulsio. Quin ẽt virtutes bonũ esse, necesse est: qa ex his & bene afficiuntur, qui præditi sunt, & ipsę bona efficiendi, atq; agen-

G agendi vim habēt. de vnaquaq; vero, & quę, & qualis sit, dicendum est separatim. Et voluptatem bonū esse: quia hanc omnia natura expetunt animātia. quare & iucunda, & honesta bona esse necesse est: illa.n. voluptatē efficiendi vim habēt, honestorū autem alia iucunda, alia ipsa per se eligenda sunt. Vt autem de singulis agam, hæc bona sint necesse est, beatitudo: quia per se eligēda, & se ipsa contenta est, & eius causa multa eligimus. Iustitia, H fortitudo, temperantia, magnanimitas, magnificētia, & alij habitus tales: quia virtutes animi sunt. Et valetudo, & pulchritudo, & quæ sunt eiusmodi: quia virtutes corporis sunt, & multas res efficiendi vim habent, vt valetudo & voluptatē, & vitā: itaq; optima res videtur esse, qa duarum rerum est causa, q̄ maximo apud vulgus in pretio sūt, voluptatis, & vitę. Diuitię: quia virtus est possessionis, & multas I res efficiendi vim habent. Amicus, & amicitia, quia amicus est per se eligēdus, & multas res efficiendi vim habet. Honor, existimatio: qa iucūda sunt, & multas res efficiendi vim habēt, atq; ea plerunq; consequit̃, vt adsint illa, propter quæ honore afficiūtur. Facultas dicendi, agendi: qa eiusmodi oīa vim bona efficiēdi habent. Item ingenium, memoria, docilitas, solertia, oīa eiusmodi: qa facultates hę bona efficiēdi vim habent. silr vero etiam sciētię oēs, & artes. Et vita: quia K etiā si nihil boni aliud sequeretur, res est per se eligenda. Et iustum: quia quoddā est communiter vtile. Atque hæc quidem ferme bona confessa sunt.

De bonis, & vtilib' cōtrouersijs.

In controuersijs autem ex his syllogismi existent. Cui contrarium est malum, & illud bonū. Et cuius cōtrarium inimicis ꝓdest: vt si timidos esse maxime prodest inimicis, sine dubio fortitudo res est maxime ciuibus salutaris. Et oīno quod est contrarium ei, quod inimici volūt, L aut quo lætantur, commodum videtur. itaq; recte dictum est: {Certe gaudebit Priamus.} neque vero est ita semper, sed plerunq;. nihil enim ꝓhibet, quin idem aliquando aduersarijs ꝓsit: vnde dicitur, mala conciliare homines, quoties idē ambobus noceat. Et cuius non est nimiū, i. bonum. quod vero maius sit, q̄; oportet, malū. Et cuius causa multi labores suscepti, aut sumptus facti sunt: qa speciem iam hēt boni, taleq; iam vt finis exi- M stimatur, finisq; multarū rerū, finis autem bonum est. vnde illa dicta sūt: {Et Priamo famam.} item: {Turpe manere diu est:} & prouerbiū illud: {In foribus hydriam.} Et quod multi expetunt, & de quo certatur, speciem hēt boni: qa qđ oēs expetunt, id bonū erat, multi vero perinde, ac oēs vident̃. Et qđ est laudabile: qa nemo laudat, qđ nō est bonū. Et qđ inimici, & praui laudant:

A dant: quasi eñ oẽs iam confitẽtur, si & qui incõmodum acceperunt: qa.n. perspicua res est, confitentur. Vt etiã praui, quos amici vituperant, & boni, quos inimici non vituperant. itaq; se cõuicio affectos sine causa suspicati Corinthij sunt à Simonide, cum scripsit: {Corinthios non accusat Ilium.} Et quod prudẽtium aliquis, aut bonorũ virorũ, aut mulierum iudicio suo ꝓtulit, vt Vlyssem Minerua, & Helenam Theseus, & Alexandrum B deæ, & Achillem Homerus. Et oĩno q̃ sunt prçeligenda. prçeligũt aũt faciẽda & ea, q̃ dixim⁹: & quæ inimicis sunt mala: & q̃ amicis bona: & quç fieri possũt: hçc vero bifariã, tũ quç fiant, tũ quç facile fiant. (facilia vero, quç sine molestia, aut breui tẽpore: qa difficile definitur aut molestia, aut longitudine temporis.) & si ita, vt volũt: volunt aũt vel nihil mali, vel minus, q̃ boni: hoc aũt erit, si aut lateat pœna, aut certe sit modica. Et quç sunt C ꝓpria, & quç nullius, & eximia: qa honor ita suppetit magis. Et q̃ cõueniunt ipsis: qualia sunt, q̃ ꝓ genere, opibusq; conueniunt. Et quç sibi putãt deesse, quãuis sint exigua: qa nihilo secius ea ꝓeligunt faciẽda, & quç ad cõficiendũ facilia sunt, qa fieri pñt, tanquã facilia: (ad cõficiendum vero facilia sunt, & quç oẽs, aut pleriq; aut pares, aut inferiores recte gesserunt.) & in quib⁹ gratificabũtur amicis, aut molestiã afferent inimicis, & quç administranda præeligunt ij, quos admirantur: & in quib⁹ ingeniosi D sunt, ac periti: facilius.n. putãt, se recte gesturos: & quç vilis nemo: quia sunt laudabilia magis, & quorum sunt appetẽtes: quia non solum iucundum, sed etiam melius videtur: & in quibus ꝓcipue singuli tales, vt victoriæ cupidi, si victoria aderit, honoris, si honor, pecuniarum, si pecunia, & alij eodẽ modo. Ac de bono quidem, & vtili, ex his depromendæ fides sunt. E

De maiore, ac minore bono. Cap. 7.

QVoniam autẽ sçpenumero cõfitentes, vtrunq; vtile esse, de eo controuersantur, quod magis sit, deinceps de maiore bono, & magis vtili differendum est. Sit ergo qđ superat, tantũ, & amplius: qđ superatũ vero id, quod inest. ac maius quidẽ semꝑ, & plus præ minori: magnũ vero, & paruũ, & multũ, & paucũ ꝑ multarũ rerũ magnitudine. & qđ superat quidẽ, magnũ, qđ deficit vero, paruũ: & multũ, & paucum eodem modo. Qm̃ igitur bonũ dicim⁹, & quod ipsum sui cã, & nõ ali⁹ F est eligendũ: & qđ oĩa appetũt: & qđ mentem, ac prudentiam adepta eligerent: & quod efficiẽdi, & qđ custodiendi vim hẽt: & quod quç sunt eiusmodi cõsequũtur: id aũt cuius cã, finis est, finis aũt est, cuius cã cçtera: huic vero bonum, quod erga ipsum hæc passum est: sanè necesse est, quç

De maiore, ac minore bono, ac vtili.

G quę plura sunt vno, aut paucioribus, adnumerato vno, aut paucioribꝰ, maius item bonum esse: quia superat, quod aũt inest, superatur. Et si maximũ maximo pręstet, etiã ipsa ipsis, & si oĩa ipsa ipsis, etiã maximũ maximo, vt si maximus vir maxima muliere maior, etiã oĩno viri mulieribus maiores, & si viri oĩno mulieribus maiores, etiã vir maximus maxima muliere maior. ꝓportionem. n. habent exuperantię generũ, & rerum, quæ
H in eis sunt, maximarũ. Et quãdo huic quidem illud fuerit consequens, hoc aũt illi nequaquã. cõsequitꝛ autem aut simul, aut deinceps, aut facultate: inest. n. vsus cõsequentis in alterius. cõsequitꝛ aũt simul valetudinem vita. hęc vero eã nequaquã, posterius aũt disciplinã scientia, facultate vero sacrilegium surreptio: qa qui sacrilegiũ fecerit, etiã surripuerit. Et quæ maius ipso superant, maiora: qa & quod maius est, superẽt necesse est. Et quę maioris
I boni efficiendi vim habent, maiora: hoc enim erat maiora efficiendi vim habere. Et cuius efficiens maius, eodem modo. si. n. salubre eligendum est magis iucundo, & maius bonum est, etiã sanitas iucunditate erit maior. Et quod magis est eligendum propter se eo, quod non propter se, vt robur salubri: illud enim non sui causa, hoc vero sui: idq; erat bonum. Et si vnum quidem sit finis, alterum vero non finis: hoc enim alius causa, illud vero K
sui, vt exercitatio causa bonæ affectionis corporis. Et quod minus indiget altero, aut alteris: qa se ipso contentum est magis. minus vero indiget, quod paucioribus, aut facilioribus indiget. Et quoties vnum quidem sine altero non sit, aut non possit fieri, alterum vero sine illo: est eñ seipso contentum magis, quod non indiget. quare maius bonũ videtur. Et si sit principium, alterum vero non principium. Et si sit causa, alterum vero nõ causa, propter eandem rationem: L
qa sine causa, aut principio non potest esse, aut fieri. Et ex duobꝰ principiĳs, quod à maiori principio, maius. Et ex duabꝰ causis, quod à maiori cã, maius. Et vicissim ex duobus principĳs, qđ est maioris principiũ, maius, & ex duabus causis, quod maioris est cã, maius. perspicuũ est igitꝛ ex ĳs, quæ dicta sunt vtroq; modo maius posse apparere. etenĩ si vnum principiũ sit, alterum nõ principiũ, maius esse existimabitur. & si nõ principium, alte- M
rũ vero principiũ: qa finis maior est, & non principiũ: vt Leodamas cũ Callistratũ accusaret, dixit, q cõsilium dedit eo, q patrauit, magis peccasse: qa factũ nõ fuisset, nisi cõsilium dedisset: iterũ vero cũm Chabriam, eum, qui patrasset, eo, q cõsilium dedisset: qa huius rei cã consilium dãt, vt agãt. Et rariora copiosis, vt aurum ferro, cum minus vtile

A le sit: quam maior est possessio, propterea quia difficilior est. Alio vero modo copiosa raris: quia vsus præstat. quod. n. sæpe, præstat ei, quod raro: vnde dicitur: {Optima quidem aqua.} Et omnino difficiliora facilioribus: quia rariora. Alio vero modo faciliora difficilioribus: quia se habent ita, vt volumus. Et cuius cōtrarium maius. Et cuius priuatio maior. Et virtus nō virtute, & vitium nō vitio, maius: quia illa fines, hæc nō fines. Et quorū opera honestio-
B ra, aut turpiora, ipsa maiora. Et quorum vitia, aut virtutes maiores, etiam opera maiora: quoniam vt causæ, atque principia, item euenta, & vt euenta, item causæ, atque principia. Et quorum exuperātia magis eligenda, aut magis honesta: vt exquisite videre eligendum est magis, quam odorari: quare aspectus, quam odoratus. & sodalium studiosum esse potius, quam pecuniarū honestius est, quare studium etiā sodalium, quam studium pecuniarum. Et cōtra, me-
C liorum exuperātiæ, meliores: & honestiorū, honestiores. Et quorum cupiditates honestiores, & meliores: quia maiores appetitiones maiorū rerū sunt semper. & honestiorum, aut etiā meliorum cupiditates, meliores, aut honestiores propter eandem rationem. Et quorum sciæ honestiores, aut magis probæ, etiā res honestiores, & magis probæ: vt. n. se habet scientia, item veritas. præcipit autem vnaquæque eā, quæ sui est. Et scientiæ rerum magis pro- D barum, & honestiorum, ex proportione propter eandē rationē. Et quod iudicarent, aut iudicarunt prudentes, aut oēs, aut vulgares, aut plerique, aut optimi bonum, aut maius esse, id ita se habere necesse est, aut simpliciter, aut si pro prudentia iudicassent. Est autem hoc cōe etiā in alijs. etenim quid, & quantū, & quale perinde se habet, ac scientia, prudētiaque præscripserit. Sed de bonis diximus. definitum ē aūt bonum id esse, quod prudentiā adeptæ res vnaquæque eligeret. E ex quo perspicuum est, & maius id esse, quod magis prudētia dictat. Et quod melioribus inest, aut simpl'r, aut quatenus sunt meliores, vt fortitudo robore. Et quod eligeret melior, aut simpliciter, aut quatenus melior ē. vt iniuriā accipere potius, quam inferre: hoc enim iustior eligeret. Et iucundiora minus iucundis: quia iucunditatē oīa persequunē, ipsiusque cā cupiunt iucunditate perfundi. his aūt & bonū, & fi- F nis est definitus. iucūdiora vero sunt, & quæ minus molesta, & quæ diutius sunt iucūda. Et honestiora minus honestis: honestum. n. est, aut quod est iucundum, aut quod propter se eligēdū. Et quorū ipsi sibi ipsis, aut amicis causæ esse cupiūt magis, hæc maiora sunt bona: quorū vero minime, maiora mala. Et diuturniora minus diuturnis. Et firmiora infirmioribus: præstat. n. vsus eorū quidem,

G dem, tēpore, horum vero voluntate. quoties.n. velint, pręsto est magis rei firmæ vsus. Et vt ex coniugatis, & similibus casibus, item alia consequuntur: vt si fortiter honestius, & magis eligendum est, q̄ temperanter, etiam fortitudo magis eligēda, q̄ temperantia, & fortem esse, q̄ temperantem esse. Et quod oēs eligunt, eo, quod non oēs. Et quod plures, q̄ quod pauciores: bonum.n. erat, quod oēs expetunt, quare etiā maius, quod magis.
H Et quod cōtrouersantes, aut inimici, aut iudicantes, aut quos hi iudicāt: illud.n. perinde est, ac si oēs assererēt, hoc vero, ac si potētes, atq; scientes. Et aliquādo q̄dē, quod oēs participant, maius est: quia dedecus est, non participare: aliquādo vero, q̄d nemo, aut quod pauci: quia rarior res est. Et laudabiliora: quia sunt honestiora. Et quorū honores maiores, eodem modo: honor.n. vt pretium quoddā est. Et quorū mulctę maiores. Et quę cōfessis,
I aut ijs, quę magna videātur, maiora. Et eadē in partes diuisa, maiora videntur. plurium.n. exuperantia videtur. vnde etiā poeta inquit illam Meleagro, vt exurgeret, persuasisse exponentem. {Quot mala mortales subeant, quorū oppida capta, Et populū sternunt, tectisq; incendia miscent, Abripiunt alij natos.} Et cōponere, & coædificare, more Epicharmi, cum propter eandē causam, ac diuisio, quia compositio exuperantiam multā ostendit: tum quia principium rerū
K magnarū, & causa videtur. Qm̄ autē difficiliora, & rariora maiora, etiā occasiones, & ętates, & loca, & tēpora, & facultates magnitudinem afferunt: si.n. supra opes, & supra ætatem, & supra pares, & si ita, aut ibi, aut tunc, magnitudinem habebit, & rerū honestarum, & bonarum, & iustarum, & contrariarum. vnde et epigrāma in Olympionicem:
L {Duram humeris corbem gestās, paulo ante ferebam Ex Argo pisces sedulus ad Tegeam.} & Iphicrates seipsum laudauit, inquiēs: {Ex quibus hæc affuerunt.} Et natiua ascitis: quia difficiliora. vnde etiā poeta inquit: {Ipse à me edoctus sum:} Et rei magnę maxima pars, vt Pericles cum funebrem orationem haberet, iuuentutem ex ciuitate sublatam esse, perinde ac si ver ex anno exemptum fuisset. Et quæ in maiore necessitate vtilia, qualia quæ in senectute, & morbis. Et ex duobus quod est propin-
M quius fini. Et quod huic, quàm simpliciter. Et possibile inpossibili: quia illud sibi, hoc vero non item. Et quæ in fine vitæ: quia quæ ad finē fines sunt magis. Et quæ ad veritatem pertinent ijs, quæ ad opinionem. eius vero quod ad opinionem, terminus est, quod, si latiturus esset, non eligeret. itaque beneficium accipere, quàm dare, magis eligendum videtur: quia illud,

A lud, etiã si lateat, eliget: beneficiũ aũt dare, si lateat, electurus non videtur. Et quęcunque esse magis, quã existimari volũt: qa ad veritatẽ pertinẽt magis. itaq; iustitiã etiã rem paruã inquiunt esse, quia existimari, q̃; esse, eligẽdum est magis: valetudinem aũt nequaquã. Et quod ad multas res vtilius est, vt ad viuendũ, & bene viuendũ, & voluptatẽ, & res honestas administrandas. itaq; & valetudo, & diuitię maxima esse existimãtur, quia hæc B continent oĩa. Et quę minus molesta, & q̃ cum voluptate sunt: quia plura vno sunt. quò fit, vt & voluptas bonũ sit, & indolentia. Et ex duobus, quod eidẽ adiunctũ est, maius totũ reddit. Et q̃ non latent, cum adsunt, q̃; quę latent. hęc. n. ad veritatẽ ptinẽt. itaq; diuitem eẽ maius bonum videbitur, quã existimari. Et qđ carum ẽ, & aliĳs quidẽ solũ, aliĳs vero cũ aliĳs. quo fit, vt nõ æque plectatur, si quis altero præditũ C oculo excæcauerit, ac si duobus: quia rem caram eripuit. Atque ex quibus quidem fides ducere adhortando, ac dehortando cõueniat, ferme expositum est.

Prænoscendas esse rerum publicarũ species, ac ciuitatum mores ad bene consulendum. Quot, et quæ sint ciuitatum species. Cap. 8.

Respublicas cognoscẽdas eẽ suadenti.

MAximum autem, ac potentissimum oĩum est, vt psuadere, & egregie consilium dare posimus, respublicas oẽs assumere, & instituta cuiusq;, ac leges, vtilitatesq́; distinguere. persuadentur eñ oẽs D vtilitate. vtile autem est id, quod remp. conseruat. principatus autem est ipsum principis edictũ. principatus vero pro rebuspublicis sunt distincti. quot enim respublicæ, tot & principatus. sunt aũt respublicę quatuor, populi dominatus, paucorum, optimatum, vnius. quare qđ principatum obtinet, & iudiciũ, harũ sanè pars, aut totum exister. Est aũt popularis status respublica, in qua sorte mandãt magi E stratus. paucorũ vero, in qua q censu: optimatũ aũt, in qua qui disciplina, (disciplinã vero voco, q̃ lege cõstituta est: nã qui legibus steterũt, in optimatũ rep. pręsunt. hos aũt optimos videri necesse est, vnde hoc quoq; nomen assumpsit.) vnius vero secundum nomen est, in qua vnus rerum omnium princeps est. harum autem quæ descriptionem aliquam habet, regnum, indefinita vero tyrannis. Ac sane cuius F que reip. finem nõ ignotum esse oportet, quia eligunt quæ ad finem. est autem populi quidem finis libertas, paucorum vero diuitiæ, optimatum autem disciplina, & leges, tyrannidis autem custodia. ex quo perspicuum ẽ, quæ ad finem cuiusq; pertinent, instituta, leges, vtilitatesq́; distinguendas esse. siquidem eligunt ad hunc referentes. Quoniam autem fides non solum demonstratiua, sed etiam morata ora-

G oratione,fiunt,(quia.n.cuiusdã-
modi videtur orator, fidem ha-
bemus, i. si bonus videatur,aut
beneuolus,aut vterq;,) sane rei-
pub.¦cuiusq; instituta tenere de-
bebimus . mores.n. cuiusq; ap-
tissimos esse ad persuadendum
apud vnamquanq; necesse est.
hi vero ex ijsdem comparabun-
tur. mores enim ex pręelectione
elucent, pręlectio vero refertur
ad finem. Ac quę quidem affe-
ctãda sint eis, qui adhortantur,
H tanquam futura, aut præsentia,
& ex quibus fides de vtili sint
sumendæ,itemq; de rerump.mo
ribus, ac legibus, & ex quibus,
& quomodo abũdabimus,qua-
tenus pręsenti aptũ est tempori,
dictum est. nam in Politicis hęc
tractata sunt diligentius.

De Honesto, ac Laudabili: *quæ ad* Demonstratiuum genus pertinent.
Cap. 9.

Proprias ppõnes i laudãdo, & vitupe rãdo duci ab honesto, ac turpi, & virtute, ac vitio, & q̃ ipsa sint.

Post hæc autem dicamus
de virtute, ac vitio, & ho-
nesto, ac turpi, hæc enim
proposita sunt laudatori, ac vitu
I peratori. fiet enim vt de his di-
sputãtes simul & illa aperiamꝰ,
ex quibus cuiusdammodi secun
dum mores iudicabimur. quæ
secunda fides erat. ex ijsdem em̃
& nos, & alium fide dignũ red-
dere poterimus ad virtutem.
Quoniam autem accidit, vt io-
co, & serio laudemus sæpenu-
mero non solum hominem, aut
deum, sed res etiam inanima-
tas, & reliquorum animantium
quodlibet, eodem modo & de
his propositiones erunt parãdę. K
quare quodãmodo exẽpli gra-
tia de his etiã disseramus. Hone
stum igitur est,quod per se eligẽ
dum cũ sit,laudabile sit:aut bo-
num cum sit, iucũdum sit, quia
bonũ. Si autem hoc est honestũ,
virtutem honestã esse necesse ẽ:
quia cum bona sit, laudabilis ẽ.
virtus autẽ, vt videtur, facultas
est paratrix, conseruatrixq; bo-
norũ: & facultas benefica mul-
tarum rerum, & magnarum, &
oĩum in oĩbus. Partes aũt virtu- L
tis sunt iustitia, fortitudo, tẽpe-
rãtia, magnificẽtia, magnanimi
tas, liberalitas, mãsuetudo, pru-
dẽtia, sapientia. Necesse est autẽ
maximas esse virtutes, q̃ sint v-
tillimę alijs: siquidem virtus fa
cultas est benefica. ꝓpterea.n.
iustos, & fortes summis honori-
bus afficiunt, qa illa in bello, hęc
vero ẽt in pace ipsis est salutaris:
deinde liberalitas: qa effundũt,
& de pecunijs non contendunt,
quas magnopere alij expetunt.
Est aũt iustitia virtus, per quam
suũ quisq; retinet, & vt lex: iniu- M
stitia vero, per quã aliena, nõ vt
lex. Fortitudo aũt, per quã hone
stas in periculis obeũt actiones,
& vt præcipit lex, & legi obtem
perant: timiditas vero contra.
Temperantia vero virtus, per
quam aduersus voluptates cor-
poris ita afficiuntur, vt pręcipit
lex. Intemperantia vero contra.
Liberalitas autem quæ beni-
gne facit in pecunias, illiberali-
tas vero contra. Magnanimitas
virtus

A virtus magna: conferens beneficia. Magnificẽtia virtus, q̃ magnitudinem in sumptibus adhibet: pusillanimitas, & paruificẽtia contra. Prudentia virtus est rõnis, per quam bene cõsultare possunt de bonis, & malis, quæ ad beatitudinem dicta sunt. Ac de virtute quidẽ, & vitio in vniuersum, & de partibus dictũ est in pręsenti tempore satis. de reliquis autẽ nõ est difficile videre. Perspicuum est.n.necesse esse, &
B efficientia virtutis esse honesta, quia ad virtutẽ. Et quę à virtute efficiuntur, cuiusmodi sunt & signa virtutis, & opera. Quoniã autẽ signa, & eiusmodi res, quæ sunt boni viri opera, aut perpessiones, honesta sunt, necesse est, quæcũq; fortitudinis opera, aut signa fortitudinis, aut fortiter gesta sunt, esse honesta. Et iusta, & quæ iuste susceptæ actiones sunt, perpessiones vero nequaquam. in hac.n. virtute sola non semper est honestum, quod iu-
C ste: sed dãnari turpius est iuste, quàm iniuste. atq; in alĳs virtutibus eodem modo. Et quorum pręmia honor, honesta. Et quorũ honor potius, q̃ pecuniæ. Et q̃ haudquaquam sui gratia agit aliquis ex reb⁹ eligendis. Et quæ simplr bona, vt quę ꝓ patria gessit aliquis rõne sui posthabita. Et quæ natura bona. Et q̃ haudquaquã sibi bona: quia sui gratia sunt talia. Et quæ accidit, vt mortuo adsint potius, quàm viuenti: quia quę viuenti, cõtinẽt magis quod sui gratia. Et quæ D
opera aliorum sunt gratia: min⁹ eñ sui. Et quę bene gesta sunt in alios, non aũt in se. Et in eos, qui beneficium dederunt: quia iustum. Et beneficia collata: quia non in se. Et contraria ĳs, quorũ pudore afficiuntur: turpium.n. pudet & loquentes, & faciẽtes, & loquuturos, & facturos, quẽadmodũ Sapho respondit, cum diceret Alcæus: {Volo quid dicere, at me impedit pudor. Si venisses in bonarũ rerum deside- E
riũ, aut honestarũ, nec malũ dicere lingua moliretur, haudquaquam pudor occuparet oculos tuos, sed de rebus iustis loquereris.} Et quibus anguntur nullo timore ꝑculsi: quia in bonis, q̃ ad opinionẽ ꝑtinent, hũc in modum afficiunt. Et eorũ, qui natura meliores sunt, virtutes honestiores, itemq; opera, vt viri, q̃ mulieris. Et fructuosa alĳs potius, q̃ sibi: quo fit, vt & iustũ, & iustitia sit honesta. Et inimicos vlcisci potius, q̃ recõciliari: qa F
retribuere iustũ est, iustũ aũt honestum, fortisq; hominis est, nõ cedere. Et victoria, & honor ex honestis: quia eligẽda, quamuis frugifera non sint, & virtutis excellentiã arguũt. Et ad memoriã illustria. Et q̃ magis, magis. Et quę nõ viuentẽ sequunt̃. Et quæ consequitur honor. Et quę excellunt. Et quæ soli adsunt, honestiora: quia ad memoriam illustriora. Et prædia infrugifera: quia liberaliora. Et quæ apud

G singulos ꝓpria, honesta. Et quæ signa sunt earum rerum, q̃ apud quosq; laudantur. vt Lacedæmone comã alere, honestũ: quia libertatis est signũ: qui nanq; gerit comam opus aliquod seruile haud sane facile efficit. Et nullã operosam artem exercere: quia liberi hoĩs est haudquaquã alteri viuere. Assumenda vero sunt etiã quæ vicina sunt ĳs, quæ adsunt, tanquam idẽ valentia tum ad laudem, tum ad vituperationẽ: vt cautum, ac animosum, ti-
H midum, ac insidiosum: & stolidum, frugi: & indolentẽ, mitem, atq; vnumquodq; ex consequentibus semper iuxta id, quod est optimum: vt iracundum, ac furiosum, simplicem & contumacem, magnificum, ac grandem: & qui sunt in exuperationibus æque ac si sint in virtutibus, vt audacẽ, fortẽ: & asotum, liberalem: quia cũ ꝓbabit multitudini, tum simul vim habebit paralogismi ex cã. si. n. vbi non est ne
I cesse, promptus est ad excipienda pericula, multo magis existimabitur, vbi honestũ: & si prõptus est ad largiendum quibuslibet, etiã amicis: qa excellentia virtutis ẽ, bene de oĩbꝰ ꝓmereri.

Laudatorẽ in eos, apd quos laudet, & quos laudet, intueri debere.

Considerãdum porro etiã ẽ, apud quos laudes: quia, vt Socrates dicebat, Atheniẽses inter Athenienses laudare, nihil negocĳ est. oportet autẽ quod apud quosq; in honore ẽ, dicere, quasi suppetat, vt inter Scythas, aut Laconas, aut philosophos. Et omnino quod honoratum est, K redigere ad honestum: quia vicinum existimatur. Et quæcunq; prout conueniebat, vt si res dignas maioribus, & ĳs, quas ante administrauit, quia pertinet ad beatitudinẽ, & honestũ est adaugere honorem: aut si contra, q̃ cõueniebat, ad id, quod melius, atq; honestius: vt si in secunda quidem fortuna moderatus, in aduersa vero magnanimus: aut opibus auctus, melior, ac placabilior fuit. tale aũt est illud Iphicratis: {Ex quibus in quæ.} & L Olympionicæ: {Durã humeris corbem gerẽs paulo ante.} atq; illud Simonidis: {Quę genitorẽ habuit regẽ, fratresq;, virũq;.} Quoniam autem ex actionibus laus existit, propriumq; boni viri est, ex prælectione, danda est opera, vt ostendamus, egisse ex prælectione. proficit autem, si sæpius videatur egisse. quare q̃ casu, & quæ fortuna, æque, ac si ex prælectione, sumenda. si enĩ multa, & similia proferantur, signum virtutis esse, & prælectionis existimabitur. Est autẽ M laus oratio, quę virtutis magnitudinem indicat. quare actiones demonstrandum est tales esse. encomium vero operum est. q̃ vero circum sunt, ad fidẽ, vt nobilitas, & disciplina: quia verisimile est, ex bonis bonos, atq; ita educatũ talem esse. itaque encomio ornamus eos quoque, qui egerunt. opera vero signa sunt habitus: quia laudaremus etiã, qui

A qui non egiſſet, ſi talem eſſe crederemus. Felicitatio vero, & beatio inter ſe ſunt eadem, at cũ his nõ eadem. verũ vt beatitudo virtutẽ, ſic beatio continet hæc.

Laudem, & cõſiliũ eẽ affinia

Habent autem communẽ formam laus, & conſilia: quia quæ in conſilio dando pręciperes, ea ſi dicendo traijciantur, encomia fiunt. quoniam igitur tenemus, quæ agere, & qualem eſſe oportet, hęc tanquàm præcepta edẽtes dicendo traijcere, atque conuertere debemus. exempli gratia, ꝙ non conuenit fortunæ bonis B efferri, ſed ſuis, ita quidem dictum præcepti vim obtinet, at vero ita, laudis: efferens ſe ſe non fortunæ bonis, ſed ſuis. Quare cũ laudare volueris, vide, quid præciperes, & cum præcipere, vide, quid laudares. dictio vero neceſſario opponetur, quoties illud prohibens, hoc non prohibens traijcietur.

Amplificationem adhibendã eſſe ad laudem.

Adhibenda porro multa etiã ſunt eorum, quæ vim habẽt amplificãdi, vt ſi ſolus, aut primus, aut cũ paucis, aut ille præcipue C fecit. ſunt enim hæc omnia honeſta. & quòd tempore, & occaſione, ea vero contra, quàm conueniebat. Et ſi ſæpius idem recte adminiſtrauit: quia magnitudinem habet, & non à fortuna, ſed ab ipſo exiſtimabitur. Et ſi quæ adhortãtur, & honeſtant, ꝓpter hunc inuenta ſunt, & comparata. Et in quem primum encomium ſactum eſt, vt in Hippolochum, & Harmodiũ, ac Ariſtogitonem in foro ſtatuam conſequutos. D ſimiliterq́ etiam in cõtrarijs. Quòd ſi ex ipſo copia dicendi tibi non ſuppetet, cum alijs compara, quemadmodum Iſocrates ex iudicialis dictionis conſuetudine faciebat, oportet autem cum illuſtribus conferre: quia ad amplificãdum idoneũ, honeſtumq́ eſt, ſi bonis melior ſit. Cadit autem egregie amplificatio in laudes, quia verſatur in excellentia, quæ ex honeſtis rebus eſt. itaque ſi non cum illuſtribus, at cum alijs comparare E oportet: quia excellentia exiſtimatur indicare virtutem. Omnino autem formarum omnibꝰ orationibus communium amplificatio demonſtratiuis aptiſſima eſt: quia confeſſas actiones accipiunt, ita vt reliquum ſit, magnitudinem, atque ornamẽtum adiungere: exempla vero deliberatiuis, quia ex præteritis futura augurantes iudicium facimus: enthymemata vero iudicialibus: quia cauſam, & F demonſtrationem recipit potiſſimum factum propter obſcuritatem. Ac ex quibus quidem laudes, & vituperationes ferme omnes ducantur, & in quæ intuendo laudare, ac vituperare conueniat, & ex quibus encomia conſtituantur, & probra, hæc ſunt. ſi enim hæc tenentur, quæ ſunt his contraria, liquent. ſi quidem vituperatio eſt ex contrarijs.

C ij De

G *De Accusatione, & Defensione, quæ ad Iudiciale genus pertinẽt: ac primum de eo, quod est iniuriam inferre.*
Cap. 10.

Proprias ꝓpões ĩ accusando, ac defendẽdo eẽ, nosse, quarũ rerũ causa fiat iniuria, & a quo, & cui.

DE Accusatione aũt, ac defensiõe, ex quot, ac cuiusmodi conficere syllõs oporteat, deinceps sequitur, vt dicamus. Tria ergo nobis assumenda sunt: vnũ, quarũ, & quot rerũ cã hoĩes iniuriã faciant: alterum, quomõ ipsi affecti, tertiũ, quibus, & quemadmodũ se habentibus. Ergo, definito, quid
H sit iniuriam facere, deinceps exponamus. Sit igitur iniuriã facere, nocere sua sponte contra legẽ. Lex autẽ vna est priuata, altera cõis. dico autem priuatam, secundũ quam scriptam in ciuitate viuunt: cõem vero, quęcunq; non scripta inter oẽs hoĩes constare existimantur. sponte vero sua faciũt, quæcunq; scientes, & nõ coacti. Ac quęcunq; quidem sua spõte, nõ oĩa præeligentes: quæ vero præeligentes, scientes oĩa. nemo enim quod pręeligit,
I ignorat. ob quæ vero præeligũt nocere, & flagitium committere contra legem, vitium atq; incõtinentia est. si enim quidam nequitia ꝑditi sint aut vna, aut pluribꝰ, in eo, in quo sunt nequam, etiã iniuriose se gerunt, vt illiberalis in pecunijs, intemperans in corporis voluptatibꝰ, mollis in desidia, fortis in periculis, quia periculi socios deserũt ꝑꝑ timorẽ, ambitiosus ꝑꝑ honorem, iracundus ꝑꝑ iram, pugnax ꝑꝑ victoriã, amarus ꝑꝑ vltionẽ, im- K
prudens, quia in iusto, atq; iniusto decipitur, impudẽs, quia existimationem parui facit. Simĺr vero & aliorum singuli in singulis rebus subiectis. Atque hæc quidem perspicua sunt partim ex ijs, quæ de virtutibus exposuimus, partim ex ijs, quæ de affectibus exponemus.

Quarum rerum cã fiant oĩa, & maxime de iucũdis, ꝑꝑ q̃ fit iniuria.

Reliquum est autem, vt dicamus, cuius rei gratia, & quonã modo se habentes iniuriam faciant, & quibus. Ac primũ qui- L
dem explicemus, quibus rebus appetendis, quibusq; fugiendis lacessant iniuria. perspicuum est enim, accusatori vidẽdum esse, quot, & quænã eorum in aduersario insint, quibus appetendis oẽs alteris iniuriam faciant, defensori vero quę, & quotnam eorum nõ insint. Omnes igĩt agũt oĩa partim nõ ꝑ se ipsos, partim per se ipsos. ac quę quidẽ nõ per se ipsos, alia ꝑꝑ fortunã agunt, alia ex necessitate: quæ vero ex necessitate alia vi, alia natura. quare oĩa, quæ non per se ipsos M
agunt, alia fortuna, alia natura, alia vi. Quę vero per se ipsos, & quorum ipsi causæ sunt, alia ꝑꝑ consuetudinem, alia ꝑꝑ appetitionẽ: itemq; alia ꝑꝑ appetitionem ratiocinationis participẽ, alia ꝑꝑ ratiocinationis expertẽ. Est aũt voluntas boni appetitio cum ratione. nemo eñ vult, nisi quod bonum esse putauerit. ira vero, & cupiditas appetitiones sũt rõcinationis expertes quare

quæ-

A quęcunq; agunt, oīa propter septem causas agant, necesse est, fortunam, vim, naturam, consuetudinem, ratiocinationem, irā, cupiditatem. Cęterum quę agū tur, pro ętatibus, aut habitibus, aut alijs quibuscunq; diuidere, superuacaneū est. etenī si iuuenibus accidit, vt iracūdi, aut cupidi sint, non pp iuuentutē eiusmodi res administrant, sed pp iram, & cupiditatem: neque pp diuitias, & paupertatem, sed accidit pauperibus, vt pp indigen B tiam pecunias cupiant, diuitib9 aūt, vt pp licentiam voluptates non necessarias concupiscant. verum agent & hi non pp diuitias, & paupertatem, sed pp cupiditatē. Similiter vero ēt iusti, & iniusti, & cęteri, qui pro habitibus agere dicuntur, pp hęc oīa agent, nimirum aut pp ratiocinationem, aut pp affectum. verum alij quidē pp mores, & affectus bonos, alij vero pp contrarios: accidit tn̄, vt talibus habitibus talia consequentia sint, tali- C bus vero talia. nā, ne lōge abeamus, temperantē fortasse ꝓpter temperantiā opiniones, & cupiditates bonę de voluptatib9 cōsequūtur, intemperantem vero cōtrariæ de ijs eisdem. quamobrem eiusmodi mittendæ diuisiones sunt. verum vidēdum est, q̄ res quas consequi soleant. nam alb9 ne, an ater, aut magnus ne, an paruus sit, nihil rerū eiusmodi consequi constitutū est, at vero iuuenis ne, an senex, aut iustus ne, an iniustus sit, iā differt: D & oīno oīa, quæ cum eueniunt, hoīum mores differētes reddūt, vt diues ne esse, an pauper, & secunda ne fortuna, an aduersa vti existimetur, nōnnihil intererit. Atq; hæc quidem posterius tractabimus. nunc vero primū de reliquis disseramus. Fortuna igitur ea fieri dicuntur, quorū cā est indefinita, neq; alicuius rei gratia fiunt, nec semper, nec plerunque, nec ordinate. hęc aūt ex fortunæ definitione perspicua sunt. Natura vero, ea, quorū cā & in ipsis est, & ordinata: quia E aut semper, aut plerunq; eodem modo eueniunt. nam de ijs, quæ contra naturā fiunt, non est subtiliter disserendum, vtrum nōnulla secundum naturam, an ꝓpter aliam cām fiant. verum & fortuna eiusmodi rerum cā esse existimari possit. Vi autem, quęcunq; contra cupiditatem, aut ratiocinationem per ipsos agentes fiūt. Cōsuetudine vero, quęcunque faciunt ex eo, quia sæpe fecerunt. Propter ratiocinatio- F nem autem, quæ ex commemoratis bonis prodesse existimantur, aut tanquàm finis, aut tanquàm ad finem, quoties propter vtilitatem agantur. siquidem & intemperantes nonnulla vtilia faciunt, verum non ꝓpter vtilitatem, sed propter voluptatem. Propter excandescentiam autem, & iram, ea, quæ referūtur ad vltionem. differt autem vltio à castigatione, siquidē

G castigatio ē illius gratia, qui pa-
titur, vltio vero illius, qui facit:
vt exaturetur. verum quid ira
sit, in ĳs, quæ de affectibus dice-
mus, aperiemus. Propter cupi-
ditatem autem aguntur, quęcũ-
que iucunda videntur. quę vero
consueuimus, & quib⁹ assuefa-
cti sumus, inter iucũda sunt: qa
multa eorum etiam, quæ natura
haudquaquã iucunda sunt: vbi
sunt assuefacti, iucunde faciunt.
Quare, vt summatim dicam, q̃
per se ipsos agunt, oïa aut bona,
H aut iucunda sunt, aut bonorũ, ac
iucundorũ speciem pręseferunt.
Qm̃ aũt quæ per se ipsos, ea sua
sponte agũt, non sua sponte ve-
ro, quę nõ per se ipsos, sane oïa,
quæ sua sponte agunt, aut bona
esse, aut speciē bonorũ pręsefer-
re, aut iucunda esse, aut speciem
iucundorũ pręseferre, necesse ē.
Etenim & malorũ, aut speciem
malorũ habentiũ, aut liberatio-
nem, aut ꝓ maiore minoris ade-
ptionē in bonis repono, qa sunt
eligenda quodammodo: & rerũ
I molestarum aut speciem habē-
tium, aut liberationem, aut mi-
norum pro maioribus adeptio-
nem in iucundis eodem modo.
Ergo vtilia & iucunda quot, &
qualia sint, arripienda sunt. Ac
de vtilibus quidem supra in de-
liberatiuis est disputatum.

De Iucundis. Cap. 11.

NVnc aũt de iucundis lo-
quamur. Existimare aũt
opꝫ, definitiones tum de-
mũ idoneas esse, cũ de singulis
rebus neqꝫ obscuræ sint, neqꝫ ex- K
quisitæ. Positũ ergo sit nobis, vo
luptatē motum esse animi quē-
dã, ac momentaneã constitutio-
nem, eamqꝫ sensibilem in naturã
insitam. molestiã aũt, contra. Si
ergo voluptas ē aliquid eiusmo-
di, non est dubiũ, quin iucundũ
sit etiã, quod cõmemoratæ affe-
ctionis pariendæ vim hēt: mo-
lestũ aũt, quod corrumpendæ,
aut contrariæ pariendę. Necesse
est igitur, iucundũ eē tum ad id,
quod est secũdũ naturã, plerũqꝫ
ire, tum maxime, quoties suã ip L
sorũ naturã adepta sint, quę ꝓm
ipsam fiũt. Et cõsuetudines: qa
consuetum iam quasi natura in-
situm est. etenim consuetudo si-
mile aliquid est naturæ: quia qđ
sæpe fit, prope accedit ad id, qđ
semper. natura vero earũ rerum
est, quę semper: cõsuetudo vero
earum, quę sępe. Et non violen-
ta: quia vis est contra naturam.
itaqꝫ necessitates molestæ sunt.
& recte dictũ est: {Molestũ em̃
est, quod agi necesse est.} Et cu-
rationes, & studia, & contentio- M
nes molestas esse: hæc enim ne-
cessaria, ac violenta sunt, nisi as-
suefacti sint. atque ita consuetu-
do iucundum efficit. Contraria
vero iucunda: itaque ociationes,
& a labore cessationes, & non
curantiæ, & lusus, & requietes,
& somni rerum sunt iucunda-
rum: quia nihil eorum est ex ne-
cessitate. Et quorum cupiditas
extiterit, iucunda sunt omnia:
quia cupiditas iucundi appeti-
tio

A tio est. cupiditatum autē aliæ carent ratione, aliæ sunt cum rōne coniunctæ. voco autem ratione carentes, quibus non ex eo, quia opinentur aliquid, ducunt. sunt autem eiusmodi, quęcunque dicũtur esse natura, quales quæ propter corpus insitę sunt, vt alimēti, sitis, & fames, & in vnoquoque genere alimenti, cupiditas: & q̄ in rebus gustabilibus, & in venereis, & omnino in tractabilibus, & in odoratu suauitatis, & auditu, & aspectu: cum ratione

B vero coniunctas, quibuscunque ex eo quia sunt persuasi, alliciuntur. etenim multa & spectare, & adipisci cupiunt, quod audiuerint, ac persuasi sint. Quoniā autem iucunditas in aliquo affectu sentiendo versatur, phantasia vero sensus est quidam imbecillus: & recordantem, & sperantē phantasia quædam sequitur eius rei, quam recordatur, aut sperat. quod si ita est, nō est dubiũ, quin etiā voluptates vehementes sint in ĳs, qui recordantur, & sperant:

C siquidē & sensus. quare necesse est, iucunda omnia aut in sentiēdis rebus præsentibus, aut in recordandis præteritis, aut in sperandis futuris versari: quia sentiunt præsentia, recordātur pręterita, sperant futura. Ac quæ quidem memoria retinentur, iucunda sunt, non ea solum, quę tũ cum aderant, erant iucunda, sed nonnulla etiam iniucunda, si quod post id est, bonum, honestumque sequatur. vnde & illud dictum est:

{Delectat sed enim saluũ meminisse laboris.} Et illud. {Post mala lætatur memor est quicũque pericli.} huius autem rei cā est, quia iucũdum est etiā vacare malo. Ex ĳs autem, quæ in spe sunt, quęcunque cum adsunt, aut exhilarare, aut prodesse valde, aut sine molestia prodesse vidētur, atque omnino, quæcunque cum adsunt, exhilarant, ea plerunque & sperantes etiā, & recordantes. quo fit, vt irasci iucundum sit, quia nemo irascitur ei, qui vindicari non posse videat. quin etiam ĳs, qui se multum superant virib⁹, aut non irascũtur, aut imbecillius. quemadmodum cecinit Homerus de excandescentia: {Quę melle liquente magis dulcis.} Et in plurimis cupiditatibus voluptas quædā sequitur: quia aut recordantes se consequutos, voluptate quadam afficiuntur: vt qui in febribus siti vexantur, & recordantes, se bibisse, & sperantes, fore, vt bibant, gaudent. Et qui amant, tum colloquentes, tum scribentes, tum pangentes aliquid de amoribus, delectantur. in his enim omnibus eiusmodi recordantes quodammodo se sentire arbitrantur amores. & hoc vero amoris initium omnibus est, quando non solum præsenti gaudeant, sed etiam absentem recordantes ament. quocirca & cum molestiam attulerit, ex eo, quia non adsit. Et in luctibus, ac lamētationib⁹ voluptas

quędam

G quædam inhæret, molestia eñ est in eo, quia non suppetit, voluptas autem in recordando, & eo quodam modo aspiciẽdo, & quæ egit, & cuiusmodi fuit. vnde & illud dictum est: { Sic ait, & cunctos lacrymarum accẽdit amore } Et vlcisci iucũdum est: quod.n. nisi consequaris, molestum est, id si consequaris, iucundum. qui vero irascuntur, moleste ferunt præter modũ, nisi vlciscant: dũ sperant autem, gaudio afficiuntur. Et vincere iucundũ
H est non solũ victoriæ studiosis, sed etiam omnibus: quia oritur excellentiæ phantasia. cuius rei cupiditate omnes ducũtur: aut remisius, aut vehemẽtius. Qm̃ autem victoria iucunda est, & ludi iucundi sint necesse est, & pugnarũ, & tibiarũ, & contentionũ: qa in ijs sæpe victoria paritur. & ludus talorum, & pilæ, & tesserarum, & calculorum. & de serijs etiam ludis eodem modo. sunt enim alij iucundi, si quis
I assueuerit, alij continuo iucũdi, vt venatio, & vniuersa ferarum insectatio: qa vbi certamen, ibi & victoria sita est. Quocirca iudiciorum, contentionũq; tractatio iucundæ sunt ijs, qui assueuerunt, & ijs, q in ijs valent. Et honor, & bona existimatio rerũ sunt iucundissimarũ: qa phãtasia cuiq; excitat, se talẽ, ac virtute p̃ditũ esse, idq; etiã magis, cũ ĩ asserũt, quos vera dicere existimãt, eiusmodi vero sunt vicini potius, q̃ longinqui, & familiares, & noti, & ciues, q̃ exter- K
ni, & qui sunt, q̃ futuri, & prudentes imprudentibus, & multi paucis: quia hos vera dicere, verisimilius est, q̃ contrarios: quia quos aliquis valde cõtemnit, vt pueros, aut belluas, eorũ honorẽ, aut existimationẽ non curat, ipsius saltem existimationis gratia. sin autem: propter aliud qppiam. Et amicus est ex rebus iucundis. etenim tum amare iucũdum est, quia nemo est amãs vini, qui nõ gaudeat vino: tũ amari iucundum est, quia phantasia L
& in eo excitatur, sibi adesse bonum, quod vniuersi expetunt, q sensu prẽditi sunt. amari aũt est, ipsum pp se carum esse. Et admirationi esse, iucundũ, ꝑpter honorem, quo afficit. Et adulari, & adulator, iucũda: qa adulator fictus est admirator, & fictus amicus. Et eadẽ agere sæpe, iucũdũ: qa cõsuetũ erat iucũdũ. Et permutatio iucũda: qa permutatio fit in naturã. quod enim semper est idem, constituti habitus exu- M
perantiam affert. vnde dictum est: { Permutatio rerum omnium dulcis. } hac enim de causa ea quoque, quæ per interuallum temporis, iucunda sunt, tum homines, tum res: quia mutatio est ex præsenti. simul vero & rarum est, quod temporis interuallo. Et discere, & admirari plerunque iucundum: quia in admirando cupiditas est sita discendi: quare quod admirabile, cõcupiscibile. in discendo vero

ro

A ro redactio ad id, quod est secundum naturam. Et beneficiũ dare, atq; accipere rerum sunt iucũdarum: quia beneficium accipere est ea consequi, quæ concupiscunt: beneficium vero dare est habere, & excellere: quorũ vtrũque expetunt. Qm̃ autem beneficium dare iucundum est, etiã proximos corrigere, hominibus est iucundum, atq; inchoata perficere. Itemq; qm̃ iucundum est & discere, & admirari, & q̃ sunt B eiusmodi, etiam quod imitando expressum est, vt pictura, aut statuaria, vt poetica, omniaq; quæ probe imitãdo expressa sunt, iucunda sint, necesse est, etiã si parum iucũda res illa sit, cuius fuerint imitatio. neq; enim ea delectatur, sed ratiocinatur, hanc illã esse: ex quo efficitur, vt aliquid discat. Et rerum inclinationes, et ægre seruari e periculis: qa hæc omnia admirationem afferunt. Et quoniam quod est secũdum naturam, iucundum est, quæ vero inter se cognata sunt, ſm naturã sunt: C omnia cognata, & similia plerunq; iucunda, vt hõ homini, & equus equo, & iuuenis iuueni. vnde etiã prouerbia increbuerunt: {Æqualis æqualem delectat, & semp similem.} itẽ: {Cognouit fera feram}. itẽ: {Sẽper graculus cum graculo.} & quæcunque alia eiusmodi. Qm̃ autem similia, & cognata sibi ipsis iucunda sunt omnia, pcipue autẽ ipse erga se quisq; hoc mõ affectus est, omnes sui studiosi sint, necesse ẽ, aut magis, aut minus, quia omnia eiusmodi erga D se sunt maxime. Et qm̃ sui studiosi sunt omnes, etiam res suas cuique esse iucundas necesse est, vt opera, orationes. quo fit, vt plerunq; assentatores amẽt, & amatores, & honores, & liberos: qa ipsorum opera liberi sunt. Et inchoata perficere, iucundũ: quia ipsorum iã opus euadit. Et qm̃ principem esse iucundum est, ẽt sapientem existimari, iucũdum est: quia sapere principatus vim obtinet. est autem sapientia multarum, admirabiliumq; rerum E scientia. Præterea quoniam plerunq; honores adamant, etiam proximos increpare, iucundum esse, necesse est: & in quo ipse sibi præstare opinatur, in eo assidue versari. quemadmodum Euripides inquit: {Inq; eo est frequens, partem diei impartiens plurimam, in quo ipse se præstãtior, ac melior est.} Pari vero ẽt ratiõe quoniam ludus, omnisq; remissio, aut risus rerum est iu- F cundarum, etiam ridicula iucũda sint, necesse est, & homines et orationes, & actiones. de ridiculis autem separatim in ĳs, quæ de poetica, disputata sunt. Ac de iucundis quidem hæc dicta sint. molesta vero ex ĳs, quæ sunt his contraria, liquent. Ac quas quidem ob res iniuriã faciant, hæc sunt.

Quo-

G *Quomodo se habentes, & quibus iniuriantur.* Cap. II.

A quibus fiat iniuria.

QVomodo vero se habentes, & quibus, nunc dicamus. Ac ipsi quidẽ: quoties existimant, rem agi posse, & à se posse, & si egerint, fore, vt lateant, aut si non latuerint, vt pœnas non dent, aut dent illi q̃dem, sed mulctam minorẽ compendio ipsi subeant, aut ij, quos caros habent. ac quę quidem fieri possint, aut nõ possint, postea H dicemus: quia hęc omnibus rhetoricæ partibus cõia sunt. Illi vero se impune iniuriam facere posse existimant, qui in dicẽdo, & qui in agendo valent, & qui sunt in multis iudicijs exercitati, & si multos amicos habeant, & si diuites sint: in primis autẽ si ipsi versentur in ijs, quæ diximus, existimant posse: sin min⁹, si eiusmodi sibi adsint amici, aut ministri, aut socij: quia per hos possunt & agere, & latere, & pę I nas non dare: & si amici sint ijs, qui iniuriam acceperunt, aut iudicibus: quia amici parũ cauẽt, ne iniuriã patiantᷣ, & reconciliãtur ante, quàm litem intendant. iudices autem gratificantur ijs, quibus fuerint amici, atque aut oĩno absoluunt, aut leui mulcta afficiunt. Latere vero pñt, quicq̃ contrarij criminationibus sunt, vt imbecillus, de verberibus, & paup, aut turpis, de adulterio. & quæ nimis in aperto sunt, atque in oculis: neq; enim cauentᷣ: quia nemo prorsus opinetur, & q̃ tãta sunt, ac talia, quæ nemo: quia K ne hæc quidem cauẽtur. etenim omnes vt ab vsitatis morbis, sic ab iniurijs cauent. quo vero nemo dum laborauit, eum nemo cauet. Et quibus nemo est inimicus, aut multi: illi enim putãt, se latituros, quia non cauentur, hi vero etiam latent, quia non existimantᷣ eos aggressuri fuisse, q cauent, & quia defensionem habeant, se nunquam aggressuros fuisse. Et quibus occultatio aut modus, aut locus, aut alienatio prompta est. Et quibus, si non la L tuerĩt, aut iudicij depulsio adest, aut in longinquũ tempus dilatio, aut iudicum corruptio. Et quibus, si mulctentur, solutiõis depulsio adest, aut in longinquũ tempus dilatio, aut pp inopiam nihil habeat, quod amittat. Et quibus compendia suppetũt apta, aut magna, aut propinqua, damna vero aut parua, aut obscura, aut remota. Et cui nõ est proposita pœna æqualis vtilitati. quod vr̃ inesse tyrannidi. Et quibus iniuriæ lucra sunt, dãna vero pbra solũmodo. Et quib⁹ cõtra iniuriæ in laudem aliquã: vt si contigit, vt simul patrẽ, aut matrem vlciscerentur, quemadmodum Zenoni, mulctæ vero ĩ pecunias, aut exilium, aut aliqd eiusmodi: quia vtriq;, & vtroq; modo se habentes iniuriam inferunt, non tamen ijdem, sed qui contrarijs moribus prędititi sint. Et qui sæpe aut latuerunt, aut pę nas non dederunt. Et qui sæpe opinio-

A opinione lapsi sunt: sunt enim q dam etiam in huius generis rebus, vt in re bellica, iterum pugnare parati. Et quibus protin⁹ adsit voluptas, molestia vero posterius: aut lucrum quidem, dãnum vero posterius. cuiusmodi intemperantes sunt. intẽperantia vero omnibus in rebus, quæ concupiscunt, versatur. Et quibus contra molestia iam adest, aut damnum, voluptas autẽ, & B vtilitas, posteri⁹, ac diutius sũt, qualia cõtinẽtes, prudẽtioresq; sectantur. Et quibus contingit, vt fortuna, aut necessitate, aut natura, aut consuetudine egisse videantur, atq; omnino per errorem, non per iniuriam fecisse. Et quibus æquitatis obtinendæ facultas adsit. Et qui indigentes sunt. duobus autem modis sunt indigentes: quia aut tanq; rerũ necessariarum, vt pauperes, aut tanquam exuperantium, vt diuites. Et qui bonæ admodum existimationis sunt, & qui admo- C dum malæ, illi quidẽ, vt qui nõ existimentur, hi vero, vt qui nullo deteriore existimatione futuri sint. Ac ipsi quidẽ hoc modo se habentes aggrediuntur.

Quib⁹ fiat iniuria.

Iniuriam autem faciunt eis, & eas res possidentibus, quarum ipsi sunt indigentes aut ad necessarios vsus, aut ad exuperãtiam, aut ad voluptatis fructum. Et ijs, qui sunt procul, & ijs, qui propè: horum enim matura est comprehensio, illorum vero sera vltio, vt qui Carthaginienses dispoliant. Et eis, qui nõ D cauent, neq; obseruãt, sed creduli sunt: quia omnes latere facile est. Et ignauiæ deditis: quia ius persequi hominis est industrij. Et verecundis: quia de lucro nõ contendunt. Et ijs, qui à multis iniuriam acceperunt, nec ius persequuti sunt, vt qui sint, quẽadmodum est in prouerbio, {præda Mysorum.} Et ijs, quib⁹ nũquàm, & ijs, quib⁹ sæpe: neutri enim cauent, illi quidem, vt nũquã, hi vero, vt non amplius. Et eis, quibus oblata calumnia est, & ijs, quib⁹ offerri facile potest: E quia tales nec præeligunt, q iudices reformidant, nec psuadere possunt: ex quibus sunt, q odio, atq; inuidia flagrant. Et eis, aduersus quos prætextum habẽt, aut proauos, aut ipsos, aut amicos, aut de se, aut de proauis, aut de ijs, quos caros habẽt, aut male meritos esse, aut merituros fuisse. vt enim est in prouerbio: {prætextu tantum eget improbitas.} Et inimicis, & amicis: his enim, facile est, illis vero, iu- F cundũ. Et ijs, qui ab amicis inopes sunt, & qui in dicendo, & in agendo minimum valẽt: qa aut ius persequi non conantur, aut in gratiam redeunt, aut nihil pficiunt. Et quibus non expedit aut iudicio, aut solutione expectãda tempus consumere: quod genus, peregrini, & opifices: qa paruam ob rem eiusmodi homines transigunt, & facile mitigantur. Et ijs, qui multas iniurias fecerunt,

G cerunt,aut tales, quales patian-
tur:prope enim videtur esse, vt
non faciat iniuriam, quando ta-
lem aliquis accepit, qualem &
ipse facere consueuit.dico autẽ,
si quis verberibus eum,qui cõ-
tumeliosus esse solet,afficiat. Et
ĳs,qui aut male meriti sunt,aut
voluerunt,aut volunt, aut meri
turi sunt. habet enim hoc & iu-
cunditatem, & honestatem, &
prope videtur esse,vt nõ fiat in-
iuria.Et quibus gratificabuntur
aut amicis, aut eis,quos admirã
tur,aut quos perdite amant,aut
H dominis,aut omnino ĳs, quib⁹
ipsi viuunt,& à quib⁹ obtinere,
quod æquum sit,queunt.Et ĳs,
quibus crimen obtulerint,à qui
busq; seiuncti sint: quia eiusmo
di res prope videntur esse,vt nõ
fiat iniuria, vt Callippus fecit ĩ
Dionem. Et ĳs, quos læsuri alĳ
sint,si non ipsi: quasi nõ ampli⁹
liceat consilium agitare.quẽad-
modũ dr̃ Ænesidemus κοτάβια
Geloni misisse, postquam serui-
I tutem induxit:quòd præripuis-
set,quasi & ipse facturus fuisset.
Et ĳs, quos si iniuria affecerint,
multas res iustas facere poterũt,
tanquam facile sanaturi.quem-
admodum Iason Thessalus di-
xit,nonnulla sibi iniuste agenda
esse,vt & iusta multa facere pos
sit. Et eas,quas omnes,aut pleri
que facere soliti sunt:qa putant
fore,vt veniam impetrent. Et q̃
ad occultãdum facilia sunt, qua
lia sunt, quæ aut celeriter cõsu-
muntur,vt esculenta, aut facile
commutantur, aut figuris, aut K
coloribus, aut temperamentis,
aut quæ multis in locis abdere
promptum est,vt quę facile por
tantur,& in angustis locis abdũ
tur. Et quibus indifferẽtia, aut
similia multa ante is, qui facit
iniuriam, possidebat. Et q̃ nar-
rare pudet eos,qui iniuriam ac-
ceperunt,vt propriarum vxorũ
cõtumelias,aut in se,aut in libe-
ros. Et in quibus litigiosus esse
videatur ille, qui iudicio perse-
quat̃. quales sunt & paruæ res:
& quibus proposita venia est. L
Ac quemadmodum quidem se
habentes iniurias faciãt,& qua-
les, & qualibus, & quare, hæc
ferme sunt.

De iniuria,iureque factis.Cap 13.

De iniurijs,& iuste susceptis actionib⁹, vñ iniuriarũ noĩa distiguunt.

INiurias autẽ, iustasq; actio-
nes omnes: hinc ducto ini-
tio,distinguamus. Iusta ergo
atq; iniusta omnia definita sunt
ad duas leges, & ad quos, duo-
bus modis. Dico autem legem
vnam priuatam, alteram cõm- M
munem.priuatam quidẽ,q̃ sin-
gulis constituta est inter ipsos:
atq; huius vnam non scriptam,
alterã scriptã:cõem vero, q̃ est
secundum naturã.est enĩ quod-
dam,quod vaticinantur oẽs,na
tura cõe iustum,& iniustum,ẽt
si nulla societas inter eos, & pa-
ctio intercedat. quemadmodũ
& Sophoclis Antigone dicere vi
det̃,iustũ esse, Polynicẽ quanuis
interdictum sit, sepelire, vtpote
quod natura sit iustũ:{ Hoc nã-
que non hodie,aut heri, at sem-
per

A per fuit, nec quisquam hō scit, eius ortus vnde sit. } Et quemad modum Empedocles inquit de non interficiendis animātibus. hoc.n.non qbusdam quidem iustum est, quibusdā vero nequaquam, { Sed lex summa hæc est extensa per æthera magnū, Aeraq; immensum cunctis mortalibus alma. } & quemadmodū inquit Alcidamas in Messeniaca. Ad quos vero sunt definita, duobus modis sunt definita. qa quæ agere oportet, & non agere, B aut ad remp. aut ad eorū vnū qui reip. participes sunt, referūtur. quo fit, vt iniurias, iustasq; actiones duobus modis iniuste, & iuste suscipere liceat: quia aut ad vnum certum, aut ad rempublicā. nam q adulterium cōmittit, aut verberib⁹ afficit, alicui certo facit iniuriam, q vero militiam detrectat, reipublicæ. Cū ergo omnes iniurias distribuerimus, vt aliæ ptineāt ad rēp. alię ad alium, atq; alios, repetito, qd sit iniuria affici, reliqua persequamur. Est igitur iniuria affici C ab ijs, qui sua sponte agunt, iniusta pati. nam iniuria afficere sponte esse, antea definiuimus. Qm̄ aūt qui iniuria afficit, noxa afficiat, & quidē inuitus, necesse est (noxæ quidem ex ijs, q̄ diximus, manifestæ sunt, quia bōa, & mala per se ipsa distincta sūt, itemq; quæ sponte, nimirū, quę cunq; scientes) ergo oīa crimina aut ad remp. ptineant, necesse ē, aut ad priuatū, itemq; aut ignorante, aut non sponte, aut spōte D sua agente, aut sciente, & ex ijs partim præeligente, partim vero propter affectum. Ac de ira quidem in ijs, quæ de affectib⁹ dicemus, aget. qualia vero præeligāt, & quemadmodum se habentes, dictum est ante. Qm̄ aūt confitentes sæpe, fecisse, aut nomen non confitentur, aut id, qd noīe continet, vt sustulisse, sed non furatum esse: & priorē pulsasse, sed non contumelia affecisse: & concubuisse, sed non adul- E terium commisisse: aut furatum esse, sed non sacrilegium fecisse, quia non dei quidpiam: aut coluisse, sed non publicū: aut colloquutum cum hostib⁹ esse, verum nō prodidisse: ppea & hęc distinguere oportebit, quid sit furtum, quid contumelia, quid adulterium, vt siue esse, siue nō esse, ostēdere voluerimus, iustū aperire queamus. Sunt aūt eiusmodi oīa de eo, iniustū ne, ac improbū sit, an nō iniustum id, de F quo controuersia existit: quia nequitia, & iniuria ī præelectione posita est. eiusmodi vero nomina oīa præelectionē adsignificant, vt cōtumelia, vt furtum. neq;.n.si pulsauit, omnino contumelia affecit, sed si alicuius rei gratia, vt dehonestandi eius, aut voluptatis percipiendæ: neque omnino, si clam sustulit, furatus est, sed si furatus est, vt noxā afferret, & sibi ipsi ascisceret. Similis vero reliquarum rerum, atq; harum ratio est.

Qm̄

Quæ sint æquæ actiones, vnde iniuria iuste facta defendi possit.

G Qm̄ aũt iustorũ, iniustorũq;
genera duo erãt: si qdẽ alia scri-
pta, alia non scripta, de ĩs qdẽ,
de quib⁹ leges loquunt̃, dixim⁹.
Non scriptorum vero duo sunt
genera, quorũ partim sunt secũ-
dum virtutis, & vitĩ exuperan-
tiam, quibus probra, & laudes,
ignominiæ, atq; honores, & do-
na proposita sunt, vt gratiã ha-
bere benemerẽti, & reddere bñ-
ficium ei, qui dedit, & opem fer
re amicis, & quæcunq; illius ge-
neris alia, partim vero priuatæ
H legis, & scriptæ sunt supplemẽ-
ta. æquum .n. iustũ esse existima
tur. æquum aũt iustũ est extra
legem scriptã. hoc autẽ partim
inuitis, partim volentib⁹ legisla
toribus accidit: inuitis quidem,
quoties lateat: volentibus vero,
quoties distinguere nequeãt, ve
rũ in vniuersum loq necesse ha-
beant: non sit tñ ita, nisi plerũq;
& quæcunq; ad distinguẽdum
haud facilia sunt pp infinitatẽ,
vt vulnerare ferro, & quanto, &
quali: quia dinumerantem tem
pus deficeret. si igit̃ indefinitũ
I sit, lege aũt sanciendũ sit, simpl'r
loqui necesse est. quapropter si
quis annulum habens manũ tol
lat, aut percutiat, fm legem qui
dẽ scriptam culpæ affinis est, &
facit iniuriam, fm veritatem ve
ro non facit. & hoc est Æquum.
si ergo Aequum est id, quod di-
ximus, perspicuum est, qualia ę-
qua, & non æqua, & quales nõ
æqui hoĩes sint. Etenim ea sunt
æqua, pp quæ veniã dare opor-
tet. Et non eadem pœna digna K
censere errata, atq; iniurias, ne-
que errata, atq; infortunia. sunt
aũt infortunia, quæcũq; p̃ter ra-
tionem, & sine malitia, errata ve
ro, quæcunq; non p̃ter rõnẽ, nec
sine malitia, iniuriæ vero, q̃ non
p̃ter rationem, & ã malitia: qa
quæ propter cupiditatem, â ma
litia. Aequum est item reb⁹ hu-
manis ignoscere, nec legẽ, sed le
gislatorẽ spectare, nec verba, sed
sñiam legislatoris attẽdere, nec
actionem, sed prælectionẽ, nec L
partem, sed totum, neq; qualis
nunc, sed qualis semper, aut ple-
rũq; extitit. Et tenere memoria
potius commoda, quib⁹ affect⁹
est, quàm incommoda: itẽq; cõ
moda potius, q̃ accepit, q̃; quæ
attulit. & passum iniuriam, tole
rare, & verbis, q̃; factis iudicari
malle. Et ad arbitrũ quàm ad iu
dicẽ ire malle: quia æquũ arbi-
ter intuet̃, iudex vero legẽ. eaq;
de re arbiter est inuẽtus, vt ęquũ
valeat. Atq; æqua quidẽ hũc in
modum sint explicata. M

De maiore, ac minore Iniuria. Cap. 14.

INiuriæ vero maiores sunt, q̃
â maiore iniustitia ꝓdeunt.
itaq; minimæ etiã maximę.
quẽadmodum Melanopo Calli-
stratus obĩciebat, q trib⁹ sacris
semio bolis templi cõstructores
fraudasset: in iustitia vero con-
tra Sunt autem hæc ex eo, quia
vi excellunt. nam qui tres semio
bolos est furatus, etiã maleficiũ
quodcũq; cõmitteret. A c aliqñ
quidem hoc modo maior est, ali
quã-

A quando vero ex damno iudicat. Et cuius nõ est par pœna, sed oĩs inferior. Et cuius non est medicina: quia difficilis res est, neq; effici potest. Et de qua nõ põt pœnas repetere is, qui est passus: qa non est medicabilis. siquidẽ pœna, & castigatio medicina sunt. Et si qui passus, & si qui iniuria affectus est, ipse se ipsum grauiter mulctauit: quia qui fecit, adhuc maiori pœna dignus est. vt Sophocles Euctemonem desendens, qm̃ semetipsum contume-B lia affectus occidit, non æstimaturum dixit minoris, q̃ quo se ille, qui passus est, æstimauit. Et quam solus fecit, aut prim⁹, aut cum paucis. Et sæpe in eadẽ re delinquere, magnum. Et ꝓpter quam q̃sita, & inuenta sunt, quę prohibeant, & quæ puniant. vt Argis animaduertunt in eũ, propter quem lex lata est, & ꝓpter quos carcer ędificatus est. Et iniuria magis ferina, maior, & quę C de industria magis. Et quam q audiunt, metuunt potius, q̃ miserant. Atq; illa oratoria huius generis sunt, ꝙ multa iura sustulit, aut transgressus est, vt iusiurandum, dextram, fidẽ, connubium: quia multarũ est iniuriarum exuperantia. Et ꝙ ibi, vbi nocẽtes plectunt. id quod faciũt falsi testes: vbi.n. non iniuriosus erit, si & in foro? Et in quib⁹ pudor est maxime. Et si ei, à quo beneficium accepit: quia plures facit iniurias, tum ꝙ male meret, tum quòd nõ bene. Et id, quod est contra non scripta iusta: quia D melioris hoĩs sit, non ex necessitate iustum esse: ac scripta quidem ex necessitate sint, non scripta vero minime. Alio vero modo, si contra scripta: nam qui in rebus metuendis, & mulctę obnoxĳs iniuriosus est, ẽt in ĳs, quę nõ obnoxię sint, iniuriosus erit. Ac de iniuria quidem maiore, & minore dictum est.

De inartificiali fide. Cap. 15.

IAm vero fides, quæ arte carere dicuntur, continenter ĳs, quæ dicta sunt, percurramus. sunt enim iudicialium pro- E priæ, suntq; numero quinq;, leges, testes, pacta, quæstiones, iusiurandum.

Fides artis exptes qnq; eé, leges, testes, pacta qões, iusiurandũ, & quo mõ eorũ singula sint trãctanda.

Ac primum quidem dicam⁹ de legibu⁹, quemadmodum eis vti oporteat, tum adhortando, tum dehortãdo, tum accusando, tũ defendẽdo. Neq; enim dubiũ est, quin, si lex scripta facto aduerset, cõi lege vtendum sit, & æquo, vt iustiore. Et ꝙ optima mente est, non vtiq; scriptis vti: F & ꝙ æquum semper manet, ac nunq̃ immutat, neque lex cõis, quippe quę sit ſm naturam, scriptæ vero sæpe. vnde dictum est in Antigone Sophoclis (defendit enim, se fecisse contra Creontis legem, verũ non cõtra scriptã:) {Hoc nanq; non hodie, aut heri, at semper fuit, ideo ego nõ timeo viri vllius minas.} Et ꝙ iustum verum est, atq; vtile quiddam, sed non quod existimatur. quare non lex scripta, quia offi-

cio

G cio legis non fungitur. Et ꝙ iu-
dex perinde, ac argentarius est,
vt adulterinum iustũ discernat
à vero. Et ꝙ melioris hoĩs est, ñ
scriptis vti, & stare, q̃ scriptis.
Et si qua in parte probatæ legi
contraria sit, aut etiam ipsa sibi,
veluti interdum vna iubet rata
esse, quæcunq; pacti sint, altera
vero pacisci vetat cõtra legem:
itẽq; & si ambigua: vt torqueas,
& videas in vtram deductionẽ
aut iustum, aut vtile quadrabit,
deinde eo vtaris. Et, si res ꝓpter
H quas lex lata est, non ampliꝰ ma-
nent, sed lex, enitendum est, vt
id aperias, & hac ratione cõtra
ipsam cõtendas. Quòd si lex scri-
pta cum facto sit, tum dicendũ,
ꝙ Optima mente non est, vt cõ-
tra legem iudicet, sed vt, si igno-
ret, quid lex loquatur, ne periu-
rio se obstringat. Et quòd ne-
mo, quod simpliciter bonum
est, eligit, sed quod huic. Et
quòd nihil interest inter non
latum, & non obseruatum. Et ꝙ
in aliĳs artibus cauillari non ex-
I pedit, contra medicum: quia nõ
tãtum obest erratũ medici, quã-
tum introducta consuetudo nõ
obediendi principi. Et ꝙ legibꝰ
se sapientiorem esse studere, id
est, quod in laudatis legibus ꝓ-
hibet. Ac de legibus quidem ex-
plicatum hoc modo sit.

De testibus autem. testes sunt
duplices, aliĳ antiqui, aliĳ noui.
& horũ aliĳ periculi participes,
aliĳ expertes. dico aũt antiquos,
tum poetas, tum alios illustres,

quorum clara iudicia extant. vt K
Athenienses de Salamine Home-
rum testem adhibuerunt, & Te-
nedĳ nuper Periandrum Corin-
thiũ aduersus Sigeẽses, & Cleo-
phõ contra Critiam Solonis ele-
gis vsus est, cum diceret, familiã
eius olim petulantem fuisse, qa
nunq̃; Solo cecinisset: {Dic fla-
uo Critiæ, vt studeat parere pa-
renti.} Ac de rebus quidem præ-
teritis eiusmodi testes sunt. de
futuris vero . . . & oraculo-
rum interpretes, vt Themisto-
ces, quòd muri lignei naual. pi ę L
lio rem committendam signifi-
cabant. Præterea vero prouer-
bia etiam, vt dictum est, testi-
monia sunt. vt si quis suadeat,
ne senex amicus paretur, ei pro-
uerbium attestatur: {Seni ne
bene facias,} & vt filĳ tollant,
quorũ & parentes: {Stultus, q
natos occiso patre relinquit.}
Noui vero sunt, qui cũ illustres
essent, de re aliqua iudicarũt, qa
eorum iudicia sunt ĳs, qui de ĳs-
dem rebus controuersantur, ac-
cõmodata. vt Eubulus in iudi-
cĳs contra Charetem, id, qđ Pla-
to aduersus Archebiũ dixerat,
vsurpauit: {Increbuit in ciuita-
te cõfessio improbitatis.} Et pe-
riculi participes, si ementiri exi-
stimentur. Atq; eiusmodi quidẽ
testes talia dũtaxat testant: factũ
nec ne, sit, nec ne. cuiusmodi ve-
ro, non testantur, vt iustum, an
iniustũ, vtile, an inutile. Qui ve-
ro longinqui sunt, in his et rebꝰ
certissimi sunt. antiqui vero cer-
tissimi

A tissimi,quia incorrupti.certa vero fides à testimonijs. Ac testib⁹ quidem carenti: quod ex verisimilibus iudicandũ est,& hoc ẽ, Optima mente,& ꝙ verisimilia pretio corrumpi non pñt: & ꝙ verisimilia falsi non arguuntur. Habenti vero aduersus carentẽ: ꝙ verisimilia iudicio non subijciunẽ,& ꝙ testimonijs non esset opus, si rationibus perpendere satis esset. Sunt aũt testimonia, alia de se ipso,alia de aduersario, itemq; alia de facto,alia de mori B bus.Ex quo perspicuũ est, nunquam fore, vt vtilis testimonij inopia laboretur:quia si non de re,quòd aut sibi faueat, aut aduersario refrageẽ,at de moribus: aut sui ipsius ad bonitatem,aut aduersarij ad improbitatẽ. Reliqua vero de teste aut amico,aut inimico,aut medio, aut probato,aut infami,aut medio,& q̃cũque aliæ eiusmodi differentię,ex ijsdem locis sunt petẽdę, ex qb⁹ & enthymemata petimus.

De pactis aũt eatenus orationis C vsus pertinet, vt ea augeat, aut extenuet,aut idonea efficiat aut non idonea:si ipsi quidẽ suppetant,idonea,& rata,in aduersario vero,contra. Ad ea igitur idonea efficienda nihil à tractatione testium differt, quia ꝑinde sint,qui inscripti sunt, aut q custodiũt,ita pacta idonea sũt. Vbi vero pactũ suppetere, constat,si proprium est,adaugendũ est.Pactum enim lex est priuata, & in parte: & pacta quidẽ legẽ ratam non efficiunt,at leges pacta,q̃ cũ lege conueniunt.atque oĩno lex ipsa pactũ est quoddã. quare qui nõ credit, & pactum tollit,leges tollit.Quin ẽt pleraque eorum,q̃ cõtrahunẽ,& spõte nostra aguntur, secundum pacta sunt: vsq; adeo vt his ĩfirmatis hoĩum inter se societas euertaẽ: itemq; alia, quæcunq; conueniunt, perspicere promptum est. Quòd si repugnet, & cũ aduersarijs faciat, primum quidẽ quibus quis contrariam legẽ oppugnauerit,eadem conueniunt. absurdum.n.sit,si legibus,quoties inique latæ sint, sed fraudẽ fecerint,qui tulerunt, parere oportere non arbitramur, pactis aũt necesse sit.deinde, ꝙ iusti dispensator est iudex, vt non hoc spectare debeat,sed tanq; iusti⁹, & iustum quidem inuertere neque fraude,neq; necessitate licet quia nã constitutum est, pacta vero & à deceptis, & à coactis hoĩbus fiunt. Ad hæc vero animaduertere conuenit,an aduersẽt alicui aut legũ scriptarũ, aut cõium,& iustis,aut honestis,p̃terea vero an alijs pactis posteriorib⁹,an prioribus. aut.n.posteriora sunt rata, priora vero irrita: aut priora rata, posteriora vero falsa sunt.vtrocũq; mõ,ꝑficiet.p̃terea vero cõmodum est ẽt dispicere, si qua in parte aduersẽt iudicib⁹, & q̃cunq; sunt huius generis. etenim hęc facilia sunt ad intelligendum eodem mõ.

G Qōnes aūt testimonia sunt q̄dam, q̄ certā existimant habere fidē, qa necessitas vrget. quare difficile non est, de his videre, & q̄ incidere pñt, exponere. Ex q̄bus & si ꝓpriæ sint, amplificarī licet: ꝙ ipsæ solæ inter testimonia veræ sunt: & si repugnēt, atq; cū aduersario faciāt, veritas euerti de toto qōnū gn̄e disputando pōt: ꝙ qui cogunt, nō minus falsa dicūt, q̄ vera, & tolerādo, ne vera enūciēt, & facile mētiendo, vt citius requiescāt. Hęc H autem oportet ad præterita eiusmodi exempla, quæ nota iudicibus sint, redigere posse.

De iureiurando vero quadripartita afferri distributio pt̄. Nā aut offert, & accipit, aut neutrū: aut illđ q̄dē, hoc vero nequaq̄. Et ex his aut offert quidē, verū non accipit: aut accipit quidē, verū non offert. & p̄ter hęc alio mō, si iusiurandū iuratū est aut ab ipso, aut ab illo. Ac nō offert q̄dē; quia facile peierāt, & quia I vbi ille iurauit, nequaq̄ reddit, hos aūt arbitrat, ēt si nō iurarit, cū dānaturos. & qa hoc ꝑiculū inter iudices melius ē: his.n. credit, illi vero nequaq̄. Nō accipit aūt: quia iusiurandū est ꝓ pecunia, & qa si improbꝰ eēt, iureiurādo se obstrinxisset. p̄stat.n. alicuius rei gratia improbum esse, q̄ nullius. quia iuratꝰ habebit, ī iuratꝰ vero nequaq̄. atq; ita ꝑꝑ virtutem, non ꝑꝑ piurium efficiet, ne iuret. qn ēt Xenophanis illud accōmodatum est: ꝙ nō ē æqualis prouocatio impij̄ aduer K sus pium, sed similis, atq; si robustus imbecillū verberaret, & ad vapulandum prouocaret. sin āt accipit: ꝙ credit sibi, non illi. & illud Xenophanis inuertēdo, ita dicendū, perinde esse, ac si ī pius offerat, pius āt iuret, & indignā rē esse, ipsum iurare nolle, de quibus iuratos eos vult iudicare. Sin aūt offert: ꝙ pium est, dijs rē ꝑmittere velle. neq; opus est, vt ipse iudices alios q̄rat, cū ipsi judicium deferat. & ꝙ absurdū est, nolle iurare, de quibus alios L vult iurare. Qm̄ aūt perspicuū est, qūo de singulis dicere conueniat: ēt copulādo, quo mō dicendum sit, apparebit. veluti, si ipse accipere velit, at nō offerre: & si offert quidē, at non accipere: & si accipere velit, & offerre: & si neutrū. ex ijs.n. quæ dicta sunt, copulari necesse est. quare rōnes ēt ex ijs, q̄ dicta sunt, copulent, necesse est. Quod si a se ipso susceptū fuerit, & quidē contrarium: ꝙ nō est periuriū: quia in- M iuriam facere sponte est, peierare aūt est iniuriam facere: q̄ vero vi, aut fraude, haudquaq̄ spōte. quo in loco concludendum ē, periurium ēt concipi mente, nō ore. Sin aūt ab aduersario fuerit iuratum: ꝙ omnia tollit, qui nō stat ijs, q̄ iurauit. ob id enim & leges obseruant iurati. & vos stare volumus ijs, quæ iurati iudicetis, ipsi vero non stabimus? Ac fides quidem artis expertes tam multis expositæ sint.

ARISTO-

ARISTOTELIS RHETORICÆ, LIBER II.

Carolo Sigonio Interprete.

SVMMA LIBRI.

De hominum Affectibus: ætatum ac fortunæ, moribus. De Possibili, ac Impossibili, Amplificatione, & Attenuatione, cunctis orationibus cōmunibus. De probationum generibus, Exemplo, scilicet, ac Enthymemate: eoque tum vero, tum apparenti: ac eiusdem solutionibus: De
B sententia item, tanquam ipsius parte.

Quòd auditores, afficiendi sunt.
Cap. I.

De moribus, & affectibus.

AC Quibus quidem ex rebus oporteat adhortari, ac dehortari, & vituperare, ac laudare, & accusare, ac defendere, & cuiusmodi opiniones, & propositiones ad has res persuadēdas vtiles sint, hactenus. de his.n.& ex his enthymemata proferuntur, vt proprie in vnoquoq; genere orationum dicamus. Qm autem rhetorica iudicatiōis est gratia (si quidem & consilia iudicant, & iudi-
C cia iudicatio sunt) sane necesse est, non solum in orationē, quēadmodum demonstrabit, & fidem faciet, intueri, sed etiam se ipsum cuiusdammodi, & iudicē comparare. multum enim ad p̄suadendum interest in primis q̄dem in consiliȷs, deinde vero ēt in iudiciȷs tum cuiusdammodi videri eum, qui dicit, tum eūdē erga se ipsos aliquo modo se habere, putare: ad hæc vero, si & D
ipsi aliquo modo affecti sint. Ac cuiusdammodi quidem videri eum, qui dicit, ad consilia accōmodatius est, affectum vero aliquo modo eum esse, qui audit, ad iudicia. neq;.n. eadem videntur ȷs, qui amāt, ac ȷs, qui odio habent, neq; iratis, atq; placatis. verum aut omnino diuersa, aut magnitudine diuersa: etenim q amat, eum, quo de iudicium facit, aut nihil, aut parū deliquisse existimat: qui vero odit, contra. & cupienti quidem, ac bene E
speranti, si quod futurum est, sit iucundum, etiam fore, ac bonū fore, videtur, at vero affectus experti, ac dubitāti, cōtra. Ac quā quidem ob rem fides oratorib9 ipsis adhibeatur, tres causæ existunt. (tot enim sunt ea, pp quæ fidem habemus, præter demonstrationes,) hæc autem prudentia, & virt9, & beneuolētia sūt: si quidem fallunt in ȷs, de quibus dicunt, vel consilium dant, aut his rebus omnibus, aut ali- F
qua harum: quia aut ꝑpter imprudentiam non recte id opinātur, aut recte opinantes, propter improbitatem ea silent, quę opinantur, aut prudentes, & probi sunt illi quidem, verum parum beneuoli. quare fieri pōt, vt qui intelligunt, non optima tamen suadeāt, & præterea nihil. Ergo necesse est, eum, qui hæc habere omnia existimetur, apud eos, qui audiunt, auctoritatem habere. Ac vnde quidem prudentia,

G ac virtute præditi videantur, ex ijs est, quę de virtutibus explicata sunt, depromendum: quia ex ijsdem & alterum, & se ipsum talem aliquis cōparauerit. de beneuolētia vero, & amicitia in pceptis de affectib⁹ nūc dicem⁹.

De affectibus. Affectus autem sunt, propter quos immutati in iudicationibus dissident, quos quidem molestia, voluptasq́ꝫ consequitur, vt ira, misericordia, metus, & H omnes eiusmodi, atq; his cōtrarij. Cęterum quæ ad eorū vnūquemq; pertinent, trifariam diuidere conuenit. dico autem exēpli gratia, de ira, & quemadmodum affecti iracundi sint, & quibus irasci soliti sint, & quas ob res. quia si vnum, aut duo horū teneamus, non autem omnia, haudquaquam fieri possit, vt iracundiā excitemus. similiterq́ꝫ in cęteris. quemadmodum igitͬ in ijs, quæ ante dicta sunt, propositiones descripsimus, sic in his faciamus, & eo modo, quo I diximus, diuidamus.

De Ira. *Cap. 2.*

De ira, ac lenitate. SIt ergo ira appetitio cū dolore eius in speciem vlciscendi, qui paruifacere videatur se ipsum, aut suorum aliquē nō conuenienter. Si ergo ira hoc ē, necesse est, eum, qui irascitur, irasci semper alicui singularium, vt Cleoni, nō autem homini, & quia sibi, aut suis aliquid fecit, aut facturus fuit, itemq́ꝫ omnem iram voluptatem quandam consequi propter spem vlciscendi. est enim iucundum opinari, se K consequuturum ea, quæ expetit. nemo vero expetit ea, quæ à se fieri non posse videntur. qui vero irascitur, quæ ipse efficere potest, expetit. quare egregie de ira dictum est: { Melle liquente magis dulcis quę in pectore crescit. } Sequitur enim voluptas quædam tum propter hoc, tum propterea quia in vlciscendo cogitatione versantur. quæ ergo tunc excitatur phantasia voluptatem efficit, vt quæ ī somnijs. L Quoniam autem paruifactio est operatio opinionis circa id, qđ nihili ęstimandum videtur, (etenim bona, & mala, quæque ad hæc pertinent, magni ęstimāda esse arbitramur, quę vero nihil, aut admodum parua sunt, pro nihilo habenda esse putamus.) idcirco tres paruifactionis formæ sunt, contemptio, incommodatio, & contumelia. nam & q contemnit, paruifacit: quia quę nihili ęstimanda putāt, ea cōtēnunt, quæ vero nihili æstimāda M sunt, parui faciunt: & qui incōmodat, videtur contemnere: qa incommodatio est impedimentum voluntatibus oblatum, nō vt aliquid sibi, sed vt ne illi. Qm̄ igitͬ nō vt aliqd sibi, paruifacit: qđ ex eo perspicitͬ, quia neq; obfuturum arbitratur: si quidē timeret, & non paruifaceret, neq; profuturū aliquid, quod sit ęstimandum: quia curam adhibuisset, vt amicus esset: & qui contumelia afficit, paruifacit: quia cō-

tumelia

A tumelia est, nocere, & molestiã afferre in ĳs rebus, in quib⁹ dedecus suscipit ille, qui patitur, non vt aliqd sibi suppetat aliud, quàm quod suppetit, sed vt voluptate afficiatur: quia qui repẽdunt, non contumeliam inferũt, sed vlciscuntur. causa vero voluptatis eorum, qui contumeliam inferunt, ex eo est, ꝙ se male afficiendo magis excellere arbitrantur. itaq; iuuenes, & diuites cõtumeliosi: quia contumelia inferenda se arbitrantur excellere:
B contumeliæ vero nõ æstimatio: quia qui non æstimat, paruifacit: quod enim nullius pretĳ ẽ, nullam æstimationem neq; mali, neq; boni in se continet. itaq; iratus inquit Achilles: {Nõ æstimauit, quoniam ereptum donũ ipse retinet.} Item: {Tanquam quendam non æstimandum ꝓfugum:} vt qui propterea irascatur. Putant autem conuenire, se magnifieri ab ĳs, qui inferiores sunt genere, facultate, virtute, et omnino eo, in quo ipso longe ex
C cellit, vt in pecunĳs diues paupere, & in dicendo disertus indiserto, & qui imperat eo, cui imperatur, & qui imperio dignus existimatur eo, qui dignus est, cui imperetur. itaq; dictum est: {Ira magna est diuorum regũ. At etiam postea iram seruat, donec efficiat.} quia moleste ferũt propter excellentiam. itẽ ab ĳs, ä quibus aliquis putat conuenire, vt sibi benigne fiat. hi vero sunt, quibus ipse benigne fecit, aut facit, aut suorum aliquis, D aut propter ipsum, aut vult, aut voluit.

Quibus ex rebus iam liquet, & quonam modo se habẽtes ipsi irascantur, & quibus, & quas ob res. Ipsi enim: quoties doleãt: quia qui dolet appetit aliquid. Ergo & si directo obstiterit aliquis, vt sitienti in bibẽdo, & si non, similiter idem facere videtur. Et si refragetur quispiã & si non suffragetur: & si quid aliud hoc modo se habentẽ interturbarit, irascitur omnibus. E quare dum ægrotant, dum paupertate premuntur, dum amãt, dum sitiunt, omnino dũ cupiũt & non recte rem suam agũt, iracundi sunt, & facile concitant̃, maxime quidẽ aduersus eos, q̃ præsentem statum paruifaciũt, vt ægrotus in ĳs, quæ ad morbũ attinent, pauper in ĳs, quæ ad pauꝑtatẽ, bellator in ĳs, q̃ ad bellũ, amator ĩ ĳs, q̃ ad amorẽ. silr̃ vero & in cęteris. ꝑparat̃. n. q(q; ad suam cuiusq; iram ab affectu eo, qui insitus est. Item si contra F ria expectauerit: cruciat ẽnim vehementius quod valde ꝑter opinionem accidit. quemadmodum etiam delectat, quod valde præter opinionem accidit, si qđ vult, accidit. Itaq; perspicuum ex his est, quales horæ, & tẽpora, & affectiones, & ætates ad iram facile concitentur, & quãdo, & vbi, & vt, quando magis in his versantur, facilius etiam concitãtur. Ac ipsi quidem hoc

G modo se habentes facile incendi ira possunt.

Irascuntur autem irridentib⁹ & subsannantibus, & illudentibus: quia contumeliam inferūt. Et ŋs, qui detrimentis illis afficiunt, quæ signa cōtumelię sūt. eiusmodi vero esse necesse est, q̄ neq; pro re aliqua, neque ŋs vtilia sunt, qui faciunt. tum enim propter contumeliam videatur. Et maledicentibus, & contemnentibus in ŋs rebus, in quibus ipsi præcipue studium ponunt,

H vt qui ob philosophiam efferūtur, si quis in philosophiam: qui ob formam, si quis in formam: similiter vero etiam in alŋs: multo vero magis, si suspicētur, hæc non adesse sibi, aut omnino, aut non firme, aut non existimari. vbi vero valde se putant hærere in ŋs, in quibus illuduntur, curam non suscipiunt. Et amicis magis, q̄ non amicis: quia putant, conuenire magis, vt sibi ab ŋs benigne fiat, quàm non. Et ŋs, à quibus soliti erant honora

I ri, & curari, si non amplius ita consuescant: quia ab ŋs se contemni putant, alioquin eadem facturos. Et ŋs, qui mutuam gratiam non referunt, neq; parem referunt. Et ŋs, qui contraria, ac ipsi, faciunt, si inferiores sint: q̄a qui tales sunt, omnes contemnere videntur, & illi quidem vt eos, qui inferiores sint, hi vero, vt ab inferioribus. Et ŋs, q̄ nullius æstimationis sunt, si paruifaciunt, vehementius. positum est enim, iram esse paruifactiōis K aduersus eos, qui non conueniēter se gerunt. cōuenit autem inferioribus, vt non paruifaciant. Et amicis, si nō bene dicant, aut faciant, & adhuc magis, si contraria, & si non animaduertant, nos egere, vt Plexipp⁹ Antiphōtis Meleagro: quia paruifactionis signum est, non animaduertere. quos enim curamus, nō latent. Et ŋs, qui gaudent infortunŋs. Et omnino ŋs, qui bono animo sunt in suis infortunijs, quia aut inimici, aut paruifacientis ē L signum. Et ŋs, qui non curant, an molestiam afferant. quo fit, vt mala nunciantibus irascant̄. Et ijs, qui de se auscultant, aut sua mala spectant: quia aut paruifacientibus, aut inimicis similes sunt, quia amici condolent, omnes autem, qui propria spectant mala, dolent: item ŋs, qui paruifaciunt apud quinque, apud eos, quibus cum de honore contendunt, apud eos, quos suspiciūt, à quibus se suspici volunt, apud eos, quos reue- M rentur, inter hos inquam si quis paruifaciat, succensent grauius. Et ŋs, qui in eiusmodi rebus paruifaciunt, quibus sibi non auxilium ferre, deforme est, vt parētibus, liberis, vxorib⁹, subiectis. Et ŋs, qui gratiam non reddūt: quia qui paruifacit, non ita, vt conuenit, facit. Et ŋs, qui iocantur cum serio agentibus: valet enim ad contēptionē iocus. Et ŋs, qui alijs benigne fecerunt, si non

A non & sibi: quia & hoc valet ad contemptionem, non æstimare se dignum ijs rebus, quibus omnes. Quin etiam ad iram concitandam valet obliuio, vt quæ penè nominũ est: quia & obliuio signum paruifactionis videtur: ex noncurantia enim obliuio nascitur, noncurantia vero paruifactio est. A quibus quidem irascantur, & quemadmodum se habentes, & quas ob res, simul expositum est. ex quibus intelligi potest, opus fore, vt ipse tales B eos oratione præparet, cuiusmodi cũ sunt, iracunde affecti sunt, atq; aduersarios eis rebus affines esse, ꝓp quas irascunt̃, & tales esse, qualibus irascuntur.

De Mansuetudine. Cap. 3.

QVoniam autem irasci cõtrarium est ipsi leniri, & ira lenitati, intelligendũ est, quomodo se habentes lenes sint, & erga quos se leniter gerãt & per quæ reuocantur ad lenita C tem. Sit ergo lenitas cõstitutio, & sedatio iræ. Si ergo irascuntur ijs, qui paruifaciunt, qui vero paruifacit, sponte sua agit, profecto lenes sunt & ijs, qui nihil horum faciunt, aut non sponte sua faciunt, aut tales esse videntur. Et ijs qui contra volunt, ac fecerunt. Et ijs, qui & ipsi in se tales sunt: nemo enim ipse semet paruifacere existimatur. Et ĳs, qui cõfitentur, & pœnitet: quasi enim pœnam habeant dolorẽ ob res commissas, conquiescũt ab ira. cuius rei castigatio famulorum indicio est. nam qui infi- D ciantur, & contradicunt, castigamus vehemẽtius, at vero aduersus eos, qui se iuste castigari fatẽtur, desinimus excandescere. signum autem est, quia impudentia est, manifesta negare, impudentia vero paruifactio, atq; cõtemptio est. atqui quos valde contemnimus, eorũ pudore nõ afficimur. Et ĳs, qui se summittunt ipsis, nec contradicunt: qa videntur se inferiores esse fateri, inferiores autem timent, qui vero timet, nemo paruifacit. iram E autem aduersus eos, qui se summittunt, cessare, canes quoque indicãt, qui prostratos nõ mordent. Et ĳs qui serio agunt cum serio agentibus, quia curari, & non contemni videntur. Et ĳs, qui maiorem gratiã habuerũt. Et ijs, qui rogant, ac deprecant̃: sunt enim summisiores. Et iis, qui contumelia afficiunt, & subsannant, ac paruifaciunt aut neminem, aut non bonos, aut non tales, quales ipsi sunt. omnino F aũt ex contrarĳs scrutari q̃ valeant ad mitigandũ oportet. Et ĳs, quorum timore, & pudore afficiũtur: quia quoad ita se habent, non irascuntur: neq; enim fieri potest, vt simul timeamus, & irascamur. Et ĳs, qui per irã fecerunt, aut non irascuntur, aut imbecillius irascunt̃. neq; n. ob id vidẽtur fecisse, ꝙ paruifaciãt: qa nemo iratus paruifacit: quia paruifactio ẽ expers doloris, ira vero ẽ cũ dolore. Et ijs, quos pu

G det ipsorum. Quin etiã qui contrario modo constituti sunt, atq; irati, ij sine dubio sunt lenes, vt in ludo, in risu, in festo, & felici die, in re sua bene gesta, in saturitate, omnino in indolẽtia, & voluptate contumeliam non inferente, & bona spe. Item qui inueteratam iram, & non recentẽ habent: quia iram mitigat tẽpus. Quin etiam grauiorem alterius iram mitigat pœna, quę ante de alio sumpta est. itaq; recte Philocrates, dicente quodã: cum po-
H pulus esset iratus, cur non te defendis? Nõdum, inquit. At quãdo? Cum alium in crimen vocatum videro. siquidẽ mites fiũt, cum iram in alium consumpserunt, vt accidit in Ergophilo. vehementius enim succẽsentes, q̃ Callistheni, dimiserunt, qa Callisthenem pridie morte damnauerant. Et si cõuicti, & si maius malum passi sint, q̃ qui irascuntur, attulissent: quia quasi se sumpsisse pœnas existimant. Et si ip
I si arbitrentur, se iniuste agere, & iuste pati: neq; enim ira aduersus id, quod conuenit, excitatur: quia non amplius se, contra q̃ conueniebat, pati arbitrantur. id quod ira erat. itaq; oratione prius castigare oportet. etenim & serui minus ægre ferunt, cum castigantur. Et si putant, fore vt non sentiant, q̧ per ipsos, & pro ijs, quæ passi sunt. ira enim ẽ singulariũ, vt ex definitiõe liquet. Itaq; recte scriptum est: {Vlyssem vrbis euersorem dicito.} p̧-

K inde, ac si non vltus esset, nisi sensisset, & à quo, & pro quo. quare neq; alijs, quicunq; non sentiunt, irascuntur, neq; amplius mortuis, quippe qui extrema p̧pessi sint, neque dolituri sint, neque sensuri, quod qui irascunt̃, appetunt. Itaq; bene de Hectore Poeta, cũ vellet Achillem ab ira aduersus mortuũ reuocare: {Atqui mutam terrã furens verberat.} Ex his igitur perspicuũ est, eos qui placare volũt, ex his locis dicere oportere, tales quidem ipsos comparando, eos vero, quibus irascuntur, aut pertimescendos, aut reuerẽtia dignos aut benemeritos, aut iuitos, aut rebus cõmissis valde dolentes. L

De Amicitia, & Amore, & eorum contrarijs. Cap. 4.

De amore, & odio.

QVos aũt amẽt, & odio habeãt, & quã ob rẽ, amicitia, atq; amore definitis, dicamus. Sit ergo amare, velle alicui ea, q̃ bona arbitrat̃, illi⁹ cã, non aũt sui, eaq; pro viribus efficere. amic⁹ aũt ẽ, qui amat, et redamat̃. existimant̃ aũt amici M esse, qui hunc in modũ inter se affecti existimant̃. Quibus positis, necesse ẽ, amicũ eũ esse, q simul lætat̃ cõmodis, & cõdolet incõmodis, nõ ob rẽ aliquã aliã sed pp illũ: gaudent. n. oẽs, vbi eueniũt ea, q̃ volunt, dolẽt autẽ cõtrarijs. quare volũtatis signũ sunt dolores, & voluptates. Et, qb⁹ demũ eadẽ bõa, et mala sũt. Et, q sũt ijsdẽ amici, & q sũt ijsdẽ inimici: eadẽ. n. vt hi velĩt, necesse

A cesse ẽ. q̄re q̄ q̄ sibi, aliȷ̄ vult, hic vr̄ eē amic⁹. Et eos quoq; amãt, qui beneficiũ dederunt aut sibi, aut ijs, quos caros habent, idq; aut magnum, aut prompto animo, aut in eiusmodi tẽporibus, aut ipsorũ cã: aut eos, quos dare velle beneficiũ arbitrentur. Et amicos amicorũ. Et, qui amant eos, quos ipsi amãt. Et, qui amã tur ab eis, qui à se amãtur. Et q sunt eorundẽ inimici. Et, q oderunt illos quos ipsi oderunt. Et, qui odio habẽtur ab eis, qui à se
B odio habent: his. n. omnibus eadẽ bona videntur esse, ac sibi, vt eadem illis bona velint, id quod erat amici. Itẽ beneficos in pecunias, & in salutẽ: itaq; liberales, & fortes honorant, atq; adeo ẽt iustos. tales aũt putant, qui non ab aliȷ̄s viuunt, cuiusmodi sunt qui ex labore: & ex his ȷ̄, qui ex agricultura, & ex aliȷ̄s opifices in primis. Et temperatos: q̄a nõ iniusti. Et ab agendo remotos, pp eandẽ rationẽ. Et, quib⁹ volumus amici esse, si videant velle.
C le. sunt autẽ tales, & qui virtute præstant, & qui bona existimatione præditi sunt aut apud oẽs, aut apud optimos, aut apud eos, quos ipsi admirantur, aut apud eos, qui se admirãtur. Item, qui in vita communi, & quotidiana cõsuetudine sunt iucundi. quales sunt faciles, neq; ad redarguẽda peccata procliues, neq; cõcertationũ, neq; litiũ amantes: q̄a eiusmodi oẽs pugnaces sunt, q vero pugnãt, contraria velle videntur. Et qui dextri sunt tũ in D
eludẽdo, tum in perferendo: eidem. n. rei ambo student, cui ꝓximus: q̄a & dicto lacessi p̄nt, & elegãter lacessunt. Et, qui laudãt bona, q̄ adsunt, & ex ijs ea maxime, quæ sibi vt adsint, verentur. Et mundos in aspectu, in vestitu, in tota vita. Et, qui exprobrãt neq; peccata, neq; beneficia: ambo. n. ad redarguẽdum propensi sunt. Et, qui non recordãtur iniurias, neq; crimina obseruãt, sed facile reconciliantur: quia quales erga alios esse existimãt, etiã erga se arbitrantur. Et, E
qui maledici non sunt, nec mala propinquorum, neq; ipsorum, sed bona norunt: quia boni viri hoc faciunt. Et, qui non aduersantur irascentib⁹, aut serio agẽtibus: tales. n. pugnaces. Et, qui erga ipsos aliquo modo studiose se gerunt, vt, qui ipsos admirantur, atq; ipsos virtute præditos arbitrantur, & ipsis delectãtur.
Et, qui ita maxime affecti sunt F
in ijs rebus, in quibus ipsi volũt aut suspici, aut egregios, aut iucundos existimari. Et pares, & eadem profitentes, modo ne impedimentum afferant, neq; indidem victum quærant: sic enim accidit illud: {Figulus figulo.} Et qui illa appetunt, quorũ fieri potest, vt ipsi simul participes sint: sin minus, idem accidit etiã ita. Et erga quos ita affecti sunt, vt apud eos facere non pudeat ea, quæ ad opinionem, non contemnentes. Et, apud quos pudet facere

G facere ea, quæ ad veritatem. Et, quibus cum de honore contendunt, aut à quib⁹ volunt se ęmulari, & non inuideri, hos aut amant, aut amici eis esse volũt. Et quib⁹ bona procurarint, nisi ipsis maiora mala euentura sint. Et, qui absentes ęque, ac pręsentes amant. itaque qui erga mortuos sunt tales, diliguntur ab oĩbus. Et omnino qui amicos vnice diligũt, & non derelinquunt: in primis enim ex bonis amant
H eos, qui boni amici sunt. Et qui nihil secum fingũt, quales & q vitia sua produnt. dictũ est eñ, nos apud amicos, quę ad opinionem, non pudere. si ergo is, quẽ pudet, non amat, quem non pudet, amãti similis est. Et, qui nõ sint metuendi. Et, quibus cõfidimus: nemo enim quem metuit, diligit. Iam vero species amicitiæ sunt sodalitas, ꝓpinquitas, cognatio, & quęcũq; eiusmodi. ad amicitiam autem conciliandã valent gratia, & si haudquaquã rogatus fecerit, & postquã
I fecit, non indicarit, sic enim sui cã videtur, & non alterius. De inimicitia vero, & odio, perspicuum est, ex contrarijs esse scrutandum. Ad inimicitiam vero concitandã valent ira, incõmodatio, calumnia. ac ira quidem est ex ijs, q̃ ad se, inimicitia vero etiã sine ijs, quæ ad se. nam si talem esse suspicamur, odio habemus: & ira quidem semper aduersus singularia est, vt Calliæ, aut Socrati: odium autem etiã aduersus genera: siquidem in furem, ac sycophantam odiũ quisque habet: & illud quidẽ tempore sanabile, hoc vero insanabile: & illa afficere molestia cupit, hęc incõmodo potius. nam qui irascitur, vult sentiri, huius autẽ nihil interest: quę vero molestiã afferunt, sentiuntur oĩa: quę aũt maxime mala sunt, minime sentiuntur, iniustitia, & imprudentia: quia præsentia vitij nihil affert molestiæ: & illud adiunctã molestiã habet, ab hoc molestia abest. nam qui irascit̃, molestia afficitur, q vero odit, haudquaquam: & ille quidẽ, si multa eueniãt, miserescit, hic vero nullius. ille.n. talionem pati vult eũ, cui irascit̃, hic vero, non esse. Ex his igitur perspicuum est, licere inimicos, & amicos, & q sunt, demonstrare, & qui non sunt, efficere, & qui esse dicuntur, dissociare, & eos qui aut propter irã, aut propter inimicitias controuersantur, ad vtram constituerimus partem traducere. K L

M

De Timore, *& eius contrario*.

Cap. 5.

De metu, & fidẽtia.

CVIusmodi vero res metuant, & quos, & quo modo affecti, hoc modo planũ erit. Sit ergo metus molestia quædã, aut perturbatio ex phãtasia futuri mali, aut interimẽdi vim habẽtis, aut molesti. neq;.n. mala oĩa metuunt, vt, si erit iniustus, aut tardus, sed quęcũq; aut molestias magnas afferre, aut interitus possunt: præsertim vero si non

A li non longe, sed ꝑpe esse videãtur vt impendeant. quæ.n.lõge admodũ absunt, ea nõ metuũt: nemo est.n. qui nesciat, se moriturũ, sed q͞a non propediem: curam non suscipit. Si ergo metus hoc est, ea metuẽda sint, necesse est, quę vim magnã habere videtur interimendi, aut detrimẽtis illis afficiẽdi, q̃ molestiã magnã exhibeant. itaq; & rerũ eiusmodi signa sunt metuenda: ꝑpe.n. videtur esse, quod metuendũ ẽ. siquidem periculum, rei metuẽ-
B dę appropinquatio est, eiusmodi vero ira, & inimicitię sunt eorum, q͞ efficere aliquid possunt: neq;.n. dubiũ est, quin & velint, & possint, quare parum abest, quin faciant. Et iniustitia, quæ viribus prędita est: iniustus em̃ iniustus est, eo quia pręeligit. Et virtus contumeliam passa, quæ viribus prędita est: perspicuum est enim, quotiescunq; contumeliam patiat̃, semper præeligere, nunc vero põt. Et metus est eo-
C rum, qui possunt aliquid facere: in apparatu.n. ẽt occupari necesse est illũ, qui talis est. qm̃ aũt ꝑteriq; improbi, & lucro obnoxij, & in periculis timidi sũt, fit, vt plerũq; metuendũ sit, ipsum in alio esse: quare qui conscij sũt ei, qui atrox aliq͞d patrauit, metuẽdi sunt, ne aut enũcient, aut deserãt. Et, q͞ possunt iniuriã facere, semper ijs, q͞ possunt pati: plerũq;.n. hoĩes iniuriã faciunt, cũ possunt. Et, q͞ iniuriam passi sunt, aut q͞ se passos esse arbitrãtur: q͞a semp̃ obseruant occasio- D
nem. Et q͞ iniuriã fecerunt, si vires habeãt, metuendi sunt: q; timeant, ne talionẽ patiant̃. positum est.n. tale esse, quod metuẽdũ. Et rerũ earundem cõpetitores, quarum non licet simul ambos potiri: semper.n. bellum gerunt cũ talibus. Et qui sunt pręstantiorib⁹, q̃; ipsi sint, metuẽdi, & ipsi metuendi: q͞a facilius ipsis nocere potuerint, q̃; præstantiorib⁹. Et ij, quos præstãtiores, q̃; ipsi sint, metuũt, ꝑp eandem cãm. Et, qui p̃stantiores se sustu- E
lerũt. Et, q͞ infirmiores se inuaserunt: aut.n. iam metuendi sunt, aut vbi creuerint. Et ex ijs, q͞ iniuriã passi sunt, aut ex inimicis, aut ex aduersarijs, non qui facile excandescũt, & libere loquunt̃, sed faciles, & dissimulatores, & malitiosi: obscuri.n. sunt, an ꝑpe: quare nunquã aperti, q͞a longe. Omnia vero quæ metuenda sunt, terribiliora fiũt, quęcunq; si errarint, corrigi nõ contingit, sed aut oĩno non possunt, aut nõ F
in se, sed in aduersarijs sunt. Et quorũ auxilia nulla sunt, aut nõ facilia. Vt autem simpl'r dicam, metuenda sunt, aut ea, q̃ cũ alijs euenerunt, aut euentura sunt, miserabilia sunt. Ac quæ quidẽ metuenda sint, & quę metuant, fermè, vt ita dicam, quæ maxima, hæc sunt.

Quomodo vero affecti ipsi metuant, nunc dicamus. Si ergo metus est cum expectatione patiendi alicuius mali, quod interi-

G terimendi vim habeat, perspicuũ est, neminem metuere ex ĳs, qui se nihil arbitrantur passuros, neq; ea, quę se non arbitrantur passuros, neq; eos, à quibus non arbitrantur, neq; tunc, cum non arbitrant. Ergo illi metuāt, necesse est, q se aliquid passuros arbitrātur, & qui ab his, & hęc, & tunc. Passuros autem se nō arbitrantur, nec qui in magnis fortunę prosperitatibus sunt, & eē existimantur, vnde illi contumeliosi, paruifactores, audacesq; sunt. tales autem diuitiæ, vires,
H amicorũ copia, ac potentia reddũt. nec q se iam atrocia passos arbitrantur, & ad futuros euentus obriguerũt, vt qui iam tympano cruciantur. verũ aliquam salutis spem subeē oportet, qua de re angantur. signo est, q metus cōsultare cogit. atqui nemo de rebus desperatis consiliũ capit. Quare tales pręparare oportet, cum eos timere, commodius fuerit, nempe eiusmodi esse, vt
I possint pati, quippe cum maiores alĳ passi sint: atq; similes pati, aut passos esse ostendere, & ab ĳs, à quibus non arbitrabantur, & hæc, & tunc, cum non arbitrabantur.

Quoniam autem perspicuũ est, quid sit metus, & metuēda, & quemadmodũ affecti singuli timeant, ex his etiā perspicuum est, & quid sit fidere, & cuiusmodi in rebus, & quemadmodum affecti confidāt. fidentia.n. metui contraria est, & quę fidentiā afferunt ĳs, quæ metum. Quare K spes est cũ phantasia rerũ salutariũ, vt q̄ prope sint, metuēdarũ vero aut q̄ nullæ sint, aut longę absint. Fidentiā aũt afferunt & calamitates, q̄ longe absunt, & fidentiam afferētia, q̄ prope: & si adsint emēdationes, & subsidia, aut multa, aut magna, aut vtrunq; & si iniuriā neq; acceperint, neq; intulerint: & si cōpetitores aut oīno nulli sint, aut vires non habeant, aut si habeant vires, amici sint, aut beneficium dederint, aut acceperint: aut si L plures sint, quib9 eadem conducant, aut p̄stantiores, aut vtriq;.

Ipsi vero hoc modo affecti, fidētes sunt: si sępe rē bene gessisse neq; offendisse arbitrent. aut si sępe in calamitates inciderint, atq; euaserint. duobus.n. modis hoīes expertes affectus fiũt, aut qa experti non sunt, aut qa subsidia habeāt: vt in periculis maris, & q imperiti sunt tempestatis, futura confidũt, & quib9 subsidia p̄sto sunt, pp peritiam. Et M quoties ea res metũ incutiat neque parib9, neq; inferiorib9, & quib9 se arbitrant pręstare: arbitrant aũt ĳs, quos vicerunt, aut ipsos, aut ipsis pręstantiores, aut pares. Et si plura, & maiora sibi suppetere arbitrent, quibus qui excellũt, extimescendi sunt. hæc vero sunt pecuniarũ multitudo, & robur corporũ, & amicorũ, & regionis, & bellicorũ instrumētorum aut omnium, aut maximorum. Et si iniuriā fecerint, aut

A aut nemini, aut non multis, aut non ijs, à quibus timeant. Et oĩno, si res diuinæ ipsis egregie se habeant, cum alię, tum quę à signis, atq; oraculis: fidentem em̃ reddit ira. at non iniuriam inferre, sed accipere ad irã incitãdam valet: deus aũt ijs, qui iniuriam patiuntur, præsto adesse existimatur. Et quoties priores impetum facientes, se aut nihil pati,
B neq; passuros, aut rem bene gesturos arbitrentur. Ac de ijs quidem, quæ metum, ac fidentiam afferunt, dictum est.

De Verecundia, & Inuerecundia. Cap. 6.

De pudore, & impudentia

CViusmodi vero rerum pudeat, & nõ pudeat, & apđ quos, & quo modo affectos, ex his liquebit. Sit ergo pudor molestia quædam, & confusio in ijs malis, quę ad existimationis offensionem pertinere videantur, aut p̃sentibus, aut p̃teritis, aut futuris: impudẽtia vero paruifactio q̃dam, & affectus vacuitas in his ipsis. Si igĩt pu-
C dor est, quẽ definiuimus, ob eiusmodi mala pudere necesse est, q̃ videntur turpia esse ipsi, aut ijs, quos caros hẽt. quales oẽs actiones sunt, q̃ à vitiositate proficiscunĩ, vt abijcere clypeum, aut fugã arripere, q̃a à timiditate: & fraudare deposito, q̃a ab iniustitia: & cõcumbere, quibus cũ non conuenit, aut vbi nõ cõuenit, aut q̃n nõ cõuenit, q̃a ab intemperãtia: & quęstum facere è rebus paruis, aut è turpibus, aut ex impotentibus, vt pauperib⁹,
D aut mortuis: vnde & puerbiũ: {Etiam à cadauere ferre:} quia à sordib⁹, & illiberalitate. Et nõ subuenire, cũ possis, in pecuniã, aut parcius subuenire. Et auxiliũ accipere ab ijs, q̃ minus abũdãt. Et mutuũ petere, cũ suspicio erit, ne petat. Et petere, cum, ne repetat. Et repetere, cum, ne petat. Et laudare, vt petitionis opinionem afferat. Et repulsam passum, petere nihilo secius: q̃a hęc oĩa signa sunt illiberalitatis, laudare aũt p̃sentẽ, adulationis.
E Et bona quidẽ laudibus efferre, mala vero deterere. Et dolentis vicẽ vehementer dolere, & reliqua eiusmodi oĩa: quia adulationis sunt signa. Et labores nõ tolerare, quos seniores, aut delicati, aut in maiori p̃tãte cõstituti, aut oĩno imbecilliores tulerant: quia oĩa mollitiei sunt signa. Et ab alio beneficiũ accipere, & sępe. Et collata beneficia exprobrare: q̃a pusilli, & humilis animi signa sunt. Et de semetipso p̃dicare, ac polliceri. Et aliena sibi
F vindicare: quia iactantię. Simĩr vero & in vnoquoq; aliorũ moris vitiorũ actiones, & signa, & similia, quia turpia sunt, & pudẽda. Et ad hęc rerũ honestarũ, quarum oẽs participes sunt, aut oẽs similes, aut plurimi, partem nõ habere. similes aũt dico, qui sunt eiusdem nationis, ciuitatis, ætatis, cognationis, oĩno pares: quia turpe iampridem est, non participem esse, vt eruditionis quadam-

G quadamtenus, aliarumq́ꝫ rerum eodem modo. hæc autē oĩa turpiora, si sua culpa accidisse videantur: sic enim iam est à vitio magis, si ipse cā sit rerum, quæ affuerunt, aut adsint, aut affuturę sint. Pudore vero afficiuntur, qui patiuntur, aut passi, aut passuri sunt eiusmodi res, quę ad existimationis offensionē, & ꝓbra pertineant: qualia sunt, quæ ad ministeria corporis, aut operum turpium pertinent, ex quib⁹ cōtumeliæ perpessio est. quorum
H quę ad intemperantiam referuntur, & sua sponte, & non sua spōte suscepta, turpia sunt: q̄ vero ad vim, non sua sponte: ab ignauia enim, & timiditate tolerantia, & vltionis prætermissio nascitur. Ac quarum quidem rerum homines pudeat, hæc, & eiusmodi sunt.

Quoniam aūt pudor est phātasia de existimationis offensione concepta, & eius ipsius gratia, non autem rerū, quę inde ꝓueniunt: nemo vero existimatio
I nem curat, nisi ꝑꝑ eos, qui existimant: eorū pudeat, necesse est, quorū rōnem hēt. hēt aūt rationē eorū, qui suspiciunt, & quos suspicit, & à quib⁹ suspici vult, & quibus cū de honore contendit, & quorū existimationē non contemnit. ac suspici quidē volunt ab ĳs, eosq́ꝫ suspiciunt, qui possident bonū aliquod pretiosum, aut à quibus requirunt aliquid vehementius ex ĳs, quorū illi sunt domini, vt amatores, de honore aūt contendunt cū simi- K libus. curant aūt prudentes, vt eos, qui vera loquanť, quales sūt & senes, & eruditi. Et eorū, quæ in oculis, & quæ in aperto sunt: vnde & prouerbiū: {In oculis hęrere pudorē.} propterea eorū qui semper affuturi sunt, magis pudet, & eorū, qui ipsos attendūt: quia vtrunqꝫ ante oculos est. Et eorū, qui non ĳsdē obnoxĳ sūt: neqꝫ.n. dubiū est, quin hi contraria existiment. Et qui non ignoscunt ĳs, quæ peccata videntur: quę.n. aliquis ipse fa- L cit, ea in proximis haudquaquā dicitur stomachari: quare quæ non facit, profecto stomachatur. Et, qui in vulgus facile enūciāt: nihil.n. differt, nō existimari, ac non enunciari. facile vero enunciant, qui iniuriā acceperūt, q̄a obseruant: & maledici, quia si & de eis, qui nō peccant, multo magis de eis, qui peccāt. Et, qui in proximorum peccatis occupantur, vt subsannatorū, & comicorum, quippe qui maledici quodam modo sint, & ad enun- M ciandum parati. Et, à quib⁹ nūquam repulsam tulerunt: perinde enim illi affecti sunt, atqꝫ ĳ, qui suspiciuntur. itaqꝫ eorū, qui primum aliquid petierunt, pudore afficiūtur, vt qui nondum apud eos existimationem amiserint. tales autem sunt, qui & iamdiu amici esse volunt: quia, quæ optima sunt, conspexerūt. Vnde bella Euripidis ad Syracusanos responsio est. Et ex veteri-

bus

A bus familiaribus, qui nullius rei conscij sunt. Pudet autem nō solum rerum, quas diximus, pudēdarum, verum etiā signorum. vt nō solum cum Veneri dant operam, sed signorum etiā eius. neq; solum, cum turpia faciunt, sed etiam, cum loquūtur. Eadem vero etiā rōne non eorum solum pudore afficiuntur, quorum diximus: verum & eorum, qui indicaturi sunt ipsis, vt famulorū, & qui ipsis amici sunt. Eorum autem omnino non pudet, quorum, quod ad veritatem pertinet, existimationē contemnunt. B neminem. n. pudet puerorum, ac belluarum. Neq; easdem res facere, pudet notorū, atq; ignotorum, sed notorum quidem, eas, quæ ad veritatem existimātur, longinquorum vero, quæ ad opinionem.

Ipsi autem hoc modo affecti pudore afficientur: primū quidem, si quidā perinde se habuerint erga ipsos, ac eos diximus, quorū pudore afficiuntur. erant C autem hi, aut qui suspiciuntur, aut quos suspiciunt, aut à quib9 suspici volunt, aut à quibus rem aliquam necessariam requirunt, quam, si existimationis nullius fuerint, minime impetrabunt, atq; hi aut si videant, quemadmodū Cydias de Sami colonia dixit in cōcione, (petebat enim ab Atheniensibus, vt putarent, circunstare Græcos, tāquam intuentes, nedum audit uros, quæ decreuissent,) aut si tales illi in propinquo sint, aut sensuri sint. D itaq; cum aduersa fortuna vtūtur, se à veteribus æmulis cōspici nolunt, qui. n. æmulantur, suspiciūt. Et quoties habeant, quę dedecus afferant actionibus, & negocijs aut suis, aut proauorū, aut aliorū quorundam, quibus cum aliqua ipsis propinquitas intercedit, atq; eorum oīno, quorum ipsi pudore afficiuntur. cuiusmodi sunt ij, quos commemorauimus, aut qui ad ipsos referūtur, quorū pręceptores, aut consiliarij extiterunt. Et si sint alij E similes, quibus cum de honore cōtendant: multa. n. pudore capti pp tales hoīes & faciunt, & omittunt. Et si futurū est, vt aspiciant, & cum conscijs in aperto versentur, magis etiā erubescūt. vnde & Antiphon poeta, cum tympano torquendus à Dionysio esset, ac q vna morituri erāt, se obnubere ex ianua egressos animaduerteret, dixit: Quid vos obnubitis, an ne cras vos horū aliquis videat? Ac de pudore q̄dem hęc, de impudentia vero p̄ F spicuū est, fore, vt magna nobis ex contrarijs copia suppetat.

De gratia. *Cap.* 7.

QVibus autem gratiā habeāt, & quas ob res, & quēadmodū se habētes, vbi gratiā definiuerimus, apparebit. Sit ergo gratia, p quā qui possidet, dicitur gratiā tribuere indigenti, nō pro re aliqua, neq; vt aliqd ipsi tribuenti suppetat, sed vt aliquid illi. Magna autem erit,

G erit, quã aut valde indigentibꝰ,
aut magnarũ rerũ, aut difficiliũ,
aut in tẽporibꝰ eiusmodi, aut so-
lus, aut primus, aut in primis.
Indigẽtię vero sũt appetitiões,
& ex his maxime, q̃ cũ dolore
cõiunctę sunt rei nõ suppetẽtis.
tales autem sunt cupiditates, vt
amor, & in cruciatibꝰ corporis,
& in periculis. siquidẽ qui peri-
culo, molestiaq́ꝫ vexat̃, appetit:
nã ĳs qui in paupertate versant̃,
& exiliĳs, etiã si parua submini-
strarint, ꝑꝑ indigẽtię magnitudi
H nẽ, & tp̃s, magnũ dedisse benefi
ciũ vident̃, vt qui in Lyceo fiscel
lam dedit. In talia igit̃ officiũ tri
buere necesse est, sin minus, in
paria, aut maiora. Quare qm̃ li-
quet, & qñ, & ob quę, & quõ se
hñtibus gratia tribuat̃, ꝑspicuũ
est, apparatũ ex his esse cõficien
dũ, ostendendo, illos aut fuisse,
aut esse in tali molestia, atq; indi
gẽtia cõstitutos, hos vero in tali
necessitate eiusmodi aliquid of-
ficij tribuisse, subministrantes.
Quin etiã perspicuum est, vnde
I gratiæ detrahere, & expertes
gratiæ reddere liceat. aut em̃, ꝙ
sui cã subministrant, aut submi-
nistrarũt. (hoc aũt non erat gra-
tia,) aut ꝙ fortuito fecerunt, aut
ꝙ coacti, aut ꝙ reddiderunt, nõ
dederunt, siue sciẽtes, siue secus.
nã vtroq; modo aliquid pro ali-
quo. quare ne ita quidem erit
gratia. Atq; in oẽs categorias est
intuendũ. gratia.n. est, aut quia
hoc, aut quia tantũ, aut quia ta-
le, aut qñ, aut vbi. Signũ aũt est,
si rem minorẽ non subministra- K
runt, & si inimicis aut easdẽ, aut
pares, aut maiores. neq; em̃ du-
bium est, quin ne hæc quidem
nostri causa: aut si vilia sciens,
nemo enim se vilibus rebus in-
digere confiteatur. Ac de tri-
buenda quidem, & non tribuẽ-
da gratia dictum sit.

De Commiseratione. *Cap.* 8.

De Mise- cordia, Stoma- chation

CVIusmodi vero res misera-
biles sint, & quos homi-
nes miserẽtur, & quõ ipsi
affecti, dicamus. Sit ergo miseri-
cordia molestia quędam ob ma- L
lum apparens, interitus, & mole
stię afferendæ vim hñs, eius, qui
eo sit indignus, quod & ipse se
passurum, aut aliquem suorum
expectet, idq́ꝫ quoties ꝓpinquũ
videatur. perspicuũ est.n. neces-
se esse, qui miseraturus est, eius-
modi esse, vt arbitretur, mali ali
quid passurum aut se, aut suorũ
aliquẽ, & tale malũ, quale in de-
finitione, expositũ ẽ, aut simile,
aut affine. itaq; neq; qui fundi-
tus ꝑditi sunt, misericordia cõ-
mouent̃, quia nihil passuros se M
amplius arbitrant̃, quippe qui
passi sint: neq; qui se valde bea-
tos existimãt, verũ cõtumeliam
inferunt. si enim bona suppetere
oĩa arbitrantur, profecto se mali
nihil pati posse arbitrant̃. hoc.n.
ex bonis est. Sunt aũt eiusmodi,
vt arbitrent̃, se passuros, & qui
iã passi sunt, atq; euaserũt: & se-
nes, tũ ꝑꝑ prudentiã, tũ propter
peritiam: & imbecilli, magisq́ꝫ
timidiores: & eruditi, ꝗa consi-
derati:

A derati: & qui parẽtes habẽt, aut liberos, aut vxores, sui enim hęc sunt, & ea quę diximus, pati pos sunt: & qui neq; in fortitudinis affectu versant, vt in ira, & fidẽtia, qa hi de futuro non cogitãt: neq; in affectione contumeliosa: quia neq; hi se passuros aliquid cõsiderant, sed inter hos interiecti: neq; rursus q valde metuũt: neque enim qui timore perculsi sunt, misericordia capiunt, quia de se soliciti sunt. & si bonos ali-B quos arbitrant: qui enim nemi nem arbitrat, oẽs malo dignos esse arbitrabitur, oĩnoq; quoties ita se habeat, vt recordetur, talia contigisse aut sibi, aut suis, aut speret fore, vt aut sibi, aut suis cõtingant. Ac quemadmodum quidem se habẽtes misericordia commoueantur, dictum est.

Quę vero cõmiserẽtur, ex definitione perspicua sunt. Nã quę ex molestis, & tristib⁹ interimẽdi vim habent, miserabilia oĩa sunt: & quę perdẽdi vim habẽt: C & mala magnitudine prę̃stãtia, quæ à fortuna ꝓficiscunt. tristitiã aũt, atq; interitum afferunt mortes, & verberationes, & cruciatus corporum, & senectus, & morbi, & alimentorum inopia: mala vero à fortuna ꝓfecta, inopia amicorũ, paucitas amicorũ: quo fit, vt ab amicis, familiaribusq; diuelli, miserabile sit: turpitudo, imbecillitas, debilitas. Et si vnde boni aliquid suppetere conueniebat, mali aliquid cõtigerit, & si sæpe ita. Et si postq̃ passus sit, boni aliquid superuenerit, vt Diopithi, ad quẽ regia munera sunt missa, cum iam decessisset è vita. Et si aut nihil boni suppeditatũ sit, aut suppeditatis frui non liceat. Ac quã quidem ob rem misereantur, hæc, atque eiusmodi sunt. D

Miserãtur autẽ & familiares, nisi arcta coniuncti necessitudine sint, quia erga illos ęque, atq; erga se ipsos passuros afficiunt. itaq; Amasis pp filium, qui ducebatur ad mortẽ, non lachrymauit, vt aiunt, verum pp amicum, qui mendicabat: quia hoc est miserabile, illud atrox. atrox aũt à miserabili differt, & misericordię eĳciendæ vim hẽt, & sępe in cõtrarium valet. Item miserãtur, cum atrocitas ipsa propinqua est. Quin etiã cõmiserãtur similes ętate, moribus, habitibus, dignitatibus, generib⁹: in his enim omnib⁹ magis elucet, etiam ipsi contingere posse: oĩno enim & hic statuere oportet, quód quęcunq; sibi metuũt, hęc cum aliis eueniunt, miserantur. Qm̃ aũt mala, quæ propinqua videntur, miserabilia sunt, quæ vero ad decem millia annorum euenerunt, aut euentura sunt, cũ ea neq; sperent, neq; recordẽtur, aut oĩno non miserant, aut non eodem modo: ꝓpea qui figuris, & vocibus, & vestitu, ac deniq; actione repręsentent, miserabiliores sint, necesse est: faciunt.n. vt malũ propinquũ videat, ante oculos proponẽtes, aut tanquã E F

G futurum, aut tanquã preteritũ. Et quę modo euenerũt, aut breui euentura sunt, miserabiliora, pp eãdẽ cãm. Et signa, & actiones, & vestes eorum, qui passi sunt, & quæ sunt eiusmodi. Et verba eorũ, qui in mali perpessione versantur, vt eorum, qui iã animam agũt. Et præcipue virtute præstare, cum in eiusmodi temporibus versantur: hæc eñ oĩa, quia ppinqua videñt, magis excitãt miserationẽ, quasi vero & ille indignus sit, & mali H perpessio ante oculos obuerseẽ.

De Indignatione. Cap. 9.

OPponitur autem ipsi miserari maxime id, quod dicimus, stomachari, qa molestię, q̃ suscipiẽ ob indignas res aduersas opponitur quodãmodo, & ab ĳsdem morib⁹ molestia, quę suscipitur ob res secũdas indignas, & vtriq; affectus bonorum morum sunt: cõuenit enim, eorum, qui indigne male rem suam agunt, vicem dolere, I ac miserari, ob eos vero, qui bene, stomachari: est enim iniustũ, quod cõtra dignitatem accidit. quocirca deis stomachationem tribuimus. Existimari etiã possit, inuidiam misericordiæ eodẽ modo opponi, quasi vicinã, atq; eãdem cum stomachatione, sed est diuersa. Est eñ inuidia quoq; molestia turbulenta, & propter secundas res, verũ non eius, qui sit indignus, sed qui par, ac similis. Illud autem: Non vt ipsi eueniat aliquid aliud, sed pp ipsum proximum, oĩbus æque adesse K oportet: neq; enim amplius erit illud quidem inuidia, hoc vero stomachatio, sed metus, si pptérea molestia, ac perturbatio exciteẽ, quia ipsi mali aliquid ab illius psperitate cõtinget. Perspicuum est autem, fore, vt hos contrarĳ cõsequantur affectus: nam qui dolet ob eos, qui pręter dignitatem male rem suã gerũt, lętitia afficietur, aut dolore carebit ob contrarios, qui male gerũt: vt parricidarum, & sicariorum supplicio bonus nemo do- L luerit: quia voluptas ex talibus capienda est non aliter, atq; ex ĳs, qui pro dignitate rem suam bene gerunt. vtrunq; enim iustũ est, & bono viro lętitiam affert. quippe qui speret necesse est, fore, vt q̃ simili, etiã sibi eueniant. atq; hæc oĩa eorundem morum sunt, cõtraria vero contrariorũ: qui enim malis gaudet alienis, idem, atq; inuidus est. nam qui propter rei alicuius ortum, aut præsentiam dolet, hunc ob pri- M uationem, & corruptionẽ eiusdem gaudere necesse est. itaq; ad arcendam misericordiam valẽt hęc oĩa. at vero propter eas causas, quas diximus, discrepant. quare æque omnia proficiũt, ne misericordia concitetur.

Ac primùm quidem de stomachatione dicamus, & quibus stomachentur, & quas ob res, & quemadmodum ipsi se habentes: deinde post hæc de alĳs. Atqui hæc ex ĳs, quæ dicta

sunt,

A sunt, liquent. Nā si stomachari est dolere ob eū, qui indigne rē suam bene gerere videat, primū quidem perspicuū est, fieri non licere, vt aliquis pp bona oīa stomachetur: nemo enim, si iustus sit, aut fortis, aut si virtutē adeptus erit, stomachabitur ei: quia neq; misericordia ob ea, q̄ his cōtraria sunt, commouetur, sed ob diuitias, & potentiam, & eiusmodi res, quibus, vt simpliciter dicā, digni sunt boni viri, & qui à natura bona adepti sūt,
B vt nobilitatem, & pulchritudinem, & quę sunt eiusmodi. Qm̄ aūt antiqua prope accedere videntur ad naturalia, necesse est, ijs, qui idem bonum possident, si paulo ante adepti sint, & propterea rem suam bene gerāt, vehemētius stomachari. magis.n. offendunt, qui nouis potiuntur diuitijs, q̄ qui antiquis, & gētilicijs. similiter vero & qui magistratum gerunt, & qui potentes sunt, & qui multos habent amicos, & qui bonos liberos, &
C quicunq; tales. & si ipsi per hæc aliud quid boni adepti sint, eodē modo. etem̄ tū demū magis offendunt, qui nouis potiuntur diuitijs, q̄ qui veterib⁹, cùm pp diuitias in imperio sunt. similiterq; in cęteris. cā vero est, quia illi quidē res suas possidere existimantur, hi vero non item. qđ em̄ ita semper se habere videt, id verū existimat. quo fit vt alteri haudquaquā sua possidere videantur. Et qm̄ singula bona non cuicunq; conueniūt, sed est D
proportio, & conueniētia quædam, vt speciosa arma non iusto conueniunt, sed forti, & eximiū coniugium non nouas diuitias possidentibus, verum nobilib⁹: idcirco si qui bonus est, rem cōuenientem nō adipiscatur, mouet stomachum. & si inferior cū superiore controuersetur: ac in primis quidem, qui in eodē studio versantur: vnde & illud dictum est: { Aiacis aūt Telamonidæ pugnam declinabat, quia Iuppiter ei stomachabatur, q cum præstantiore viro pugna- E
ret.} Sin minus, etiā quocunq; modo inferior cum superiore, vt si musicus cum iusto: est em̄ iustitia, q̄ musica, pręstantior. Ac quibus quidem stomachētur, & propter quæ, ex his perspicuum est: hæc enim, & eiusmodi sunt.

Ipsi vero stomachosi sunt, si maximis bonis digni, eaq; adepti sint: neq; em̄ iustū est, paria non paribus impertiri: deinde vero, si boni, & virtute præditi sint: quia tum recte iudicant, F
tum iniusta oderunt. Et si honoris studiosi, & quarundam rerū agendarum appetentes sint, & maxime in ijs reb⁹ honoris studio trahantur, quas indigni alij consequunt. Et omnino, qui ipsi se dignos ijs rebus cēsent, quib⁹ alios non censent, stomachantur illis, & ob ea. Itaq; mācipiorum similes, abiecti, & minime honoris cupidi, non sunt stomachosi: quia nihil est tale, quo se

G dignos esse arbitrentur. Ex his autem perspicuum est, pp quos aduersa fortuna vtētes, aut male rem suā gerentes, aut quod volunt, non assequentes, lætari, aut non dolere conueniat: ex his.n. quę dicta sunt, contraria elucescunt. Quare si tales oratio iudices prępararit, eos vero, qui poscunt, vt sui misereantur, & ob quę misereantur, indignos esse ostenderit, qui impetrēt, dignos
H aūt, qui nō impetrent, fieri non pōt, vt eis misericordia tribuaẗ.

De Inuidia. Cap. 10.

PErspicuum est etiā, quas ob res inuideāt, & quib⁹, & quemadmodū se habētes. si quidem inuidia est molestia quædam pp apparentē bonorum, quæ sunt cōmemorata, prosperitatē, aduersus similes, nō vt sibi adsit aliquid, sed pp illos: etenim quibus similes aliqui sunt, aut esse videntur, tales
I inuidebunt, similes autem dico genere, cognatione, ætate, habitu, & existimatione, & copijs. Et quibus parum abest, quin oīa suppetant. itaq; qui magnas res agunt, & secunda fortuna vtuntur, inuidi sunt, quia suas res ferri ab omnibus arbitrantur. Et quibus eximius ob rem aliquā honor habetur, & præcipue ob Philosophiam, aut beatitudinē. Et qui honoris studio ducūtur, inuidi magis sunt, quàm qui non ducuntur. Et qui sapientię opinionem consectantur: quia K
honoris studio ducunẗ ob sapiētiam. Et oīno qui gloriā in aliqua re appetūt, in ea inuidi sūt. Et pusillanimi: quia oīa magna illis esse vidētur. Bona vero, ꝓpter quæ inuident, dicta sunt. nā quæcunq; opera sunt eiusmodi, vt pp ea glorię cupiditate ducātur, & factis de honore contendāt, & gloriā appetant, & quæcunq; à secunda fortuna proficiscuntur, ferme in oībus versaẗ
inuidia, & præcipue quę aut ipsi appetunt, aut putant conuenire, se habere, aut in quibus ipsi possessione paulo excellunt, aut paulo superantur. L

Neque vero dubium est etiā, quibus inuideāt, quia simul expositum est. Inuident enim ĳs, qui sibi & tempore, & loco, & ætate, & existimatione proximi sunt. vnde dictum est: { Cognatum.n. etiā inuidere scit. } Et ĳs, quibus cū de honore concertāt. cōcertant.n. cum ĳs, quos diximus: cū ĳs aūt, qui ad decē millia annorū sunt, aut erūt, aut cū M
mortuis, nemo: neq; cū ijs, qui sunt ad colūnas Herculeas, neq; cū ijs, à quibus se vinci suo, aut aliorū iudicio arbitrantur, neq; quos se longe vincere, eodē mō, & cū his, & de rebus eiusmodi. Qm̄ aūt cū cōpetitorib⁹, & riualib⁹, & oīno eadē expetentib⁹ de honore contendūt, fit vt his potissimū inuidere necesse sit, vnde dictū ē: { Et Figulus figulo. } Et ijs, q̄ celeriter, q̄d voluerunt, asse-

A assecuti sunt, ĳ qui ægre, aut nequaquã adepti sunt, inuidẽt. Et ĳs, qui si voti compotes fuerint, ac bene rem gesserint, ipsi dedecus suscipient. cuiusmodi & vicini sunt, & pares: perspicuum est enim, ipsorum culpa fieri, ne bonum adipiscant. quare hoc cum dolorem afferat, inuidiã efficit. Et ĳs, qui aut ea habẽt, aut adepti sunt, q̃ ipsis conueniebãt, aut olim adepti fuerant. itaq; seniores iuniorib⁹. & q magnos in eãdẽ rem sumptus fecerunt, ĳs, qui B exiguos, inuident. Perspicuũ vero etiã est, quas ob res, & in quibus & queadmodũ se habentes lętitia afficiantur, qui tales sunt. vt enim non habentes dolẽt, sic habentes ob contraria lętabunt. Quare si ipsi probent ita se habere, at vero qui misericordiam impetrare, aut bonum aliquod obtinere digni censentur, eiusmodi sint, quales, quos exposuimus, profecto nunquam misericordiã à principib⁹ obtinebũt.

De æmulatione. Cap. 11.

C QVomodo vero se habẽtes æmulentur, & quales res, & in quib⁹, hinc manifestum est. Si quidem ęmulatio est molestia quædã suscepta ex eo, ꝙ in ĳs, qui natura similes sunt, honorata inesse bona videãtur, quæ & ipsi consequi possint, nõ ꝙ alĳ, sed quia nõ & ipsi potiãtur. itaq; æmulatio bona est, & bonorum virorũ, inuidia vero mala, & malorũ: ille. n. semet ꝑ æmulationem accingit, vt bona adipiscat: hic vero ꝑ inuidiã, D ne alter potiat. Ergo illi ad ęmulãdum sint propensi, necesse est, qui se bonis eis dignos censent, quę nõ habent: quia nemo se dignũ censet ĳs, q̃ effici non posse vident. itaq; iuuenes, & magnanimi, tales. Et quibus talia bona suppetũt, q̃ honoratis viris digna sunt, cuiusmodi diuitiæ, & multitudo amicorum, & magistratus, & q̃ sunt eiusmodi generis. tanquã. n. ipsis ꝓbis esse cõueniat, quia ipsa probis conueniunt, bona eiusmodi æmulant. E Et ĳ, quos alĳ dignos cẽsent. Et quorũ maiores, aut cognati, aut propinqui, aut natio, aut ciuitas honore excellũt, eos in his reb⁹ æmulant, quia ea sibi ꝓpria eẽ, & dignos se arbitrantur. Quòd si bona, q̃ honore excellũt, ęmulabilia sunt, tales & virtutes esse necesse est, & quęcunq; alĳs vtilitatem afferre, ac beneficiũ possunt, q̃a beneficos, & bonos honorant. Et bona, quibus frui ꝓximi possunt, vt diuitiæ, & pulchritudo magis, q̃ valetudo. F

Neque vero dubium est etiã, quinam æmulabiles sint: nã qui hęc, & eiusmodi bona posidẽt, illi æmulandi sunt. hæc autem sunt, quę diximus, vt fortitudo, sapiẽtia, magistratus. qui enim magistratum gerunt, multis bene facere possunt, imperatores, oratores, omnes, qui talia valẽt. Et quibus multi esse similes volunt, aut multi familiares, aut amici, aut quos multi admirantur.

G tur. Et quorum laudes, & encomia aut à poetis, aut ab orationum scriptoribus celebrantur. Contemnũt autem contrarios, quia ęmulationi cõtemptio aduersat, & ipsi æmulari id, quod est contemnere. qui vero ita se habẽt, vt aliquos ipsi, aut ipsos alĳ æmulentur, eos procliues eẽ necesse est ad cõtemnendum & hos, & ob hæc, quicunq; ĳs malis afficiunt, quę bonis ęmulabilibus aduersantur. itaq; fortunatos sępe cõtemnunt, quoties for-
H tuna potiuntur sine bonis ĳs, qbus honor habet. Atq; ex quibus quidem affectus, aut excitẽtur, aut sedentur, vnde fides ꝓficiscuntur, dictum est.

De moribus auditorum.

Quales autẽ moribus sint ꝓ affectibus, & habitibus, & ætatibus, & fortunis, post hæc persequamur. dico aũt affectus, irã, cupiditatem, & eiusmodi, de qbus supra disseruimus: habitus autẽ vitia, & virtutes, de quib9 dictũ est etiã ante, & quales res ꝓeligant singuli, & quales agãt:
I ætates autem sunt iuuentus, vigor, & senectus: fortunã autem voco nobilitatem, & diuitias, & potentiam, & quę his contraria sunt, & omnino prosperam, aduersamq; fortunam.

De moribus Iuuenum. *Cap*. 12.

De moribus ætatum.

AC iuuenes quidẽ morib9 cupidi, & ad ea, quę concupiuerint, conficienda parati sunt, & ex corporeis cupiditatibus Venereis potissimum dediti, earumq; impotẽtes sunt, inconstantes autẽ, & rerũ concu- K pitarũ fastidiosi. Et valde quidẽ concupiscũt, sed protinus conquiescunt: quia acutas habent voluntates, & non magnas, quales sunt ægrotantiũ sites, ac fames. Et ad excandescentiã, acutamq; excãdescentiã procliues, ad eumq; impetũ sequendũ parati, atque iræ obnoxĳ: quia ꝑꝑ honoris desiderium se paruifieri pati non possunt, verum ęgre ferunt, si sibi fieri iniuriã arbitrẽtur. Et honoris cupidi sunt, im- L mo potius victoriæ: quia iuuentus excellentiam appetit, victoria vero est excellentia quędam, atq; harũ rerũ ambarũ potius, q̃ pecuniarũ sunt studiosi, pecuniarũ vero studiosi minimũ, ꝑꝑea qa indigentiã nondũ sunt experti, quale est Pittaci dictũ in Amphiaraum. Neq; malis moribus prędιti sunt, sed bonis, qa nondum multa flagitia cognouerunt. Et creduli: quia nõdum sæpe decepti sunt. Et bona spe pleni: quia vt temulẽti, sic iuuenes natura calidi sunt. simul ẽt, M quia nondũ sæpe opinione lapsi sunt, magnaq; ex parte spe viuunt: spes enim est futuri, memoria vero præteriti, iuuenibus autem futuri est multum, pręteriti vero parum: primis enim dieb9 nihil se meminisse, sperare vero oĩa arbitrantur. Et facile decipi possunt, propter eandem rationem, quia facile sperant. Et fortiores sunt, quia iracundi, & bona spe pleni, quorum illud efficit,

A cit, ne metuant, hoc vero, vt cõfidãt. neq; .n. quisquã, dũ irascitur, timet. & sperare boni aliqd fidentiã affert. Et verecundi: qa nondum honesta alia esse existimant, verũ à lege sola sunt instituti. Et magnanimi: quia nõdũ à vita depressi sunt, sed rerũ necessariarũ rudes sunt, & seipsũ rebus magnis dignũ censere magnanimi est. id aũt bene sperantis est. Et honesta facere, q̃ vtilia malunt: qa morib⁹ potius, q̃ ratiocinatione viuunt. est aũt ratiocinatio vtilitatis, virtus honestatis. Et amicorũ, ac sodalium studiosi magis, q̃ alię ætates: qa conuictu gaudent, & nihil vtilitate metiuntur: quare neq; amicos. Et oĩa in maius, ac vehemẽtius, cõtra Chiloniũ p̃ceptũ, delinquũt: quia oĩa agũt nimis: si quidem & amãt nimis, & oderũt nimis, & reliqua oĩa eodem modo: quippe qui & scire se oĩa opinantur, & asseuerãt: q̃ cã est, vt oĩa etiã nimiũ agant. Et iniurias faciunt ad contumeliã, non ad malitiã. Et misericordes sũt: quia oẽs bonos, ac meliores existimãt: siquidem sua innocentia alios metiuntur, quare indigna illos pati arbitrantur. Et risu delectantur: itaq; faceti. facetię vero erudita contumelia est. Ac iuuenum quidem mores eiusmodi sunt.

B

C

De moribus Senum. *Cap*. 13.

SEniores autem, & qui vigorem remiserũt, ex ĳs ferme, quę his contraria sunt, magna ex parte mores adepti sunt. Etenim quia multos annos vixerũt, & multis in reb⁹ decepti, lapsiq; sunt, & res maiore ex parte perditæ sunt, nihil affirmant, atq; oĩa multo minus, q̃ oportet. Et opinãtur, nihil vero sciũt. Et cũ controuersantur, addunt semper: forsan, & fortasse, atque oĩa ita pronũciant, asseueranter vero nihil. Et malorum morum sunt, quod est oĩa in deteriorem partem interpretari. Præterea vero suspiciosi sunt, pp incredulitatẽ, increduli vero, ꝑpter peritiam. Neq; valde amant, neq; valde oderunt, pp hanc rationẽ, sed ex p̃cepto Biantis, & amãt, tanq̃ osuri, & oderunt, tanq̃ amaturi. Et pusillanimi: quia à vita depressi sunt: nihil ẽm magni, nihil eximĳ, sed ea, quæ ad vitam pertinent, concupiscunt. Et illiberales: quia patrimoniũ est ex rebus necessarĳs vna. simul vero etiã pp peritiam, q̃ sit difficile acquirere, & facile amittere, nõ ignorant. Et timidi, & oĩa præmetuentes: quia, contra ac iuuenes, sunt affecti: quippe qui refrigerati sint, illi vero calidi. quare senectus aditum timiditati patefecit. est enim timor refrigeratio quædam. Et vitę cupidi, in extremis potissimum diebus: quia cupiditas est rei, quæ abest: &, cuius rei indigentes sunt, eam potissimum concupiscunt. Et obiurgationibus delectantur magis, q̃ conuenit: est enim pusillanimitas & hæc

D

E

F

G hæc quædam. Et ad vtilitatem,
nõ autem ad honestatem viuũt
magis, ꝙ conuenit: quia se ipsos
diligunt. vtile enim bonum est
huic, honestum autem, simplici-
ter. Et inuerecũdi potius, quàm
verecundi: quia enim non curãt
honestatem ęque, ac vtilitatem,
paruifaciunt, quid existimetur.
Et mala spe pleni, propter peri-
tiam: quia pleruncꝫ res perditæ
sunt, & in deteriorem partẽ ple-
runcꝫ cadunt, & præterea, pro-
pter timiditatem. Et memoria
H magis, quàm spe viuunt: nam
quod vitæ restat, modicũ, quod
effluxit, multum est: spes autem
est futuri, memoria vero præte-
ritorum, id quod eis loquacita-
tis etiam causam affert: quia res
præteritas narrant: dum enim
recordantur, voluptate afficiũ-
tur. Ac excandescentiæ quidem
acutæ sunt, sed imbecillæ, & cu-
piditates aliæ defecerunt, aliæ
sunt imbecillæ. quare necꝫ cupi-
di sunt, necꝫ ad ea facienda pa-
I rati, ad quæ à cupiditatibus ad-
ducuntur, sed ad ea, ad quę à lu-
cro. itacꝫ tales temperati viden-
tur: quia cupiditates oblangue-
runt. Et lucro inseruiunt. Et ra-
tiocinatione potius viuunt, ꝙ
moribus (1): est enim ratiocinatio
vtilitatis, mores autem virtutis.
Et iniurias ad malitiam, non ad
contumeliam faciunt. Misericor
des autem etiam senes sunt, ve-
rum non propter eandem cau-
sam, ac iuuenes: illi enim pro-
pter humanitatem, hi vero pro-
pter imbecillitatem. putãt enim K
omnia sibi vicina esse ad patiẽ-
dum. id quod erat misericordis.
Vnde queruli sunt. Et necꝫ face-
ti, necꝫ ridiculorum studiosi: q͞a
querulus aduersatur ei, qui dele-
ctatur risu. Ac iuuenum quidẽ,
& seniorum mores, eiusmodi.
Quare q̃m oẽs eas accipiũt ora-
tiones, quę suis moribus conue-
nienter habentur, & eos, qui si-
bi similes sunt, non est obscurũ,
quemadmodum tractãdis ora-
tionibus tales & ipsi, & oratio-
nes videantur. L

De moribus ætatis mediæ. Cap. 14.

Qui vero vigent, profecto
inter hos interiecti mori-
bus erũt, vtrorumcꝫ exu-
peratione detracta, quippe qui
necꝫ nimis confidunt: quia auda
cia tale aliquid est, necꝫ nimium
metuũt, sed in vtracꝫ re cõmode
se gerũt. Necꝫ oĩbus fidem hñt,
necꝫ oĩbus non habẽt, verum ex
veritate potius iudicant. Et necꝫ
ad solã honestatẽ viuũt, necꝫ ad
vtilitatẽ, sed ad vtruncꝫ. Et necꝫ
ad parsimoniã, necꝫ ad luxuriã, M
sed ad id, q͞d conuenit. similiter
vero etiam ad excãdescentiam,
& ad cupiditatem. Et temperã-
tes cum fortitudine, & fortes cũ
temperantia sunt: quia hæc in
iuuenibus, senibusque partita
sunt: siquidem iuuenes fortes, &
intemperantes sunt, seniores au-
tem temperantes, & timidi. Vt
autem in vniuersum cõplectar,
quæcuncꝫ commoda iuuentus,
& senectus inter se diuiserũt, hęc
ambo

(1) Vivono di calcolo, anzichè di moto spontaneo.

A ambo retinent, in quibus vero exuperant, aut deficiunt, eorum quod moderatum est, & conueniens. Viget autem corpus à triginta annis vsque ad triginta quinq;, animus vero circiter annum quadragesimum nonum. Ac de iuuẽtute quidem, & senectute, & vigore, cuiusmodi moribus præditæ singulæ sint, tam multa dicta sint.

De moribus Nobilium. Cap. 15.

B De moribus fortunatorũ.

DE bonis aũt, quæ à fortuna proficiscuntur, quęcũque accidit, vt & hominum mores cuiusdammodi reddant, deinceps dicamus. Ac nobilitatis quidem mores sunt, vt qui eam adeptus est, honoris cupidior sit: siquidem omnes cum suppetit aliquid, id accumulare consueuerunt, nobilitas aũt maiorum dignitas est: & vt ad contemnendos propensus sit etiam eos, qui maioribus suis similes sunt: ꝓpterea quia remota hæc magis, quàm propinqua dignitatem afferunt, & ad gloriandũ idonea sunt. Nobilitas vero in C virtute generis posita est, generositas autem in eo, ne à natura desciscat. quod plerunq; nõ cõtingit nobilibus, verum abiecti plerīq; sunt. est enim in familijs prouentus virorum quidã, perinde ac in ijs, quæ nascuntur in agris. & nonnunquam si bonũ genus sit, viri præstantes exoriũtur, deinde rursus retrofert. familiæ vero, quæ subtili ingenio ꝑditæ sunt, ad mores insaniores deficiũt, vt qui ab Alcibiade, & Dionysio supiore profecti sunt: quæ vero stabili, ad stoliditatẽ, atque segnitiem, vt qui à Cimone, & Pericle, & Socrate.

De moribus Diuitum. Cap. 16.

DIuitias vero qui mores sequantur, promptum est omnibus ad videndum: sunt.n. contumeliosi, & cõtumaces, nẽpe à possessione diuitiarũ aliquid passi: perinde enim affecti sunt, ac si bonis omnibus affluant. siquidem diuitiæ quasi pretium quoddam æstimatiõis rerum aliarũ sunt, quo circa venalia omnia ipsarum esse videntur. E Et delicati, & arrogãtes: delicati quidem propter delicias, & beatitudinis ostentationem: arrogantes autem, & elati: quia omnes in ijs rebus occupari soliti sunt, quarum ipsi amore, atq; admiratiõe ducunt: & qa alios eadẽ ęmulari opinant, quę & ipsi. simul vero merito ita quoq; animati sunt, quia multi sunt, q habentium indigent. vnde & il F lud dictũ Simonidis de sapientibus, & diuitib9 ad Hieronis cõiugem extat, rogantem, vtrum melius esset, diuitem esse, an sapientem: diuitẽ respondisse: sapientes.n. dixit, se diuitum foribus hærentes videre: & quia se dignos eẽ imperio arbitrant. atque, vt summatim dicã, dementis beati morum diuitiæ sunt. Differũt aũt mores eorũ, qui nouis fruunt diuitijs, & eorũ, qui antiquis: quia oĩbus malis, ijsq;

gra-

G grauioribus cumulati sunt magis, qui nouis. nam nouas diuitias possidere est quasi rudem diuitiarũ esse: et iniurias inferũt non malitiæ, sed partim contumeliç, partim ĩcõtinẽtiç plenas, vt ĩ verberationẽ, & adulteriũ.

De moribus, Potentium, & fortunatorum. Cap. 17.

EOdem vero modo etiã de potẽtia, mores ferè pleriq; sunt manifesti. nam potentes partim eisdem præditi sunt, ac diuites, partim vero ẽt melioribus. sunt.n.potentes honoris
H auidiores, & morib⁹ viriliores, q̃ diuites: quia ea affectant negocia, quæ ipsis administrare ꝑpter potentiam licet. Et studio magis dediti: quia in sedulitate sunt toti, ꝙ quæ ad potentiam pertinent, considerare cogunť. Et grandiores, q̃ grauiores: qa conspicuos eos dignitas reddit. itaq; moderate se gerunt. granditas autẽ mollis, & elegans grauitas est. Et si iniuriã faciũt, nõ
I paruam, sed magnam faciunt.

Fortunç vero prosperitas mores habet earũ rerũ, quas exposuimus, partes: ad hæc.n.referũtur, quæ maximæ fortunæ prosperitates existimantur. & præterea secunda fortuna facit, vt meliore conditione simus in ijs, quæ ad liberorum probitatem, & ad bona corporis pertinent. Ac superbiores quidem, & incõsideratiores sunt, ꝑꝑ fortunæ ꝓsperitatem. Vni autẽ illi optimi mores fortunã sequunť, ꝙ deos colunt, & erga diuinum numen K
aliquo modo affecti sunt, fidem habentes, ꝑꝑ ea bona, q̃ à fortuna suppeditantur. Ac de morib⁹ quidem ætati, & fortunç conuenientibus dictum est. quæ.n.expositis rebus contraria sunt, ex cõtrarijs elucescũt, vt pauperis mores, & ĩfortunati, & ĩpotẽtis.

Q̃m aũt vsus orationũ ad ꝑsuadẽdũ appositarũ ad iudiciũ refertur, (quæ.n.nouimus, ac iudicauimus, de his nihil ampli⁹ oratiõe est opus) referť aũt, siue L
apud vnũ aliquis verba faciens adhorteť aut dehorteť, vt faciũt qui admonent, aut qui suadẽt, (nihilo enim secius iudicator est vnus: quia quẽ persuadere oportet, hic, vt simpliciter dicam, est iudicator,) siue aduersus cõtrouersantem, siue ad hypothesim aliquis dicat, eodẽ modo: quia orationem adhibere necesse est, contrariaq; labefactare, aduersus quæ, vt aduersus controuersantẽ, verba facere oportet. eodemq; modo ẽt in demonstrati- M
uis: quia oratio ad spectatorem tanquã ad iudictorẽ est institui ta. omnino aũt solus, & simpliciter iudicator is est, qui in ciuilibus contentionibus ea, q̃ quærunť, iudicat: quia quæ in controuersiam, & quæ in deliberationẽ vocanť, qũo se habeãt, q̃runť. De moribus aũt rerumpublicarũ supra in deliberatiuis ẽ disputatum. Quare explicatum est, & quomodo, & per q̃ moratas orationes efficiamus.

Quòd

Quòd sunt quædam omnibus generibus communia. Cap. 18.

A QVoniã aũt in vnoquoq; genere orationũ finis quidam diuersus erat, de his aũt oĩbus opiniones, propositionesq; paratæ sunt, ex quibus & suadendo, & demonstrando, & cõtrouersando fides ducant, itemq; & vnde moratas reddere liceat orationes, est explicatum: reliquũ est iam, vt de cõmunibus psequamur. Est.n. oĩbus necessarium, vt proposi-

De pponibus cõibus posibilis, & ĩpoßis, facti, & nõ facti, futuri & non futuri, magni, & parui.

B tiones posibilis, impossibilisq; ad dicendum adhibeant, itemq; vt alij futurum, alij factum esse, demonstrare conẽtur, præterea vero magnitudinis ratio omniũ est orationum cõis: quia amplificatione, & imminutione omnes vtunt, & qui suadent, aut dissuadent, & qui laudant, aut vituperant, & qui accusant, aut defendunt. His autẽ explicatis, dabimus operã, vt de enthymemati

C tibus, atq; exemplis cõiter exponamus, si quid habemus, vt reliquis adiectis, id, quod à principio proposuimus, absoluamus. Ex cõibus aũt amplificatio demonstratiuis aptissima est, quẽadmodũ diximus, factũ autem iudicialibus. Nam de his iudicium est, posibile autem, & futurum deliberatiuis.

De Possibili, & Impossibili. Cap. 19.

AC primum quidẽ de possibilibus, & impossibilibus disseramus. Si igitur contrarium est eiusmodi, vt aut esse, aut factum esse posit, etiã D contrarium eiusmodi esse existimabitur. vt si fieri põt, vt homo conualuerit, etiam, vt ægrotauerit. contrariorum enim quaten⁹ contraria sunt, vis eadem est. Et si simile fieri põt, ẽt simile. Et si quod difficilius est, fieri põt, ẽt quod facilius. Et si fieri põt, vt virtute pditus, aut pulcher fuerit, etiã vt omnino fuerit, fieri potest: quia difficilius est, vt pulchra sit domus, q̃ vt domus. Et cuius principium fuisse põt, ẽt E finis. nihil .n. fit, neq; fieri ĩcipit eorum, quæ fieri nequeunt. Vt diametron esse symmetron, neq; fieri inciperet, neq; fit. Et cuius finis esse põt, ẽt principium, nẽpe quia omnia à principio oriũtur. Et si quod essentia, aut origine posterius est, fuisse põt, etiã quod prius. vt si virum fuisse fieri potest, etiam puerum: prius enim illud fit. &, si puerum, etiã virum: quia illud principiũ est. Et quorũ amor, aut cupiditas ẽ F natura: quia plerunq; fit, vt nemo amet, aut concupiscat ea, q̃ fieri non possunt. Et quarum rerum scientiæ, & artes sunt, etiã vt illæ sint, & fuerint, fieri põt. Et quarũ rerum principium originis in ijs est, q̃ nos coegerim⁹, aut psuaserimus. hæc vero sunt quibus præstantiores, aut dñi, aut amici sumus. Et quorũ partes esse possunt, etiam totum. Et quorum totum esse põt, plerũq; etiam partes. si.n. obstrangulũ, & ligula, & solea fieri pñt, etiã

nota.

calcei

G calcei fieri pñt. & si calcei fieri
possunt, etiam obstrangulum,
& ligula, & solea. Et, si totum ge
nus eorum, quæ fieri pñt, etiam
species. Et, si species, etiã genus.
vt si nauis fuisse põt, etiam tri-
remis, & si triremis, etiã nauis.
Et, si alterum eorum, quæ natu-
ram habent, vt inter se conferan
tur, etiam alterum. vt si duplũ,
etiam dimidium: & si dimidiũ,
etiam duplũ. Et, si sine arte, aut
apparatu factum fuisse aliquid
potest, magis per artem, ac dili-
H gentiã põt. vnde & Agathon di
xit: {Atqui alia fortuna facere,
alia vero necessitate, & arte no-
bis suppetunt.} Et, si à deterio-
ribus, aut inferioribus, aut im-
prudentioribus fieri põt, magis
etiam à contrarijs: quemadmo-
dum etiam Isocrates dixit, gra-
ue esse, si Euthynus didicit, ipse
vero non poterit inuenire. De ĩ-
possibilibus autem, ex contra-
rijs eorum, quæ diximus, suppe
tere manifestum est.

Factum vero, an non factum
I sit, ex his perscrutari oportet.
Primũ enim, si quod minus na-
turã habet, vt fiat, factum est, ẽt
factum est, quod magis. Et si qđ
posterius solitum est fieri, factũ
est etiam quod prius factum ẽ.
vt si oblitus est, etiam aliquãdo
id didicit. Et si potuit, ac voluit,
fecit: qui. n. cum possint, volunt
faciunt, quia nihil impedimenti
habent. Item, si voluit, & nihil
extrinsecus impediuit. Et, si fie-
ri potest, & iratus fuit. Et, si po-
tuit, ac concupiuit. plerunq;. n. K
quæ appetunt, si possunt, etiam
faciunt, improbi quidem, ꝓpter
intemperantiam, probi vero, qa
proba discupiunt. Et si futurum
fuit, vt fieret, ac faceret: etenim
qui facturus fuit, fecisse verisimi
le est. Et, si facta sunt quæcunq;
ante illud, aut illius gratia nata
sunt, vt si fulsit, etiam intonuit,
& si tentauit, etiam effecit. Et si
quæcunq; naturã habent, vt po-
sterius fiant, aut id, cuius gratia
fiunt, factum est, etiam qđ pri⁹,
& huius est gratia, factũ est. vt si L
intonuit, etiam fulsit, & si effe-
cit, etiam tentauit. horum autẽ
omnium alia ex necessitate, alia
plerunq; ita sunt. De non facto
vero, manifestũ est, ex contrarijs
eorum, quæ dicta sunt, peti.

Quin etiam de futuro, ex ijs-
dem liquet. Nam & quod in po
testate, ac voluntate est, erit. Et
quæ in cupiditate, & ira, & ra-
tiocinatione cum potestate sũt.
Propterea & si in impetu facien
di sit, aut in eo, vt facturus sit, M
erit. plerunq; enim magis fiunt,
quæ futura, quàm quæ non futu
ra. Et, si quęcunq; naturã habẽt,
vt prius fiant, antecesserunt: vt
si nubilatum est, verisimile est,
pluiturũ. Et, si quod huius ẽ gra
tia, factum est, etiam hoc factũ
esse, verisimile est: vt si funda-
mentum, domus.

De Amplificatione, & Attenuatione. Cap. 20.

DE magnitudine aũt rerũ,
ac paruitate, & maiori,
ac

A ac minori, & omnino magnis, ac paruis ex ijs, quæ à nobis ante dicta sunt, perspici potest. dictum est autem in deliberatiuis de magnitudine bonorum, et de maiori simpliciter, ac minori. quare qm̃ in singulis orationib⁹ propositus finis, bonum est, vt vtile, & honestum, & iustũ, non est dubium, quin ex illis amplificationes sint ab omnibus assumendæ: nam si quis præter hæc aliquid de magnitudine simpliciter, & excellentia quærat, inanem
B disputationem instituat: siquidem ad rerum vsum valent magis res singulares vniuersalibus. Ac de posibili quidem, & imposibili, & vtrũ factũ sit, an nõ factũ, & erit, an non erit, p̃terea vero de magnitudine rerũ, ac paruitate, hæc dicta sint.

De Exemplo. Cap. 21.

De exemplis, quot & cuiusmodi sit.

REliquum est, vt fides, q̃ cões sunt omnibus exponamus, posteaquam de proprijs disseruimus. sunt autẽ communes fides genere duę, exẽplum, & enthymema: quia sententia pars enthymematis est.
C Ac primum quidem de exẽplo dicamus. est enim inductioni simile exemplum, inductio vero principium. Exemplorum autẽ duo genera sunt. siquidem vnũ exempli genus est, res ante gestas exponere, alterum vero, ipsum cõfingere. huius autem vna est parabola, altera logi, vt Æsopici, & Lybici. Est autem exemplum tale aliquid, vt si quis diceret, bellum aduersus regẽ apparandum esse, neq;, vt Ægyptũ in potestatem redigat, patiẽdũ: etenim Darius quondam non prius traiecit, q̃ Ægyptum occupauit: vbi vero occupauit, traiecit. iterum, Xerses non ante irruptionem fecit, q̃ occupauit, vbi vero occupauit, traiecit. q̃re & hic, si occupauerit, traijciet quare non permittendum. Parabola vero, dicta Socratica. vt, si quis diceret, magistratus sorte creari non oportere: quia simile est, atq; si quis athletas sortiat̃, non qui in decertando valeant, sed cui forte obtigerit. aut ex nautis sortiat̃, quemnam guber nare oporteat: quasi vero conueniat, cui forte obtigerit, non qui peritus sit, gubernare. Logus vero, qualis est Stesichori aduersus Phalarim, & Æsopi de duce populari. Stesichorus enim cum Himerenses Phalarim ducẽ cũ summo impio delegissent, atq; ei tradituri custodes corporis essent, cum alia disseruisset, logum hunc retulit. Equus pratum solus olim tenebat. cum autem ceruus superueniẽs pabulum dissiparet, ceruí vlciscendi cupidus, hominem percõtatus est, an cũ eo pœnam de ceruo sumere posset: ille vero asseruit, si modo frenum accepisset, & ipse in illum, tenens iacula, conscendisset. vbi vero ille conditionẽ accepit, & hic ascendit, pro pęna, quã petebat, cõfestim hoĩ seruiuit: sic & vos, inquit, videte, ne dũ hostes vlci-

G vlcisci cupitis, idẽ, atq; equus, patiamini. frenũ.n.iã habetis, cũ ducem cum summo imperio delegeritis. at vero si custodes tradetis, & conscendere ꝑmittetis, protinus Phalaridi seruietis. Aesopus autem in Samo cũ populi ducem de capite cãm dicentem defenderet, dixit: Vulpem, dum flumẽ traijceret, in voraginem decidisse, cũq; emergere nõ posset, conflictatam diu esse, & caninas muscas ei complures ad
H hæsisse: herinaceum vero errabũdum, vt eam cõspexit, misericordia captum, rogasse, num caninas inde abigeret, illamq; nõ ꝑmisisse. verum cum ille causam q̃reret, respondisse, quia hæ iam plenæ mei sunt, & parũ sanguinis exugunt. quòd si has abegeris, famelicæ aliæ succedentes reliquũ sanguinis mei exhauriẽt. quamobrẽ & vobis, inquit, ò viri Samij, hic quidẽ nihil amplius nocet, quia diues est: sin autem hunc necaueritis, succedent alij
I pauperes, qui publica depeculando ea vobis dilapidabũt. Logi autem cõcionum sunt, atque hoc boni habent, ꝙ res gestæ similes ad inueniendum difficiles sunt, logi vero faciliores, (fingere.n.ita, vt ẽt parabolas conuenit) modo aliquis simile perspicere possit. quod ex philosophia commodius est. Ac logi quidem paratu faciliores sunt, facta vero ad deliberationes vtiliora, quia futura præteritis plerunq; similia sunt. Cæterum exempla, tanquã demonstrationes, adhibere, K qui nõ habet enthymemata, debet, quia per hæc fides fit: qui vero habet, tanquam testimonia, enthymema subijcere. etenim præposita inductioni similia sunt, oratorijs autẽ inductio non est, nisi paucis in locis, accõmodata: subiecta vero, testimonijs, testis autem vbicunq; idoneus. quocirca præponentẽ cõmemorare multa necesse est, subijcienti vero vnum ẽt satis: qa testis idoneus ꝓficit ẽt vnus. Ac L quot quidem genera exẽplorũ sint, & quo modo ipsis, & quãdo vtendum sit, dictum est.

De Sententia. *Cap.* 22.

De snijs, quid, q̃ multæ, & q̃uo inuestigandæ sint.

DE sententijs vero dicendis, exposito, qd snĩa sit, maxime ẽt & cuiusmodi de rebus, & qñ, & quibus snĩas dicere in orationibus cõueniat, apparebit. Est aũt snĩa pronunciatum, non quidẽ de singularibus, vt qualisnam Iphicrates sit verũ vlibus: neq; de vlibus omnibus, vt ꝙ rectũ curuo contrarium, sed de ijs, quorũ actiones M sunt, eaq;, quæ ꝓsequimur, aut fugimus, ad agẽdum. quare qm̃ enthymema ferme syllus est, ex rebus hmõi constitutus, & conclusiones enthymematũ, & prĩcipia, detracto syllo, snĩæ sunt, hoc pacto: {Quicunq; prudens est, haudquaquam filios suos ad eximiã erudire sapiẽtiã debet.} hæc quidẽ snĩa est, cã vero adiecta & cur ita sit, totum est enthymema, hoc modo: {Quia ꝓter

aliam

A aliam ignauiam, infestam ciuiū inuidiam sibi parant.} & illud: {Nemo ex oī parte beatus est.} item: {Nemo hoīum liber est.} sñia: cum eo vero, quod sequit, enthymema: {Aut.n. pecuniæ seruit, aut fortunæ.} Si igit sñia est id, quod diximus, sñiarū genera quatuor sint, necesse ē. aut enim erunt cū subiectione rōis, aut sine subiectione rationis. ac q̄cunq; quidem confirmationē desiderant, sunt q̄ incredibile, aut controuersum aliquid cōti-
B nent. quęcunq; vero incredibile nihil, sine subiectione rōnis. Harum aūt alias quidem, qa ante cognitæ sunt, nihil rōnis indigere, necesse est, hoc pacto: {Viro valere optimum est, vt ego qdē opinor.} ita enim plerisq; videtur: alias vero, simul dum proferunt, ijs, qui aciem intenderint, innotescere: vt: {Nemo amator est, qui ppetuo non amet.} Quę vero subiectam rōnem habent, aliæ enthymematis pars sunt,
C vt: {Quicunq; prudēs est.} aliæ enthymematicæ quidē, sed non pars enthymematis. q̄ in primis quoq; probant. hæ vero sunt, in quibus cā rei, quæ dr, extat. vt in hoc: {Immortalē iram ne serues, cū sis mortalis.} quia si dicas, iram seruare non oportere, sñia est. quod vero addit: {Qui es mortalis,} quamobrem, aperit. Similiter vero et illud: {Mortalia oportet mortalē, nō mortalē immortalia sapere.} Atq; ex his quidē, quæ diximus, planū

est, & q̄ multa genera sñiæ sint, D
& cuiusmodi in rebus vnaquęq; conueniat. nam de controuersis, aut incredibilib9 non sine subiectione rōnis: verum aut prępo- nenda ratione sñiam pro cōclusione adhibere oportet. vt, siqs dicat: {Ego igit, qm̄ neq; īuideri neq; ignauum esse conuenit, cēseo eruditioni operam dandam non esse.} aut hac p̄posita priora subijcere. de ijs aūt, quæ incredibilia nō sunt, verūm obscura, quamobrem, concinne adijcere.
In eiusmodi vero La conica quo E
que dicta, ænigmaticaq; conueniunt, vt, siquis dicat, quod inter Locrēses Stesichorus vsurpauit: {Non oportere contumeliosos esse, ne humi cicadæ canant.} Iam vero grandiori natu sñias quidem dicere conuenit, sed de ijs rebus, quarum est peritus: qa si adolescentulus sñias proferat, quemadmodum etiā si fabellas referat, indecorū: sin autē de rebus ijs, quarum est imperit9, stultum, atq; ab eruditiōe remotū. F
cuius rei signum idoneum est, q̄ agrestes homines sñias potissimū formant, facileq; pronūciāt. De re vero non vniuersali in vniuersum dicere, in conquestione, atq; indignatione maxime conuenit, & in his, aut cum exordiris, aut postquam demonstraueris. Iam vero peruulgatæ quoq;, communesq; sñiæ, si sint vtiles, vsurpandæ sunt. nam quia cōes sunt, quasi oīum cōfessiōe, recte se habere existimant: vt ei, qui
ad

G ad pericula excipienda eos, q sacrificium prætermiserint, adhortat: {Augurium optimũ vnũ, tueri patriam.} & ei, qui inferiores: {Mars belli cõis.} & ei, q ad tollendos inimicorum filios ẽt nulla iiuria lacessentes: {Stultus, qui natos occiso patre relinquit.} Præterea vero nõnulla ẽt prouerbia sñiæ sunt, vt prouerbium: {Atticus inquilinus.} Quin ẽt sñiæ aduersus ea, quę in ore vulgi versantur, proferendę. dico autem in ore vulgi versa-
H ri, vt: {Nosce te ipsum,} &: {Neqd nimis,} quoties aut mores apparituri sint meliores, aut cũ affectu animi dicit. Est autẽ cũ affectu, siquis ira percitus diceret: {Falsũ esse, oportere, se ipsum nosse: qa si seipsum hic nosset, nunquã imperium postulasset.} Mores aũt meliores: {Non oportere, queadmodũ aiũt, amare, vt odisse possis, sed odisse, vt amare.} Atq; etiam in dicendo p̃electionẽ indicare oportet: sin minus, cãm subijcere. exẽpli gra-
I tia, aut hoc mõ dicẽdo: {Oportet amare, nõ vt aiunt, sed quasi semper amaturũ: quia insidiatoris est alterũ.} aut hoc mõ. {Nequaquã mihi placet, quod dicitur: quia verus amicus, tanquã semp amaturus, amare debet: neq; illud: Nequid nimis: qa improbos nimis odisse oportet.} Quin etiam magnum ad dicendum auxilium afferunt: vnum quidẽ, pp vanitatẽ eorũ, qui audiunt: quia lętantur, si quis in vniuersum loquẽs, in opiniones K quas ipsi in parte habẽt, inciderit. Quod aũt dico, hoc mõ planum erit: simul vero & quo pacto ipsas venari cõueniat. est. n. sñia, quemadmodum dictũ est, vl'e pronunciatum. Lętant autẽ, cũ id in vniuersum profert, qd ipsi in parte opinione p̃ceptum habent. vt si quis vicinis, aut filijs improbis vteret, pbaret, si quis diceret: {Nihil est vicinitate molestius,} aut: {Nihil liberorũ procreatione dementius.} L quare spectare oportet, quã opinionem anteceptam habeãt, deinde hoc mõ de his in vniuersũ effari. Atq; cũ hunc quidem sententiarum pronunciatio habere vsum debet, tũ illũ alterũ meliorem, quia moratas reddit orationes. Illæ autẽ mores habent orationes, in quibus prælectio elucet. hoc autẽ oẽs sñiæ præstant: quia qui sñias profert, vniuerse de reb9 præeligendis enunciat. quare si sñiæ probæ fuerint, ẽt, vt qui dicit, bonis morib9 videa M tur, efficiunt. Ac de sñia quidẽ, & quid sit, & quot genera eius, & quo modo ipsis vtendũ sit, & quam vtilitatem afferant, tam multa dicta sint.

De enthymemate. *Cap. 23.*

De rõne inuestigãdorũ enthymematum.

DE enthymematibus aũt in vniuersum dicamus, quo pacto inuestiganda sint, ac postea locos: quia genus horũ vtriusq; diuersum est. Ac enthymema quidẽ syllogismũ quen-

A quendam esse, dictum est ante, & quo modo syll's, & quid à dialecticis differat. neq; n. longe, neque oĩa sumendo colligere oportet: quia illud propter longitudinem est obscurum, hoc vero, ꝙ manifesta dicunt, nugatorium. hoc. n. cãę est, cur indocti doctis inter vulgares facilius ꝑsuadeãt quemadmodum poetæ dicunt: {Indoctos cõcinniores esse, qui cum vulgo loquantur.} quia illi cõia, & vl'ia dicunt, hi vero ex ĳs, quæ sciunt, & ꝓpinqua sunt.
B Quare dicere oportet nõ ex omnibus, quæ probant, verum ex definitis, nempe, aut ĳs, qui iudicant, aut ĳs, quos ipsi approbãt: neq; dubium illud esse, quin ita aut omnibus, aut plurimis videatur: neq; solũ ex necessarĳs, sed etiam ex ĳs, quæ sunt plerũque colligere.

Ac primum quidẽ constituẽdum est, de quo dicere, aut concludere siue ciuili, siue quocũq;
C syll'o oportet, de eo necessario tenenda esse, quæ insunt, aut oĩa, aut certe nonnulla. quia si nihil teneas, nihil colligere poteris. dico aũt exempli gratia: quo mõ suadere Atheniensibus possem⁹, vt bellum susciperent, aut secus, nisi teneremus, quæ copiæ illorum essent, vtrũ nauales, an pedestres, an vtrunq;: & ipsę, quãtæ, & vectigalia, quę, aut amici, aut inimici, ꝑterea vero q̃ multa bella gesꝭissent, & quo pacto, & alia eiusmodi: & eos laudare, nisi teneremus prælium nauale ad Salaminem: aut pugnam in
D Marathone, aut quæ pro Heraclidis gesserunt, aut aliquid eius generis? Etenim ex ĳs, quæ insunt, aut inesse existimant, honestis laudant oẽs, eodemq; pacto vituperant etiam ex contrarĳs, considerantes, quidnam tale in ipsis insit, aut existimet inesse, vt, ꝙ Græcos seruitute oppressẽrũt, & ꝙ Aeginetas, ac Potidęatas, qui ipsis aduersus barbarũ socĳ fuerant, ac præclare se gesserant, subegerũt. & si quod aliud peccatum tale insit in eis. Eadẽ
E autem rõne & qui accusant, ac defendunt, ex ĳs, quę insunt, adhibita animaduersiõe, accusãt, ac defendunt: hoc autẽ de Atheniensibus, an Lacedęmonĳs, aut homine, an deo faciant, nihil interest: nam & q suadet Achilli, & qui laudat, ac vituperat, & q accusat eum, ac defendit, ea, q̃ insunt, aut inesse existimantur, arripere debet, vt ex his dicam⁹ laudantes, aut vituperantes, si-
F quid honesti, aut turpis inest: accusantes autem, aut defendẽtes, si quid iusti, aut iniusti: suadẽtes aũt, si quid vtilis, aut inutilis. Similiter vero his & de re quacũque, vt de iustitia, bonum ne, an nõ bonũ, ex ĳs, quæ iustitiæ, aut bono insunt. Quare qm̃ tum oẽs in hunc modum demonstrare vident, siue accuratius, siue negligentius concludant, (neq;. n. ex omnibus sumunt, sed ex ĳs, quę in quaque re insunt:) tum ꝑꝑ rationem, quia perspicuũ est, fie-

G ri non posse, vt aliter demõstretur: profecto necesse est, quẽadmodum in Topicis, primum in quaque re selecta habere, quæ incidere põt, et opportunissima sunt. de ĳs autem rebus, quę derepente fiunt, indagare eodẽ modo, intuendo non in ea, q̃ indefinita, sed in ea, quæ insita sunt, de quibus habet̃ oratio, & q̃ꝫ plurima, eaqꝫ rei proxima complectẽdo. Nam quo plura habebũtur
H eorum, quæ insunt, eo facilior demonstratio erit: quò vero propiora, eò magis propria, & minus cõia. dico aũt cõmunia, laudare Achillem, ꝙ homo sit, & ꝙ ex semideis, & ꝙ ad Ilium miles venerit: hæc. n. in alĳs quoqꝫ insũt multis. quo fit, vt nihilo magis hic talis Achillem laudet, q̃ꝫ Diomedem: propria vero, q̃ nemini alĳ acciderunt, q̃ꝫ Achilli, vt ꝙ interfecerit Hectorẽ Troianorum fortissimum, & Cycnũ,
I qui oẽs exscendere prohibebat, cum sauciari nequiret: & ꝙ maxime iuuenis, & iniuratus ad illam expeditionẽ profectus sit, et huius generis alia. Ac vnus quidem selectionis locus, isqꝫ primus topicus hic est.

De locis Enthymematum. Cap. 24.

ENthymematum aũt elemẽta dicamus, (elementũ vero, & locum enthymematis idem voco,) primum aũt dicamus, de quibus necesse est dicere primum. Sunt. n. enthymematũ genera duo: nã alia ad demonstrandũ, esse, aut non esse, apposita sunt, alia ad refutandũ. K eaqꝫ inter se differũt, perinde, ac in dialecticis elenchus, & syllogismus. ad demonstrãdum vero appositum enthymema est, qđ colligit ex confessis, ad refutandum vero, quod inconfessa. Ac de singulis quidem vtilibus, ac necessarĳs formis loci ferme nobis habent̃: siquidẽ in singulis selectæ propõnes sunt: quare, q̃bus ex locis enthymemata đ bono, aut malo, aut honesto, aut turpi, aut iusto, aut iniusto petere oporteat: quin etiã de moribus, L & affectibus, & habitibus æque parati sunt nobis antea loci. Nunc vero alio modo de omnib⁹ generatim paremus, ac disseramus, adnotantes, qui ad refutandum, quiqꝫ ad demonstrãdum accõmodati sint, itemqꝫ, q sint enthymematum eorũ, quæ videntur, sed enthymemata nõ sunt, quia neqꝫ syllogismi. Quibus demonstratis de solutionibus, & obiectionibus explicemus, M vnde eas ducere aduersus enthymemata opus sit.

Vnus ergo ex ĳs, qui ad demõstrandum appositi sunt, locus ẽ: A contrarĳs. Videndum est. n. an contrario contrarium insit, refellenti quidem, an non insit, confirmanti vero, an insit. vt, ꝙ temperantia bonũ, quia intẽperantia nocet. aut quemadmodũ in Messeniaca: {Quòd si bellũ præsentium incommodorum ẽ causa, ea corrigamus pace, oportet. Si. n. ĳs, qui inuiti malefecerunt,

A runt, æquum non est irasci, neq; etiam, siquis coactus bene fecerit, huic habere gratiam decet. At si inter mortales fallis sermonibus fides habetur, contra etiã putandũ est, multa, quæ fide careant, mortalibus euenire.]

Alius: A similib⁹ casib⁹. ęque enim esse, ac nõ esse oportet. vt: Non omne quod iustum est, bonum est: alioquin & quod iuste. cęterùm iuste necari, expetendum non est.

Alius: Ab ĳs, quæ inter se cõferuntur. Nam si in alterũ cadit,
B vt honeste, aut iuste fecerit, in alterum, vt passus sit. & si, vt iusserit, ẽt, vt fecerit. quemadmodũ publicanus Diomedon de vectigalibus: {Si vobis vendere non est turpe, neq; nobis emere. Et, si qui passus est, honeste, aut iuste passus est, etiam, qui fecit. & si qui fecit, ẽt qui passus est.} Licet autem captionem in hoc adhibere. si enim iuste necatus est, iuste passus est, at non fortasse à
C te. quocirca videndum est separatim, an qui passus est, pati, & qui fecit, facere debuerit, deinde, in vtram partem cõuenerit, vsurpare. nam aliquando discrepat, & nihil prohibet. quemadmodum est in Alcmęone Theodectis: {Matrem tuam nemo ne mortaliũ oderat?} Rñdens aũt affirmat: {At hæc distincte considerare oportet.} quærente vero Alphesibœa: {Quo tãdẽ modo?} suscipiẽs dixit: {Necari q̃dem illã decreuerunt, verũ non à me necari.} & quale iudicium D
est de Demosthene, & ĳs, q Nicanorem interfecerant. nã quia, iure interfecisse iudicati sunt, iure interfectus esse existimatus est. & de eo, qui Thebis occisus est, de quo iudicium est constitutũ, vtrum morte dignus esset: quasi vero iniustũ non esset, mortẽ afferre ei, qui iure moreretur.

Alius: A maiori & minori, hoc pacto: {Si dĳ non oĩa sciũt, multo minus homines.} est aũt hoc: Si cui magis inesse debet, E
non inest, profecto neq; cui minus. Illud aũt: {Proximũ cędet, qui patrem etiam cædit:] ab eo est: Si quod min⁹, est, etiã quod magis, est, in vtram partẽ demõstrare op⁹ erit, siue esse, siue sec⁹.

Præterea: Si neque magis, neque minus: vnde dictũ est: {Ac pater quidem tuus amissis filĳs miserãdus, Oeneus aũt non, qui præstantissimum Græciæ filiũ ꝑdidit?] Et: Si nõ iuste Theseus fecit, neq; Alexander. Et: Si Patroclum Hector, ẽt Achillẽ Ale- F
xander. Et: Si alĳ artifices non mali, neq; philosophi. Et: Si imꝑatores nõ mali, q̃a sępe vincũtur, neq; sophistæ. Et: Si priuat⁹ vestræ gloriæ rationem habere debet, & vos Græcorum.}

Alius: Ab animaduersione tẽporis, vt Iphicrates in ea, quam cõtra Harmodiũ: {Si, pri⁹ quã facerem, à vobis statuã postulassem, si fecissem, cõcessissetis, vbi vero feci, nõ ꝑmittetis? ne igitur beneficio afficiendi ꝑmittatis,

G affecti vero, auferatis.} & rurs⁹, vt Thebani Philippo aditum in Atticam patefacerent: {Si pri⁹ quã opẽ contra Phocẽses ferret, postulasset, certe promisissent, ꝑfecto absurdũ ẽ, si, qa neglexit & credidit, trãsire nõ patient.}

Alius: Ab ijs, quæ ex se dicta sunt aduersus eum, qui dicit. modus aũt excellit, vt in Teucro. atque eo vsus est Iphicrates aduersus Aristophõtem, cum q̃reret, num ꝑꝑ pecuniam proditurus naues esset. negante autem illo. {Ergo tu,} inquit, {cum sis Ari-
H stophon, nõ proderes, ego vero, q̧ sum Iphicrates, ꝑdidi?} Oportet autem, vt ille existimet iniuriosior, sin minus, res ridicula videat, si in Aristidem accusatorẽ hoc aliquis proferat: verũ in exiguam fidẽ accusatoris. oĩno. n. qui accusat, melior esse vult eo, qui accusat. hoc igitur semꝑ est conuincendũ. in vniuersum aũt ineptus ille est, qui alijs obijcit, quæ ipse faciat, aut facturus eẽt,
I aut ad ea suscipienda hortatur, q̃ ipse nec faciat, neq; factur⁹ eẽt:

Alius: A definitione, hoc mõ: {Dæmoniũ nihil aliud ẽ, q̃ aut Deus, aut Dei opus. atqui q̧ Dei opus esse opinat, hic & deos eẽ opinet, necesse est.} & vt Iphicrates: {Qui generosissim⁹, optimus est, qa in Harmodio, & Aristogitone nihil generosi fuit, priusquã aliquid generosi gesserũt.} & ꝙ ipse ꝓpinquior erat: {Quia res meę gestę Harmodij, & Aristogitonis reb⁹ ꝓpinquiores sunt, q̃ tuę.} & queãdmodũ K est ĩ Alexãdro: {Cõfessuros oẽs esse, parum tẽperatos esse illos, qui vno frui corpore haud satis haberent.} & vnde Socrates se iturũ ad Archelaum negauit, ꝙ parem cõtumeliam esse diceret, si quis referre non posset, qui beneficium, ac qui maleficiũ, accepisset. siquidem omnes hi definitionem adhibentes, & quid sit, sumentes, de ijs, de quibus dñt, syllogismo concludunt.

Alius: Cũ, quotupliciter. vt in Topicis, de ipso Recte. L

Alius: A diuisione. Vt, si triũ rerum gratia omnes iniuriam faciunt, quippe aut huius, aut huius, aut huius, ac ꝓpter duas non potuit, ꝑꝑ tertiã aũt ne ipsi quidem dicunt.}

Alius: Ab ĩductione. vt ex Peparrethia: {Mulieres de liberis verũ vbiq; discernũt: hoc. n. Athenis Mantię oratori de filio disceptãti mater indicauit, hoc itẽ Thebis, cum Ismenias, & Stilpo contenderent, Dodonis Ismenię filiũ demonstrauit, propterea'q; M Thessaliscum Ismeniæ filiũ esse statuerũt.} & rurs⁹ ex lege Theodectis: {Si ijs, qui alienos equos male curarunt, suos non tradũt, neque ijs, qui naues alienas subuerterũt, &, si similis est ratio in omnibus, neq; nos ijs, qui male alienam salutẽ defenderũt, committere nostrã debemus.} & vt Alcidamas: ꝙ sapientes ab oĩb⁹ honorant: {quia Parij Archilochũ, quãuis maledicus esset, honore

A nore affecerũt,& Chñ Homerũ, quanuis ciuis non esset, & Mitylenæi Sapphonem, quanuis mulierẽ, & Lacedæmonij Chilonẽ in senatum legerunt, cum tñ parum studiosi humanitatis eẽnt, & Itali Pythagorã, & Lãpsaceni Anaxagorã, quanuis peregrinum, sepulchro decorarũt, atq; in hũc vsq; diẽ honorãt,& Athenienses Solonis legibus vtentes beati fuerunt, & Lacedæmonij Lycurgi: & Thebis simul atque philosophiæ studio se p̃sides tra-
B diderunt, beata ciuitas illa fuit.

Alius: A iudicio de eadem re, aut simili, aut cõtraria, p̃sertim vero si oẽs,& semper:sin minus, at saltẽ plurimi,aut sapiẽtes,aut oẽs,aut plurimi, aut boni, aut si ipsi iudices,aut ij, qui à iudicib⁹ approbant̃, aut ij,cõtra quos iudicare nõ licet, vt dominos, aut contra quos iudicare honestum non est,vt deos,aut patrem, aut præceptores, quemadmodũ in
C Mexidemidem dixit Autocles: {Si Seueris deabus in Areopago iudiciũ pati honestũ fuit, Mexidemidi vero nequaquã} aut quemadmodũ Sappho: {Mori malũ esse,quia dij ita cẽsuerunt, alioqn mortui essent.] aut quẽadmodũ Aristipp⁹ aduersus Platonẽ nescio quid, vt rebatur,iactantius profitentẽ:[Atqui sodalis noster,]iquit,[nihil tale,]Socratem innuens. & Hegisippus Delphis deũ consuluit, cũ antea Olympię sciscitatus esset,an eiusdem ipse,cuius pater,sñiæ esset? quasi vero turpe eẽt, ɔtraria rñ- D dere. & Helenã, vt scripsit Isocrates,virtute præstitisse,[quia Theseus ita iudicauit.] itẽ Alexandrũ: [quia deæ iudicẽ asciuerunt.]& Euagorã,vt inquit Isocrates, [quia Conon aduersa fortuna iactatus, oĩbus alijs posthabitis se contulit ad Euagoram.]

Alius: A partib⁹.quemadmodum in Topicis: [Quinam motus ẽ anima? aut.n.hic, aut ille.] exemplũ ex Socratis Theodecte petatur: [Quod templum violauit? quos deos non coluit,quos E ciuitas asciuerit?

Alius, qm̃ plurimis in rebus vsuuenit,vt eas boni, & mali aliquid consequatur: A consequentibus adhortari, aut dehortari, & accusare,aut defendere,et laudare,aut vituperare. exẽpli gr̃a, eruditionẽ mali illud sequit̃, vt inuideatur, boni vero illud, vt sapiens sit:{Non ergo eruditioni operã dare oportet, ne ĩuideamur. Ergo eruditioni operã dare oportet, vt sapientes simus.} Atq; hic loc⁹ Callippi ars ẽ, posĩ F atq; alijs assumptis,vt dictũ est.

Alius: Quoties duabus de rebus, ijsq; oppositis aut adhortari, aut dehortari conueniat, ad vtrasq; eum quoq;, cuius modo mentionẽ fecim⁹, modũ afferre. differt tñ, q̃ ibi quęcunq; res opponantur, hic vero contrarię, vt sacerdos quædam filiũ cũ populo agere non sinebat. [quia,] inquit, [si iusta dixeris, in hoĩum offensionem incurres, si iniusta,

G in deorum. Immo vero cum populo agere debes, quia, si iusta dixeris, deorum tibi amorē conciliabis, si iniusta, hoīum.] Hoc autem idem valet, atq; id, quod dicit, [Oleum, & salem emere.] & hæc est βλαίσωσις: qñ duorū contrariorum vtrique boni, & mali aliquid ita consequens est, vt vtraq; vtriusq; cōtraria sint.

Alius: Qm̄ nō easdem res palam, atque occulte laudant, sed palam quidem iustas, atq; honestas summis laudibus efferunt,
H priuatim vero vtiles anteponūt ex his alteram pro virili colligere. atque hic locus inter eos, qui contra opinionem proferūtur, est potentissimus.

Alius: Ab eo, q̄ res ex ꝓportione contingant. vt Iphicrates, cum filium suum, natu minorē, q̄ magnus esset, publicū obire mun⁹ cogerēt, dixit: [Si magnos pueros pro viris accipiunt, profecto paruos viros pueros eē cōstituent.] & Theodectes in lege: [Si mercenarios milites, vt Stra
I bacē & Charidemum probitatis ergo in ciuitatem accipitis, ñ ne mercenarios, q res nefarias cōmiserūt, è ciuitate pelletis?]

Alius: Si quod contingit est idē, ēt ea, ex quibus contingit, eadē esse. vt dixit Xenophanes, pari impietate ꝑditos esse, qui natos deos dicunt, ac, qui mortē obire: quia vtroq; mō contingit, vt aliquo tempore non sint dīj. Et omnino quod ex vtroq; cōtingit, sumere pro eo, ac si idē sit semper. [Estis aūt non de Socrate iudicaturi, verum de professione, vtrum operā dare philosophiæ cōueniat.] item: [Terrā, atq; aquam dare, est seruitutē seruire: [itē:] Cōis pacis ꝑticipes fieri ē imperata facere.] Sumendū est aūt, vtrū fuerit vtile. K

Alius: Quód non idē semper ĩdē posterius, ac prius eligant, sed contra. quale est hoc enthymema: [Si fugati quōdā pugnauimus, vt restitueremur, restituti vero fugiemus, ne depugnemus?] aliqñ enim constituerunt pugnare, vt manerēt, aliqñ vero non manere, ne depugnarent. L

Alius: Cuius gratia fit, si non factū sit, huius gratia eē, aut factū esse, asserere. vt si cui quis donum daret, vt eo ablato, dolorē afferret. vnde & illud dictū est: [Multis dea magnas affert prosperitates, non q̄ eos diligat, sed vt calamitates habeāt insigniores.] & illud ex Meleagro Antiphōtis: [Non vt ferā interficiāt, sed vt testes sint Meleagri virtutis apud Grçciā.] & illud ex Aiace Theodectis: q̄ Diomedes Vlyssem præ cæteris asciuerat, nō vt ei honorē tribueret, sed vt comes se esset inferior. fieri.n. potest, vt huius rei gratia fecerit. M

Alius litigantibus, suadentibusq; cōis: Videre, quæ adhortenť, ac dehortenť, & quorū gratia & agant, & fugiant. hæc.n. sunt illa, q̄ si adsint, agēda sunt, nempe, si possibile, & facile, & vtile, & aut ipsis, aut amicis, aut inimi-

A inimicis noxã, ac dãnũ afferat, aut si damnum leuius sit, q̃ res. Atque ab his quidem adhortantur, dehortanturq; à contrarijs. ab ijsdem autem his & accusant & defendunt, ab adhortantibus quidem defendunt, à dehortantibus vero accusant. Est autem locus hic ars integra tum Pamphili, tum Callippi.

Alius: Ab ijs quæ fieri existimant illa quidem, sed fide carẽt. Quòd in existimationem nõ cecidissent, si non essent, aut parũ B abessent. Et q̃ magis: quia aut ea, quæ sunt, aut quę verisimilia sunt, opinantur. q̃ si credibile, & verisimile non est, verũ erit: neque.n. quia verisimile, & credibile sit, ita existimat, quemadmodum Androcles Pittheus legem accusans, cũ oranti sibi obstreperent, dixit, [leges legẽ emẽdatricem desiderare: quia & pisces salem.] atqui neque credibile, neque verisimile est, qui in salso alũtur, egere sale, [& oliuæ o- C leum: [atqui alienum à fide est, vnde oleum fit, ea oleo indigere.

Alius ad refutandũ appositꝰ: Repugnantia considerare, siqd repugnans sit in omnibus & tẽporibus, & actionibus, & sermonibus. ac separatim quidem in litigatore, hoc modo: [Et ait quidem amare vos, verum cum triginta viris cõspirauit.] Separatim vero in seipso: [Et ait qdẽ, me litibus delectari, neq; tñ me iudicium vllum intentasse, põt ostendere.] Separatim aũt in se ipso, ac litigatore: [Et hic quidẽ D nihil vnquã mutuo dedit, ego vero multos vestrũ ẽt liberaui.]

Alius: Hominibus, & rebꝰ calumnia affectis, nec tñ hominũ existimatione probatis, cãm improbabilitatis exponere: si qdẽ est aliquid, ꝑpter quod videat̃, hoc modo: Mulier quædã, cum filium amplexandi gratia subijsset, videbat̃ cum adolescente cõcumbere: cã vero exposita, calũnia dissoluta est. & quemadmodum in Aiace Theodectis, Vlysses Aiaci cãm exponit, cur cũ A- E iace fortior sit, nõ tñ existimet̃.

Alius: A cã, & si extat, esse, & si nõ extat, nõ esse. nã & cã, & id cuius est cã, simul sunt, ac sine cã nihil est. queadmodũ Leodamas in defensione sui dixit, cum Thrasybulus obijceret, quòd in colũna notatus esset in arce, verum ipsum Trigintauiris dominãtibꝰ abrasisse. [At nõ licuit,] inquit, [immo vero plus mihi Trigintauiri credidissent, si gestæ cum populo inimicitiæ extitissent.] F

Alius: Videre, num licuit, aut liceat alio modo cõmodius, q̃ quemadmodum aut suadet, aut agit, aut egit: satis.n. liquet, si nõ ita se habet, non egisse: nemo.n. sponte sua, ac sciens deteriora ꝑeligit. est tñ hoc falsum: qa post sæpe apparet, quemadmodum commodius agi poterat, quod prius obscurum erat.

Alius: Simul videre, nũ quando gerendum aliquid sit, quod

G ĳs,quę gesta sunt, aduersetur. vt Xenophanes rogãtibus Eleatis, num sacrificarẽt Leucotheæ, atque lugerent, respondit, si deam putarent, ne lugerent, si hoĩem, ne sacrificarent.

Alius locus: Ab ĳs, in quibus peccatum est, accusare, aut defendere. vt in Carcini Medea: Sunt, qui accusent, ꝙ liberos interfecerit: neq; enim eos extare. peccauit.n. Medea, ꝙ eos amandauit. Illa vero defendit, se nõ liberos, sed Iasonem interfecturã
H suisse. hoc.n.si prætermisisset, peccasset, si modo illud etiam alterum perpetrasset. Est autem locus hic, & forma enthymematis prior ars Theodori tota.

Alius: A nomine, vt Sophocles: {Aperte σιδηρῷ, et ferẽs nomen.} & vt in deorum laudibus solent dicere. & vt Conon Thrasybulum θρασύβουλον nominabat, & Herodicus Thrasymachum, semp θρασύμαχος es, & Polum, semp πῶλος es, & Draconem legislatorem, ꝙ non ho-
I minis leges essent, sed draconis, qppe asperę. & vt Euripidis Hecuba in Aphroditẽ: {Et nomen deæ recte ἀφροσύνης initiũ.} & quemadmodum Chæremon: {Πενθεὺς futuræ calamitatis nomen fert.} Probantur autẽ magis quæ ad refutandum, q̃ quæ ad demonstrãdum idonea sunt. quia quod refutandi vim habet rerum est contrariarũ in angusto loco collectio. q̃ vero iuxta se posita sunt, auditori facilius innotescunt. ex omnibus aũt & q̃ K ad refutandum, & qui ad demõstrandum idonei sunt, syll'is maxime perturbant quæ sunt eiusmodi, vt cum proferri incipiũt, ea prouideant, nõ ꝙ eminentia sint: quia simul & ipsi præsentientes secum lætantur: & quæ eatenus subsequuntur, vt ea simul ac sint dicta, intelligant.

De apparentium Enthymematum locis. Cap. 25.

QVoniam aũt accidere potest, vt vnus syllogismus sit, alter non sit quidẽ, sed videatur, necesse est & L enthymema vnum quidem esse enthymema, alterum vero non esse, sed videri: quia enthymema syllogismus est quidam. Loci autem eorum, q̃ videnť, enthymematum, vnus est in dictione. atque huius vna pars est, perinde ac in dialecticis, nullo adhibito syll'o, extremum in modum conclusionis afferre. {Non igiť hoc, & hoc, Necesse est igitur hoc, & hoc.} Et enthymematibus contorte, oppositeq; disserere, enthymema videtur: quia eiusmo- M di dictio cãpus est enthymematis. tale aũt vr̃ eẽ, à figura dictionis. Ad syllogistice vero dictiõe dicendũ proficit, multorũ capita syll'orũ efferre hoc mõ: [Alios seruauit, alios vltus est, Græcos autem in libertatẽ vindicauit.} quippe quia ex aĳs horũ vnũquodq; probatum est. q̃ si cõiungant, iã ex his effici aliquid videať, altera vero ẽ ĩ homonymia, vt

De locis adũbratorũ enthymematũ.

A vt si quis dicat, virtute prestantē esse Μῦν, á quo augustissima oīum Initia existunt. Siquidem Μυστήρια oīum augustissima initia sunt. aut si quis canem celebrans, cœlestem etiā, aut Pana complecteretur. quia Pindarus dixit: {O Beate, quē magnę deę canem variū vocant olympij, } aut: {nullū esse canē in honoratū esse: quare canē esse honoratum.} & si quis dicat: {Mercurium omnium deorum maxime esse κοινωνικὸν; quia solus vo- B catur κοινὸς Mercurius.} item {λόγον esse rem prestantissimā, quia boni viri nō pecuniarum, sed λόγου ἄξιοι sunt: neq; enim λόγου ἄξιον dicit vno modo.}

Alius: Quod distinctum est, cōiunctim, aut quod cōiunctū, distincte proferre: qm̄ enim idē videtur esse, cū sæpe non sit idē, vtrum oportunius erit, id facere conuenit: est autem hoc oratio Euthydemi, vt illud: {quòd nouit triremem in Piræeo esse, } qa singula nouit. & illud: {qđ C qui scit elementa, carmen scit:} qa carmen idem ipsum est, {&: qm̄ bis tantum morbosum est, neq; vnū salubre esse asserere: } quia absurdum est, si duo bona, vnum malum sit. atq; hoc quidem modo valet ad refutandū, hoc vero ad demōstrandū: neq; enim vnum bonū duo sunt mala. totus autem locus est captiosus. itē Polycratis illud in Thrasybulum: {quòd triginta tyrannos sustulit, } siquidē cōiungit, rursus illud in Oreste Theodectis: (ex distinctione nanq; est.) D {Æquum est, si quæ maritum interficiat, ipsam mori, & filiū patrē vlcisci: hęc igit̄ facta sūt.} nā si coniungantur, fortasse non æquum. poterit etiā à defectione ꝓficisci, quia tollitur, à quo.

Alius locus est: Confirmare, & infirmare cum indignatione. hoc aūt est, quoties, quā rē factā esse non demōstrarit, eā exaggeret. efficit.n. vt videatur, aut nō fecisse, quoties q̄ arguit, exaggerat, aut fecisse, quoties qui accusat, irascitur. quare nō est enthymema: fit em̄ vt aut fecisse, aut nō fecisse, falso credat auditor, quanuis denmostratum non sit. E

Alius: A signo: quia neq; hoc concludi syllogismo potest. vt si quis dicat, {ciuitatibus vtiles amatores esse, quia Harmodij, & Aristogitonis amor Hipparchum tyrannū euertit. &: Dionysium furem esse, quia improbus sit. } nā neq; hoc syllō concludi pōt. neq; em̄ oēs improbi fures, sed oēs fures improbi sūt. F

Alius: Ab accidēti: quale qđ in mures protulit Polycrates, {eos comedēdis neruis auxiliū attulisse,} aut si quis dicat, {ad cœnam inuitari, honorificentissimū esse, quia Achilles, ꝙ inuitatus nō fuit, ī Tenedo Achiuis succensuit.} at ille qa parū ęstimatus fuerat, succensuit. id autem accidit ex eo, quia inuitatus non fuit.

Alius: A cōsequēti: vt in Alexandro:

G xādro: {Magnanimū esse, quia solus in Ida vulgaris multitudinis cōsuetudine neglecta versetur: } qnquidē magnanimi tales. {&, adulterum esse, quia se comat, & de nocte vaget: } qa adulteri quoq; tales. eadē vero etiā rōne, quia mēdici in tēplis & cantant, & saltāt, & quia exulibus vbicunq; libet, incolere licet: quia.n. hæc ijs suppetunt, q beati esse putantur, & ij, quibus hęc adsunt, putabunt esse beati. H differt aūt, quo modo fiat: quocirca in defectionem incurrit.

Alius: A nō cā, quasi cā, quippe ppea φ simul, aut post eam euenerit. quod.n. post illam est, ęque ac pp illā accipiunt, maximeq; qui in rep. versantur, vt Demades, Demosthenis politiā cām calamitatū oīum extitisse, qa post eam bellū est excitatū.

Alius: A defectiōe tpis, & modi, vt {φ Alexāder iure Helenā rapuit, qa à patre optionē acceperat. } neq;.n. fortasse in ppetuū, sed primis tpib⁹, nā eaten⁹ I in ptāte pater habuit. aut si quis dicat, {liberū hoīem cędere, cōtumeliā esse. } neq; enim vsquequaq; verum quoties iniuriosas manus prior intulerit.

Pręterea vero vt in Eristicis, apparēs syll's existit ab eo, quod est simpl'r, & non simpl'r, sed qddā: quale ī dialecticis: {Nō ens esse ens, qa nō ens est nō ens, & Quod cognosci nō pōt, sciri posse, qa qd cognosci non pōt, sciri pōt, cognosci nō posse: } sic etiā in rhetoricis apparēs enthymema est ab eo, quod non simpl'r verisimile, sed quiddā verisimile est. hoc aūt generale non est, queadmodū ēt Agathon inqt: K {Fortasse verisimile illud eē aliquis dixerit, mortalibus multa nō verisimilia euenire. } euenit ēm id quod est cōtra verisimile. quare verisimile ēt est id, qd cōtra verisimile est. si aūt hoc, qd nō est verisimile, verisimile fuerit illud quidem, sed nō simpl'r. Verū queadmodū in Eristicis, nisi addant, Secundum quid, & L Ad aliqd, & Alicubi, calumniā afferūt: item hic, cōtra verisimile est, non simpl'r, sed quoddam verisimile. Ex hoc aūt loco ars Coracis est cōstituta. nā si culpę nō sit affinis, vt si imbecillus de verberib⁹ arguatur. nō.n. verisimile est, & si sit affinis, vt si robustus. nō.n. verisimile est: quia futurū erat, vt verisimile in opinionē incurreret. eadēq; etiā rōne in cęteris: aut.n. culpæ affinē, aut non affinē esse necesse est. ac M verisimilia quidē ambo vident. verū illud est verisimile, hoc vero nō simpl'r, sed quemadmodū dictum est. & hoc est, inferiorē cām dicendo superiorē efficere. Quo factū est etiā, vt iure Protagoræ pfessionē moleste hoīes ferrent. quia falsum, & nō verū, sed apparens verisimile est, atq; in nulla arte, nisi in rhetorica, eristicaq; versatur.

Ac de enthymematib⁹ qdē, & q̄ sunt, & q̄ videtur, dictum est.

De

A *De dissolutionibus enthymematum.* Cap. 26.

DEinceps sequitur, vt de dissolutionibus exponamus. Licet aũt aut opponendo syllõ, aut afferenda obiectione dissoluere. Ac syllogismi quidem oppositio quin ex ijsdẽ afferri locis possit, haud sane dubium est: siquidẽ syll'i ex probabilib⁹ sunt, ꝓbabilia vero multa inter se cõtraria sunt. At vero obiectiões quadrifariã, vt dictũ est in Topicis, afferũtur: nempe B aut à se, aut à simili, aut à cõtrario, aut à iudicatis. Dico autẽ à se: vt si enthymema esset, amorẽ bonũ eẽ, duplex afferri obiectio posset, quippe aut in totũ, oẽm indigentiã malã esse dicẽdo, aut in parte, ꝙ non diceretur Caunius amor, nisi mali quoq; essẽt amores. A contrario vero obiectio ducit: vt si enthymema eẽt, ꝓbũ virũ de amicis oĩbus bene mereri: at neq; improbus male. A similib⁹ aũt: si esset enthyme- C ma, ꝙ q incõmodũ acceperunt, semper oderũt: at neq; qui commodo affecti sunt, semp̃ diligũt. Iudicia vero sunt, q̃ ab illustrib⁹ viris accipiunt: vt siquis enthymema afferret, temulentis ignosci cõuenire, quia ignorãtes delinquunt: obijci poterit: nõ igit laudandus Pittacus: neq;.n. grauiorẽ pœnã lege constituisset, si quis ebrius deliquisset. Qm̃ aũt enthymemata ducũtur ex quatuor, nempe verisimili, exẽplo, tecmerio, & signo: q̃ aũt ex ijs, q̃ plerunq; sunt, aut esse videtur, D enthymemata colligũtur, ex verisimilibus: q̃ vero ex inductione rei similis, aut vnius, aut pluriũ, quoties quidem sumpto vl'i, deinde quod est in parte cõcludat, ab exẽplo: quę aũt ex necessario, ac exñte, à tecmerio: quæ vero ex vl'i, aut particulari, siue existat, siue secus, à signis: sane dubiũ nõ est, quin eiusmodi enthymemata obiectione afferẽda dissoluere semper licuerit. dissolutio tñ adumbrata, & non perpetuo vera erit: neq;.n. qui obijcit, verisimile nõ esse, sed qui ne- E cessariũ non esse, dissoluit. itaq; pp̃ hãc captionẽ fit, vt q defendit, cõmodiore cõditione sit, q̃ qui accusat. Etenim quia qui accusat, ex verisimilibus probat: (neq; vero dissolutio eadem est, aut verisimile nõ esse, aut necessariũ nõ eẽ,) quod vero plerũq; ẽ, ei semper obijci põt, alioquin nõ verisimile, sed ꝑpetuũ, ac necessariũ esset: qui vero iudicat, arbitratur, si eo modo solutũ sit, F id aut verisimile nõ eẽ, aut haud quaquã ad suũ iudiciũ pertinere: in quo decipit, queadmodũ diximus: neq;.n. ipse ex necessarijs tantũmodo iudicare, sed ẽt ex verisimilib⁹ debet. quia hoc demũ est, Mẽte optima iudicare: nõ igitur satis erit, si soluerit, necessariũ non esse: verũ soluere dẽt, verisimile non esse: hoc aũt accidet, si obiectio afferetur: ꝙ sępius: (talis aũt obiectio duob⁹ afferri modis põt, aut tempore, aut

G aut rebus : verum ab vtrisq; firmissima est:) nã quod ita est sæpius, id demum est verisimilius. At vero tum signa, tum quæ à signis ducuntur, enthymemata, etiã si existunt, eo, quo supra dictum est, modo soluuntur. nam nullum concludi syllõ signum posse, liquet nobis ex Analyticis. Forũ vero quæ ab exemplis eliciũtur, eadem, ac verisimiliũ dissolutionis est rõ: nã si vnum aliquod nõ ita euenisse possim⁹ ostendere, solutũ est, quia nõ est
H necessariũ, quippe cum & complura, & sæpe facta sint aliter. quod si & cõplura, & sæpe ita se habuerint, contendere oportet, id, quo de agit, aut simile nõ eẽ, aut simĺr factũ non esse, aut dissimilitudinem aliquã obtinere. Tecmeria vero, & quæ à tecmerijs ducuntur, enthymemata, eo quidẽ euerti non possunt, q̄ syllogismo concludi nequeant: (id eñ nobis liquet ex Analyticis) verum quod dicitur, nullũ esse, nobis ostendendũ relinquitur.
I quod si & esse, & tecmerium eẽ pateat, iam hoc insolubile euadit, quia omnia iam demonstratione sunt patefacta.

Amplificationem, & Attenuationem non esse enthymematis locum. nec refutatiua, & affirmatiua enthymemata diuersas esse species.

Cap. 27.

AMplificatio vero, & imminutio non sunt enthymematis elemẽtum, (idẽ enim elementũ voco, & locum, est autem elementum, & locus, K in quem multa enthymemata incidunt:) verum amplificatio, & iminutio enthymemata sunt ad ostendendum, magnum, aut paruum esse, perinde ac etiam bonum, aut malum, aut iustum, aut iniustum, aut aliorũ quodlibet. hęc aũt oĩa sunt, in quib⁹ syllĩ, enthymemataq; versant̃. q̄ si nullũ horũ locus enthymematis ẽ, neq; amplificatio, & imminutio est. Neq; vero q̃ ad soluendum valent, genus sunt enthymematis ab ĳs, quæ ad confir- L mandum apta sunt, separatum. nam sine dubio soluit quidem, qui aut demonstrat, aut obiectionem affert: verum oppositũ contra demonstrant. exempli gratia, si ostendit, factum esse, hic non factum esse: sin autẽ nõ factum, hic factum: quare nihil intererit: quia ĳsdem ambo vtũtur: si quidem ad ipsum nõ esse, aut esse, enthymemata adhibẽt: Neq; vero obiectio est enthymema, sed quemadmodum in Topicis, opinionis alicuius pronũ- M ciatio, ex qua syllõ cõclusum nõ esse, aut falsi aliqd sumptũ esse, patebit. Qm̃ aũt tria sunt, quæ tradere de oratione op;, de exẽplis quidẽ, & sentẽtĳs, & enthymematibus, & oĩno de ĳs, q̃ ad animi sensa ptinẽt, & vnde copiã cõparabim⁹, & quẽadmodũ ea dissoluemus, tã multa nobis exposita sint. reliquũ ẽ aũt, vt de elocutione, & dispositione pergamus.

A ARISTOTELIS ARTIS RHETORICÆ, LIBER III.

Carolo Sigonio Interprete.

SVMMA LIBRI.

De ijs, quæ ad Dictionem, Eloquutionemve pertinent. De partium ordine in ipsa Oratione.

De partibus Rhetoricæ. Cap. I.

De elocutione.

Vm tria sint, quæ tradere de oratione oportet, vnũ, vnde fides existent, alterum de elocutione, B tertiũ, quemadmodum partes disponere orationis expediat: fides quidem expositæ sunt, & ex quot sint, nẽpe ex tribus, & hæc qualia, & quare tot sola. aut em̃, q̃a ipsi aliquo modo sint affecti, qui iudicant: aut quia cuiusdãmodi existiment eos, qui dicũt: aut quia demõstratum sit, assentiuntur oẽs. dictũ vero est etiã, vnde promenda enthymemata sint, nẽpe partim ex formis enC thymematum, partim ex locis. consequẽs ergo est, vt de elocutione dicamus: neq; enim satis est, habere, quæ oportet dicere, sed necesse est etiam hæc dicere, vt oportet: valetq; ad id multũ, vt oratio cuiusdammodi videatur. Ac primum quidem quæsitum est secundum naturã, quod natum est primum, res videlicet ipsæ, vnde fidem habeant, deinde vero quemadmodum eæ dicendo tractentur, tertium autem horum, quod vim quidem D habet maximam, nondum vero tentatum est, actio. etenim in tragicam, & rhapsœdiam sero prodijt: quippe quia tragœdias ipsi poetæ primum agebant: ex quo apparet, perinde in rhetorica vsuuenire, atque in poetica quoque. id quod nonnulli alij tradiderunt, tum Glauco Teius. Hæc autem versatur in voce, quemadmodum eam ad singulos affectus adhibere conueniat: veluti, quando magnã, & quando E paruam, & quando mediocrẽ, & quo modo tonos, vt acutum, & grauem, & medium, & quos rhythmos ad singulos: tria enim sunt, quæ inquirunt: nempe magnitudo, concentus, & rhythmus. ac præmia quidem ferme ex certaminibus isti referunt, & vt illic plus valent actores hodie, quàm poetę, item in ciuilibus contentionibus vitio rerum publicarum. nondum autem ars harum rerum est constituta: quia & sero elocutio pdijt. F quæ quidem, si probe iudicetur, leuis res esse videtur: verum cum ad opinionẽ tota rhetoricæ pertractatio referatur, non vt rei, quæ recte habeat, sed vt necessariæ suscipienda cura est. neque enim plus in dicendo laborare debemus, quàm vt neque molestia, neque iucunditate afficiamus. si quidem rebus ipsis decertare oportet: quare cętera pręter demonstrationem inania sunt, sed multum tamen

valent

G valent propter prauitatem, vt diximus, auditorum. Ac paruã quidem nescio quam elocutio habet in omni doctrina necessitatem: interest enim nõnihil ad declarãdum, ita ne, an ita dicas: verum non tantopere. sed hæc omnia phantasia cõstant, & referuntur ad auditorem. itaque nemo geometriam ita tradit. illa igitur cum prodibit, idem atq; histrionia efficiet: fuerunt tamẽ qui de ipsa etiam nonnihil prodere sunt conati, vt Thrasymachus in Miserationibus: quin ẽt
H ad agendum aptum esse naturæ est, & minus artificiosum, elocutio vero artis est. itaq; oratoribus, qui hac valent, quemadmodum & ijs, qui actione, altera præmia tribuuntur. nam, quæ scribũtur, orationes plus dictione, q̃ sententijs pollent. Ac poetæ quidem primum, vt natura tulit, eam excitare cœperunt. siquidẽ nomina imitationes sunt, & vox tributa nobis est omniũ
I partium ad imitandum aptissima, vnde artes tum rhapsœdia, tum histrionia, tum aliæ constiterunt. q̃m autem poetæ, cum inania dicerent, ex elocutione gloriam peperisse hanc videbãtur, propterea poetica elocutio prima extitit, vt Gorgiæ. hodieque eorum pleriq;, qui disciplinis exculti non sunt, tales pulcherrime loqui existimant. non est autem ita, verum alia orationis elocutio est, q̃ poematis. quod ex euentu declaratur, neq; enim qui tragœdias faciũt, amplius eo modo vtũtur, sed vt ex K
tetrametris ad iambos se contulerunt, quia hoc metrum inter alia est sermoni simillimum, sic & nomina à sermonis consuetudine aliena deposuerunt, ea vero abiecerunt, quibus prisci ornarunt, & qui hodie quoq; exametra scribunt. quocirca ridiculũ est, eos, qui ipsi eo modo nõ vtũtur amplius, imitari. Ex quo pspicuum est, non omnia, quę de elocutione præcipi possunt, nobis esse accuratius conquirenda, sed quæ de eiusmodi, quam L
dicimus. de illa vero in præceptis de Poetica disseruimus.

De Eloquutionis virtute. Cap. 2.

Sint ergo illa pertractata, ac virtus elocutionis cõstituatur, vt perspicua sit: argumẽto est. n. q oratio, si nõ declarat, officio suo nõ fungit: & vt neq; humilis, neq; supra dignitatem sit, sed decora. poetica. n. fortasse humilis non est, verum orationẽ non decet. Ac perspicuam quidẽ noĩa, & verba ꝓpria reddũt, M
nõ humilẽ vero, sed ornatã alia noĩa, q̃ in præceptis de poetica sunt exposita: qa immutatio efficit, vt grãdior videatur. Siquidẽ hoĩes vt erga peregrinos, & ciues, sic etiã erga elocutionem afficiũtur, quare peregrinus sermo reddẽdus est, qa admiratores sunt eorũ, q absunt, admirabilia vero iucunda sunt. Ac in metris quidẽ tũ multa hoc efficiũt, tũ illic cõuenit, nã & res, & homi-

Eloenti one perspicuam eẽ debere, nó tamẽ humilẽ, nec elatã.

A homines, de quib⁹ sermo habet̃, magis excellunt, in nudis autẽ orationibus, multo paucioribus: quia argumentum inferius est. q̃m & ibi si seru⁹, aut valde iuuenis ornate loqueret̃, minus decorũ esset, aut si de rebus valde minutis, sed versatur in his etiã decorũ aut angustius, aut latius. Quocirca oportet, vt occulte faciamus, & nõ ficte, sed à natura dicere videamur. hoc.n. valet ad fidẽ, illud vero secus: quia tanquam ab insidiatore cauẽt quẽ-B admodum à vinis permistis. & quale Theodori voci ad aliorũ vocem histrionũ accidit. hæc.n. eius, qui dicebat, esse videbatur, illæ vero alienæ. Egregie vero occulitur, siquis è communi sermonis consuetudine seligendo cõponat, quod Euripides facit, & primus ostendit. Verum cum nomina, & verba sint, ex quib⁹ constat oratio, cũq; nomina tam multas habeãt formas, q̃ multę in pręceptis de poesi traditę sũt, harũ quidẽ linguis, & duplicib⁹ C nominibus, & nouatis raro, & paucis in locis vti debemus: vbi vero, post dicemus: nã quã ob cãm, dictum est: quippe quia in maius, q̃ decet, immutant. propriũ vero, & ad naturam accõmodatum, & translatum ad nudarũ duntaxat elocutionẽ orationũ proficiunt. cuius rei signi est, q̃ his solis oẽs vtũtur. si quidẽ oẽs translatis, & ad naturam accõmodatis, proprijsq; loquũtur. Ex quo intelligi põt, si quis probe fecerit, fore, vt peregrini- D tatẽ adhibeat, & occulte faciat, & perspicue dicat, quæ sermonis oratorij virtus est. Ex nominib⁹ aũt sophistæ quidẽ homonymiæ vtiles sunt, quia fraudẽ his facit: poetę vero synonymię. voco aũt propria, & synonyma, vt ire, & proficisci: hæc.n. ambo inter se propria, & synonyma sunt. Ac quid horũ quidẽ vnũquodq; sit, & quot species translationis, & vt trãslationes hoc in primis tum in poesi, tum in orationibus valeant, expositum E est, quemadmodũ diximus, in ijs, quæ de poetica scripsimus. tanto aũt vehementius de ipsis in oratione laborare oportet, quanto paucioribus oratio, q̃ versus, pręsidijs est instructa. Ac trãslatio quidem perspicuitatẽ, suauitatẽ, & peregrinitatem in primis hẽt. neq; eam ab alio sumere licet. oportet aũt & epitheta, & translationes dicere, quæ cõueniant: id quod erit, ex proportione: sin minus: indecorum videbitur, quia cõtraria inter se F collata maxime elucescunt. verum videre oportet, vt iuuenem purpura, sic senem quid: neq;.n. eadem decet vestis. Et si ornare velis, à meliore eorũ, quę eodem genere continent̃, ducere trãslationẽ: &, si vituperare, à deterioribus. dico aũt, exẽpli gratia, q̃m cõtraria in eodẽ genere existũt, dicere, mendicantẽ q̃dẽ precari, p̃cantẽ vero mẽdicare, q̃a vtrũq; petitio est, i. q̃d dicimus, facere.

quem-

G quemadmodū Iphicrates Calliam μητραγύρτην, vocauit, nō δαδοῦχον. ille aūt respōdit, nō esse illum initiatū, neq; enim se μητραγύρτην, sed δαδοῦχον vocasset. vtrūq; enim ad deam, sed illud honorē habet, hoc non habet. ac ille Dionysij assentatores, ipsi vero semet artifices nominabāt. hęc aūt ambo trāslata sunt, illud quidem inquinantiū, hoc vero secus. hodieq; ꝓdones
H ipsi se lucrifactores appellant. itaq; licet dicere, eū, qui iniuriā facit, delinquere, & qui delinquit, iniuriā facere, & qui furatus est, eū & sumpsisse, & populatū esse. Illud aūt, quod Telephus Euripidis inquit, remo imperare, est indecorū: quia maius est imperare, q̄ pro dignitate. quare haud occultum est. Inest etiā in syllabis error, si nō suauis indicia vocis sint. quo pacto Dionysius Chalcheus in Elegis clāgorem Calliopes vocat poesim, quia ambę sunt voces. mala
I vero translatio è vocibus existit significationis expertibus. Praeterea vero non longe transferre oportet, sed ab ijs, quae cognata, & conformia sunt, noīe afficiendo, quae carent quod cum dictū sit, pareat esse cognatum, vt in aenigmate illo celebri: {Virum vidi igne aes viro agglutinantem.} Affectus enim vacat nomine. est tamē vtrūq; appositio quaedā. quare agglutinationem applicationem cucurbitulae nominauit, Atq; omnino ex probe fictis aenigmatibus elegātes du- K
cere trāslationes. siquidē translationes ęnigmata pariunt: ex quo probe translatū esse apparet. Et ab honestis: nominis aūt honestas, vt inquit Licymnius, in sono, & significato, eodēq; modo turpitudo, cōsistit. praeterea vero tertia, q̄ sophisticā rōnem dissoluit: neq;.n. est, queadmodum dixit Bryson, vt nemo turpiter loquatur, q; idē valeat hoc pro illo dicere: est.n. hoc falsum, eò, q; aliud alio magis ꝓprium, & L
magis simile est, & ad rem ante oculos constituendā magis accommodatū. praeterea nō eodē modo se habens significat hoc, & illud. quare ita quoque aliud alio honestius, ac turpius statuendum. ambo.n. honestū, & turpe significāt illa quidē, verum non quaten⁹ honestū, aut nō quatenus turpe, aut hęc quidē, verum magis, & minus. translationes igit̄ hinc ducēdę sunt, nempe ab honestis rebus aut voce, aut vi, aut aspectu, aut alio quopiā sen- M
su. interest aūt dicas exēpli grā aurorā roseodigitam potius, q̄ purpureodigitā, aut, qđ adhuc deterius est, rubrodigitā. Itē in epithetis. licet epitheta à malo, aut turpi formare, vt matricida: licet etiā à meliori, vt patris vindex. & Simonides, cū pręmiū ei exiguū dabat is, q mulab⁹ victoriā reportarat, carmen facere recusauit, quasi in mulas carmen facere grauaretur: vbi vero idoneū dedit, fecit: [Salutete volucrū filiae

A filiæ equorũ.} atqui asinorum quoq; filię erant. Item eandẽ rẽ diminuere. est autẽ diminutio, q̃ minus efficit & malũ, & bonũ. queẽadmodũ Aristophanes cauillatur in Babyloniis, pro auro aurulũ, & pro toga togulã, & ꝑ conuicio conuiciolũ, & morbulum. caute tñ agere oportet, & modum in vtroque tenere.

De Frigidis. Cap. 3.

FRigora vero quatuor in rebus ex elocutione existunt: in duplicibus nominibus, B vt Lycophron: {Multiforme cęlũ, Magniceruicæ terrę, & Litus angustiuiũ.} & Gorgias dixit: {πτωχόμουσος, adulator ἐπιορκήσαντας, καὶ κατευορκήσαντας,} & vt Alcidamas: {Furore qdẽ aĩum repletũ, igniuomos vero oculos factos. & τελεσφόρον putauit alacritatẽ eorum futurã, & τελεσφόρον suadelam verborũ cõstituit, & Cærulicolor maris solũ.} q̃nquidẽ hæc oĩa Poetica ꝓꝑ duplicationẽ videnť. Ac vna quidẽ hæc cã est, C altera vero linguarũ vsus, vt Lycophrõ: {Xersem virũ πέλωρον, & Sciron σίννις vir,} & Alcidamas: {ἄθυρμα poesi, & naturæ ἀτασθαλίαν, & Mera animi ira τεθηγμένον.} Tertiũ vero in epithetis, nẽpe aut longis, aut intẽpestiuis, aut frequẽtib⁹ vsurpãdis. in poemate.n. lacalbũ licet dicere, in oratione vero partim indecora sunt, partim vero, si nimia sunt, arguũt, ac planum faciunt, poesim esse. Qm̃ aũt ipsa vti op;, q̃a consuetudinẽ immu- D tat, & peregrinã elocutionẽ efficit, saltẽ modũ intueri cõuenit: q̃a plus mali affert, q̃; si temere dicas: illa.n. nõ hẽt qđ rectũ est, hęc vero quod vitiosum. quocirca frigida Alcidamantis scripta videnť, quia epitheta nõ condimenti loco adhibet, sed tanquã cibi, vsq; adeo crebra, & maiora, & aperta. vt nõ sudorẽ, sed {humidũ sudorẽ,} neq; ad Isthmia, sed {ad Isthmiorũ mercatum,} nec leges, sed {reginas ciuitatũ leges,} neq; cursu, sed [cursorio E animi impetu,] nec Museũ, sed, [cũ naturæ Museũ accepisset, & tristẽ animi curã,] neq; gratiæ, sed [popularis gratiæ opifex, & dispẽsator audiẽtiũ voluptatis,] neq; ramis, sed [syluæ ramis occultauit,] neque corpus velauit, sed [corporis pudorẽ, & ἀντίμιμον animi cupiditatẽ.] hoc aũt simul & duplex est, & epithetũ. quare poema euadit, & ita [ἔξεδρον improbitatis exuperãtiã.] itaq; poetice loquentes cũ indecoro risum, frigus, & obscurita- F tẽ ꝓꝑ loquacitatẽ cõmiscent. q̃a quidquid cognoscenti inculcas, tenebris offundẽdis ꝑspicuitatẽ euertit. Homines aũt duplicib⁹ vtunť, quoties res vacat noĩe, & facile iũgi oratio põt, vt χρονοτριβεῖν. ꝙ si multũ sit, prorsus poeticũ est. itaq; dithyrambis duplex dictio cõmodissima est, vtpote, q pleni strepitus sint, epicis aũt linguę, ꝙ res grãdis, atq; supba sit, iambicis vero trãsla-

G tio, ꝙ has hoc tẽpore frequẽtẽt,
vt dictũ ẽ. Pręterea vero quartũ
frigus in trãslationibus oritur.
etẽm trãslationes quoq; sunt in-
decorę, partim, qa ridiculæ sũt,
siquidẽ & comici translationes
vsurpãt, partim, qa grandes ni-
mis, ac tragicæ. obscuræ vero, si
lõgè, vt Gorgias: {Pallidas, atq;
exãgues res. Tu vero hæc turpi-
ter seminasti, male vero metisti.]
nimis.n. poetice, & vt Alcida-
mas: [Philosophiã ꝓpugnaculũ
legũ,] & [Odysseã humanę vitę
H speculum,] & [Nullũ eiusmodi
ἄθυρμα poesi afferens.] qa hæc
oĩa parũ ad fidẽ apposita sunt,
ob ea, q̃ diximus. illud vero Gor
gię in hirundinẽ, q̃ reliquias ad-
uersus eũ volãs demiserat, opti-
me inter tragicos. dixit enim:
[Turpe sane ò Philomela.] aui
enim, si fecisset, nõ turpe, at ve-
ro virgini turpe. recte igitur cõ-
uiciũ dixit, cum quod fuit, non
quod est, dixit.

De Imagine. *Cap.* 4.

I EST aũt similitudo quoque
translatio. siquidẽ paulum
discrepat. cũ.n. de Achille
dicit: {Vtq; leo ruit,} similitu-
do est, cũ vero, {leo ruit,} trãs-
latio. qa ambo fortes sunt, leonẽ
Achillem transferẽdo vocauit.
vtilis est aũt etiã in oratione, sed
raro, quia Poetica est. eliciendæ
vero, quomõ trãslationes. siqdẽ
trãslationes sunt eo, quod dictũ
est, differẽtes. sunt aũt similitudi
nes, vt quã Androtio in Idrieũ:
quippe similẽ canibꝰ esse, qui ex
vinculis: illi.n. obuios mordẽt, K
& Idrieũ ex vinculis relaxatum
esse molestũ. & quo mõ Theo-
damas Archidamũ cõparabat
Euxeno geometrię ignaro: & ex
ꝓportione: erit em̃ & Euxenus
Archidamus geometricus. & il-
lud in politia Platonis, quippe
qui mortuos spoliãt, similes esse
canibꝰ, qui lapides mordẽt, nec
iaciẽtes attingũt. & in populũ:
similẽ eẽ nauclero robusto qui-
dem, sed surdastro. & in versus
poetarũ: similes eẽ venustis sine L
pulchritudine, qa illi vbi deflo-
ruerint, hi vbi dissoluti sunt, si-
miles non videñt. & illa Periclis
in Samios: similes eos esse infan-
tibus, qui mansum accipiũt, sed
cũ ploratu: & ĩ Boeotos, similes
esse ilicibꝰ: ilices.n. à semet cõ-
tundi, item Boeotos inter se de-
pugnare. & Demosthenes ĩ po-
pulũ, similem esse ĳs, q in naui-
bus nausearent. & q̃uo Demo-
crates oratores nutricibꝰ cõpa-
rauit, quę mansum deglutientes
saliua infantes inungunt. & quo M
modo Antisthenes gracilẽ Ce-
phisodotũ thuri assimilauit: qa
dũ cõsumitur, iucunditate per-
fundit. has.n. oẽs & vt similitu-
dines, & vt trãslationes licet ꝓ-
ferre. quare q̃cunq; ꝓbabuntur
translationũ mõ prolatę, profe-
cto eędẽ etiã similitudines erũt,
& similitudines trãslationes rõ-
nis egentes. Oportet aũt vt trã-
slationẽ ex proportione ductã
semper partẽ etiã in alterã refe-
ramꝰ: itẽ in ĳs, quæ eiusdẽ gene-

ris

A ris sunt. vt si poculum scutũ est Dionysij, & scutum Martis poculum dicere conuenit. Ac oratio quidem ex his constituitur.

De emendata eloquutione. Cap. 5.

Elocutionẽ emendatã esse oportere.

ELocutionis autẽ principiũ est, emendate loqui. id aũt in quinq; rebus versatur. primũ in coniunctionibus, si qs reddiderit, prout naturaliter inter se antecedunt, ac subsequuntur, queadmodũ nonnullę requirunt. veluti {Quidẽ, & Ego q̃dẽ} requirunt {Vero, & Ille vero.} Debemus aũt, quoad me- B minit, inter se referre, neq; longe separare, neq; cõiunctionẽ ante cõiunctionẽ necessariã reddere: quia paucis in locis congruit: {Ego vero, postq̃ mihi renũciauit, venit.n. Cleon rogans, atq; obsecrans, ꝓfectus sum illis assumptis.} in his.n. cõiunctiones multę ante reddendã cõiunctionẽ sunt inculcatæ. quòd si multa essent inter {profectus sum,} obscuritas orirectur. ac vna qui- C dẽ virtus est in cõiunctionibus. Altera vero est, ꝓprijs nominibus, & non ambientib⁹ eloqui. Tertia vero non ambiguis: hæc aũt, nisi cõsulto cõtraria eligat. quod faciunt, quoties nihil habent, quod dicant, verum aliqd dicere simulant. tales enim ea de industria dicũt, vt Empedocles. decipit enim circuitus, si sit multus. atque afficiuntur auditores æque, ac vulgus inter ariolos: quia cũ ambigua dicũt, annuit: {Crœsus Halym penetrãs magnam peruertet opum vim.} & D quia oĩno minor errori locus ẽ, per rei genera loquuntur arioli: in ludo.n. paris, & imparis facilius aliquis paria, aut imparia dixerit, q̃ quot teneat: & futurũ, q̃ qñ. quocirca arioli nõ definiunt, qñ. hæc igitur oĩa sunt similia: quare nisi alicuius eiusmodi rei gratia, fugiẽda. Quarta, vt Protagoras genera nominũ diuidebat in virilia, & muliebria, & instrumẽta: quia & hæc recte reddere conuenit: [Illa vero reuersa, et collocuta discessit.] E Quinta in multis, & paucis, & vno recte nominãdis: [Illi vero reuersi me verberarunt.] Omnino vero opus est, vt quod scribitur, facile legi, ac proferri, quod idem est, possit. id quod multæ coniunctiones non habent, nec quę ad interpungendũ difficilia sunt, vt scripta Heracliti. siquidem scripta Heracliti interpungere operosum est, ꝙ obscurum sit, vtri adiaceat, posteriori ne, an priori. veluti in principio ipsius libri. inquit.n. [Rationis hu- F ius existentis semp imperiti homines fiũt.] obscurũ est.n. illud [semper,] vtri interpungendo adiungas. Iam vero hęc solœcismum pariunt, non reddere, nisi adiungas ambob⁹ qđ cõuenit, exempli cã, [aut strepitũ, aut colorẽ,] videns qdem non est cõe, sentiẽs vero cõe. Obscuritas porro gignit, si multa in medio inculcaturus, nõ ꝓponendo dixeris, hoc mõ: [Debebam.n. locu-

G tus cum illo hæc, & hæc, & hoc modo, proficisci.] non autem: [Debebā enim locutus cum illo proficisci,] deinde,[hęc,& hæc, & hoc modo facta sunt.

De Amplitudine, ac Breuitate eloquutionis. Cap. 6.

Quæ tumoré orationis efficiant.

AD tumorem vero orationis hæc valent, orationē pro nomine adhibere, vt nō circulū, sed planiciem à medio æqualem: ad concisionem vero cōtra, ꝓ oratione nomen. Et si turpe, aut indecorum sit, si H in oratione sit turpitudo, nomē dicere, sin aūt in nomine, orationem. Et translatis, & epithetis eloqui morem declinando poeticum. Et vnum multa facere: quod poetę factitant, cum vnus sit portus, tñ dicunt: [Portus in Achaicos, & Epistolæ hæc luctuosa volumina.] Et non coniungere, sed vtriq; vtrunq; adiūgere: τῆς γυναικὸς τῆς ἡμετέρας: sin aūt concise, contra: τῆς ἡμετέρας γυναικὸς. Et cum cōI iunctione dicere. sin autem cōcise, sine cōiunctione quidem, nō inconiuncta tñ, vt[Profectus, & Locutus, ꝓfectus locutus sum.] Quin etiā illud Antimachi vtile est, quę nō habet, cōmemorare, qđ ille facit in Teumesso:[Est quidā ventosus paruus collis:] quia sic augetur in infinitū. valet autem & in bonis, & in malis, hoc nō habere, vtro mō fuerit vtile. vnde etiā poetę nomina ducunt, ἄχορδον, & ἄλυρον μέλος; quia ex priuationibus inferunt. probatur enim hoc, si in K translationibus ex proportione dicatur. vt si dicamus, tubam esse ἄλυρον μέλος.

De Decoro in eloquutione. Cap. 7.

Orationē decoram esse debere.

DEcorum autem elocutio retinebit, si affecta erit, & morata, & subiectis rebꝰ proportione respōderit. Proportione vero respondet, si neq; de amplis rebus summisse dicatur, neq; de tenuibus grauiter, neq; tenui nomini adhibeatur ornatus. sin minus, comœdia videt. quēadmodum facit Cleophon. L similiter.n. quędā protulit, ac si diceret: [venerādas ficus.] Affecta vero: si contumelia sit, irati dictio sit, si impia, ac turpia, indignabūde, & caute dicat: si laude digna, admirabunde: si miserabilia, humiliter, eodēq; modo in cæteris. Fidē vero rei etiā accommodata ad naturā elocutio parit: qa in errorē impellit aīus, quasi ille vere dicat. nā in rebus hmōi sic afficiunt: quare existimāt, ēt si nō ita se habeat, vt in- M quit orator, res ita se habere. & semꝑ simul afficit ille, qui audit cum eo, q affecte dicit, ēt si nihil dicat. itaq; pleriq; tumultū excitātes attonitos reddunt auditores. Morata vero ē ipsa q̄ à signis demrō ducit, qa ei comes ea est, q̄ cuiq; generi, atq; habitui cōuenit. dico aūt genus quidem ꝑm ætatē, vt puer, aut vir, aut senex, & mulier, & vir, & Laco, aut Thessalus: habitus aūt, ex qbus vita cuiusdāmodi aliqs ē. neq;.n.

ex

A ex oĩ habitu cuiuſdãmodi vitæ ſĩt. ſi igr̃ & noĩa habitui accõmodata ꝓtulerit, mores excitabit: neq;.n. eadẽ, neq; eodẽ mõ agreſtis, & eruditus loquet̃. Afficiuntur vero nonnihil auditores eo ẽt, quo affatim ĩj, q ſcribũt orationes, vtunt̃: {Quis nõ intelligit? Oẽs ſciunt.} qa auditor verecũdia captus aſſentit̃, vt eius rei particeps ſit, cuius & oẽs aliĵ ſunt. Oportunus aũt, & nõ oportunus vſus oĩb⁹ formis cõis eſt. Verũ in oĩum exuperatione remediũ eſt id, qđ vulgo dr̃. etẽm
B ſemetipſum increpare op3. verũ eñ eſſe exiſtimat̃: qm̃ oratorem qđ facit, nõ fugit. Præterea vero nõ oĩa ex ꝓportione reſpõdẽtia ſimul adhibere debemus: ſic.n. decipit̃ auditor. dico aũt exẽpli gr̃a, ſi noĩa dura ſint, nõ & voce, & vultu, & ĩjs, quę conueniunt. ſin minus, apparet, quid vnumquodq; ſit. ſin aũt hoc qdẽ, illud vero non, clã efficit idẽ. Quòd ſi mollia duriter, & dura molliter dicant̃, minus ad fidẽ ꝓficit. No-
C mina vero epitheta, & duplicia plura, & peregrina maxime cõueniũt affecte dicẽti. ignoſcit̃.n. irato, ſi dicat, {malũ οὐρανομήκες,} aut πελώριον, & qñ iã teneat auditores, & furere fecerit, aut laude, aut vituperatiõe, aut ira, aut beneuolẽtia, queadmodũ Iſocrates in Panegyrico facit in extremo: φήμην δὲ καὶ μνήμην, & οἵτινες ἔτλησαν; qa talia furore inflammati dicũt. quocirca eodẽ ẽt nimirũ mõ affecti recipiũt. itaq; ad poeſim accõmoda D ta ſunt: quia poeſis diuini numinis plena eſt. Aut igitur hoc mõ oportet, aut per iocum, vt Gorgias fecit, & illa in Phædro.

De Numero. *Cap.* 8.

ELocutiõis vero figura neq; metri cõpos, neq; rhythmi expers eſſe dẽt. illud eñ parũ valet ad fidẽ, qa fictum exiſtimatur, & ſimul ẽt auocat, qa facit, vt attendat̃, qñ iterũ ſimile reuertetur. vt igit̃ pueri ꝑcones prĕoccupãt, quẽ patronũ adoptet is, qui manumittitur, E Cleonem. quod autẽ expers eſt rhythmi, expers eſt termini. terminari vero cõuenit, ſed nõ metro: qa infinitũ ſuauitate caret, & cognoſci nõ põt. oĩa vero numero terminãtur, rhythmus aũt figurę elocutionis numerus eſt, cuius & metra ſegmẽta ſunt. itaq; rhythmũ oratio habeat op3, verũ non metrum, alioquin erit poema: neq; vero rhythmũ exquiſite. id aũt eueniet, ſi quadamtenus ſit. Rhythmorũ vero herous grãdis eſt, & canorus, & harmoniã requirens. F Iambus aũt ipſe vulgi ſermo eſt. quo fit, vt maxime oĩum metrorũ iambos in dicẽdo effundat. verũ granditatẽ effici, & excitationem op3. Trocheus autẽ cordaci vicinior eſt, id quod tetrametra indicãt: ſiqdẽ volubilis tetrametra rhythmus ſunt. Relinquit̃ ergo pæan, quo vti quidẽ à Thraſymacho incœperũt, ſed quinam eſſet, dicere nõ potuerũt. tertius aũt eſt

Elocutionẽ numeroſam eẽ debere.

G pęan, & ijs, quos diximus cõiunctus. tria.n. ad duo est. eorũ vero ille quidẽ vnũ ad vnũ, hic vero duo ad vnum. cõiuncta vero his est rõnibus sesquialtera, hic aũt est pæan. Ac alij quidẽ tum ob ea, quę diximus, abijciẽdi, tũ q̃a metrici. pęan aũt sumendus: quia ex solo eorũ, quos dixim⁹, rhythmorũ, nõ cõstat metrũ, vt maxime lateat. Ac nũc quidem vno pęane etiã incipiẽdo vtunt̃, verũ finẽ à principio discrepare op3. pæanis aũt duę inter se oppositę formę sũt. quarũ vna prĩ-
H cipio cõuenit, queadmodũ etiã vtunt̃. atq; hic est, q à lõga incipit, & trib⁹ breuib⁹ terminatur: δαλογενὲς εἴτελυκιαν, & χρυσεοκόμα ἕκατε παῖ διὸς, alter vero cõtra, cuius primę tres breues sunt, extrema vero ꝓducta. μετὰ δεγᾶν ὕδατα τ' ὠκεανὸν ἠφάνισε νὺξ. hic aũt finẽ cõficit, quia breuis ꝓp imperfectionem decurtat. verũ in lõga amputari op3, & finẽ patere nõ per libra-
I riũ, aut per paragraphen, sed ꝑ rhythmũ. Ac cõcinnã quidem, & rhythmi nõ expertem elocutionẽ eẽ debere, & qui rhythmi concinnam efficiant, & quemadmodum constituti, dictũ est.

De Pendente oratione, ac eius contraria. Cap. 9.

Elocutionẽ aut fusam, aut versam eẽ debere.

ELocutio vero aut fusa sit, necesse est, & vinculo vna, quales sunt in dithyrambis anabolæ, aut versa, & antiquorũ poetarũ antistrophis similis. Ac fusa quidem elocutio prisca est: ἡροδότου θουρίου ἥδ' K ἱστορίας ἀπόδεξις. quippe qua olim oẽs, nũc vero parum multi vtãtur. fusam vero appello, quæ nullũ per se finẽ adipiscitur, nisi res, quæ dr̃, absoluatur. ea vero ꝓp infinitatẽ est iniucũda, quia oẽs finẽ aspicere cupiũt. quocirca in flexionib⁹ anhelant, ac deficiunt, prius aũt non laborant, dum metam prospiciũt. ac fusa quidẽ elocutio hęc est. Versa vero est, quę ambitibus cõstat. voco aũt ambitũ orationẽ habẽtẽ principiũ, & finẽ ipsam per se, L & facilem cõspectu magnitudinẽ. eiusmodi vero tum suauis, tũ ad percipiẽdũ facilis est: suauis quidẽ, quia interminato aduersatur, & quia auditor semper se tenere aliqd arbitrat̃, eò q̃ ipsi semp est aliqd terminati: illud aũt nihil præsentire esse, neque aperire, suauitatẽ nõ hẽt: ad percipiendum aũt facilis, q̃a facile teneri memoria põt. hoc vero, q̃a numerũ cõtinet, q̃ ambitib⁹ cõstat, oratio, qui memoria custodiri cõmodissime põt. vnde M versuum facilius oẽs recordant̃, q̃; solutorum, quia numero, quo dimetiuntur, astricti sunt. cęterũ ambitus ẽt cum sñia terminet̃, op3, neq; vt iambica Sophoclis, abrumpatur: {Calydon quidẽ hæc, terra Pelopei soli:} q̃a cõtrarium etiã suspicari, q̃; si diuidatur, licet, vt in eo, quod diximus, Calydona eẽ Peloponnesi. Ambitus autẽ vnus quidẽ mẽbris continetur, alter vero simplex

A plex est. ex mēbris vero constat, elocutio quæ perfecta est, & distincta, & facile cōprehendi spiritu pōt, non pp distinctionē, vt cōmemoratus ambitus, sed tota. Mēbrum vero illius pars altera est. Simplicem aūt appello vnimembrem. Cęterum tū mēbra, tum ambitus neq; mutilos, neq; longos esse op;. nam quod pusillum est, efficit, vt auditor sępenumero hęreat. etenim cum ad id, quod adhuc est vltra, & ad eius, quē in semetipso conti-
B net, termini modum festinans, quiescente oratore retrahitur, quodāmodo pp repulsionē hæreat, necesse est. longa vero efficiunt, vt deficiat, velut ij, qui vltra terminū se conuertunt: quia & isti eos, qui secū deambulāt, derelinquunt. similitęr vero & ambitus, qui longi sunt, oratio, & simile aliquid anabolis fiunt. quare euenit, quod Democritus Chius in Melanippedem est iocatus, qui pro antistrophis ana-
C bolas fecerat: {Nēpe capiti suo malum fuit ille, qui alteri malū fuit, longa vero anabola ei, qui fecit, pessima:} hoc. n. in eos ēt, qui lōgis membris vtuntur, dicere cōuenit. q vero nimiū breuia membra hñt, ambitus non sunt. quo fit, vt auditorē pręcipitē agāt. Eius autē, q̄ mēbris cōtinetur, elocutionis vna quidem distincta ē, altera vero opposita: distincta quidē, vt: {Sępenumero admiratus sum eos, qui cōciliabula coegerunt, & gymnicos ludos instituerūt.} opposita vero, in qua in vtroq; membro aut contrarium cum cōtrario cōponitur, aut idē ē cōtrarijs iungit̄, hoc mō: {Vtrisq; aūt profuerūt & qui remāserunt, & q sequuti sunt: illis. n. plura q̄ q̄ domi essent, acquisiuerūt, his vero satis eorū, q̄ domi essēt, reliquerūt.} cōtraria remanere, sequi: satis, plus: [Quare & pecuniarum indigentib⁹, & frui volētib⁹.] fructus acquisitioni opponit̄. itē: [Contingit sępe in his, vt & prudētes male agāt, & imprudentes bene. Statim quidē virorum fortium pmia obtinuerunt, nō ita vero multo post maris imperiū pepererunt. Terrā quidē nauigasse, mare vero inambulasse. Hellespōto qdem iuncto, Atho vero persosso. Et natura cū sint ciues, lege ciuitatis priuari. Alij eñ eorū male perierūt, alij vero turpiter seruati sunt. Priuatim qdē barbaris seruis vti, publice vero multos socios seruiētes despicere. Aut viuētes habituros, aut mortuos relicturos.] Et qđ in Pitholaū, & Lycophronē quidā in iudicio dixit: [Hi, cum domi essent, vos vendebāt, ad nos profecti venundati sunt.] hęc. n. oīa id, quod diximus, pariunt. Habet autē eiusmodi dictio suauitatem: quia contraria notissima, & inter se comparata notiora existunt, & quia ppè ad syllogismum accedunt. siquidem collectio oppositorum elenchus est, ac eiusmodi quidem vocat̄

(Right margin letters beside the second column: D, E, F)

G Oppositio: Cōpar vero, si ęqualia mēbra sint. Similiter autem desinens, si vtrunq; membrum similes exitus habeat. at vero aut in principio, aut in fine habeat, necesse est: & principium quidē semper noīa, finis aūt extremas syllabas, aut eiusdē noīs casus, aut ipsum nomē: in principio quidē ita: ἀγρὸν γὰρ ἔλαβεν ἀργόν παρ' αὐτοῦ. Δωρητοί τ' ἐπέλοντο παραρρητοί τ' ἐπέεσιν. in extremo vero. ᾠήθησαν αὐτὸν παιδίον τετοκέναι,

H ἀλλ' αὐτοῦ αἴτιον γεγονέναι. Ἐν πλείσταις δὲ φροντίσι, καὶ ἐν ἐλαχίσταις ἐλπίσι. casus aūt eiusdē: ἄξιος δὲ σταθῆναι χαλκοῦς, οὐκ ἄξιος ὢν χαλκοῦ. idē autem nomen: σὺ δ' αὐτὸν καὶ ζῶντα ἔλεγες κακῶς, καὶ νῦν γράφεις κακῶς. à syllaba vero: τί ἂν ἔπαθες δεινόν, εἰ ἄνδρ' εἶδες ἀργόν. Fieri aūt pōt, vt idem simul oīa habeat, idemq; Oppositū, & Cōpar, & Similiter desinēs sit. principia vero ambituum ferme in

I Theodectijs numerata sunt. verùm & falsæ oppositiones existunt, quales fecit Epicharmus: τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ παρὰ τύνοις ἐγώ.

De Vrbanis. Cap. 10.

Qualis vrbana elocutio sit.

QVoniam autem explicatū de his est, vnde vrbana demum, & probata dicta ducantur, aperiamus. Ac ea quidem fingere, ingeniosi, aut exercitati hominis est: tradere vero, artificij huius. quamobrem exponamus, ac numeremus. hinc vero capiamus exordium. Oīb9 K

sane illud à natura insitum est, vt voluptatē facile discēdo percipiāt: noīa vero significant aliquid: quare vt quodq; nomē maxime efficit, vt discamus, ita plurimum efficit voluptatis. ac linguæ quidem incognitę, propria vero cognita sunt. translatio vero hoc potissimum prętat. cum eñ senectutem stipulam aliquis dixit, effecit, vt disceremus, atq; ex genere cognosceremus: quia vtrunq; defloruit. Ac idem quidem poetarum etiā similitudi- L

nes prętant. itaq; si recte, vrbanę videntur. est eñ similitudo, quemadmodum supra diximus, differens adiunctione trāslatio. quare minus delectat: quia longior est, neq; hoc illud eē inquit. verum neq; animus hoc requirit. Necesse est igitur & locutionem, & enthymemata illa vrbana esse, quę, vt celeriter discam9, efficiunt. quocirca neq; eminentia enthymemata probāda, (eminentia vero vocamus, quæ sunt oībus nota, & quæ scrutari non M

attinet.) neq; quæ postquā prolata sunt, ignoramus, sed quæ simul dum proferuntur, intelligimus, etiā si ante non intelligebamus, aut quæ paulo post mentis agitatione consequimur. sìquidem efficitur quasi perceptio q̄dam, illo vero modo neutrum. Ac si sentētia quidem eorū, quæ dicūtur, spectatur, huius generis enthymemata ꝓbantur: sin autem elocutio, figura quidē: si opposite

A posite dicatur, hoc modo: {Et pacē aliјs cōem, priuatis suis rebus bellum existimantib9.} bellum paci opponit. noībus vero: si translationem contineāt, eam que neq; alienam, quia ad vidēdum difficilis est, neq; eminētē, quia haudquaquam afficit, p̄terea ante oculos ponant: quia cernere, quæ aguntur potius, q̄ q̄ agenda sunt, cōuenit. quo fit, vt hęc tria spectare debeamus, trāslationem, oppositionē, & actū. Cęterum cum trāslationes quatuor sint, probant̄ ī primis, quæ

B ex proportione ducunt̄, quēadmodum Pericles dixit, {iuuētutem, quæ in bello ceciderat, non aliter è ciuitate sublatam esse, q̄ si qs ver ex anno eximeret:} & Leptines d̄ Lacedęmonijs: {Nō oportere pati, vt altero oculo Græcia orbaret̄.} & Cephisodotus, Charete de referendis rōnibus belli Olynthiaci laborante, moleste tulit, cū diceret, {eū, cū in furno populū inclusum haberet, rationes referre conari.} &

C cum aliqn̄ Athenienses adhortaret̄, vt frumentatum in Euboeā irent, dixit, {oportere Miltiadis decretū exire.} & Iphicrates, cū Atheniēses foedus cum Epidaurijs, maritimamq; oram incolentibus percussissent, grauiter tulit, cum diceret, {eos belli viatica sustulisse.} & Pitholaus Paralum {populi clauam} vocabat, Sestum vero {cellam frumentariam Piræei,} & Pericles Æginam {lippitudinē Piræei} tolli oportere censebat, & Moerocles D cum quendam bonum virū nominasset, dixit, se illo nihil o nequiorē esse: [nā illum in ternis τόκοις nequam esse, se in denis. & Anaxandridæ iambi de filiabus nubere cunctantibus: ὑπερήμεροί μοι τῶν γάμων αἱ παρθένοι. & illud Polyeucti in quēdā Speusippum apoplecticū, [eum non posse consistere, quamuis πεντεσκρίγγῳ morbo constrictū,] & Cephisodotus triremes [picta pistrina] vocabat, Canis autem cauponas. [Attica phiditia.] Æsion vero dixit: [Ciuitatē E Siciliam effuderunt.] hoc.n. trāslatio ē, et ante oculos ponit. itē: [Vsq; adeo vt Græcia inclamarit.] & hoc quodammodo trāslatio, & ante oculos. & Cephisodotus monebat, vt cauerēt, [ne multas cōflictiones susciperēt,] conciones. & Isocrates: [Ad eos, qui ad mercatus cōcurrunt.] & vt in oratione funebri: [Æquum erat, vt in sepulchro eorum, qui in Salamine occubuerūt, Gręcia F tonderet̄, qa libertas cū illorum virtute sepeliret̄.] si.n. dixisset, æquū esse, vt lacrymaret, q̄ virtus sepelliret̄, translationē adhibuisset, et rē ante oculos subiecisset. at illud, [libertas cū virtute,] quandā continet oppōnē. & q̄d Iphicrates dixit: [Iter orationis meę fiet p medias res à Charete administratas,] translatio est ex proportione, illudq; [p medias,] ante oculos ponit. et dicere, [Ad uocare picula, vt piculis subsidio

G dio sint,]trãslatio est,q̃ ante ocu
los subijcit. item Lycoleon pro
Chabria:[Neq; supplicē æneam
illius statuam reuerentes.] trans
latio est.n.in præsenti, non autē
semper, verū ante oculos ponit:
quia dum ille in periculo est, sta
tua supplicat. quare anima ina-
nimato tribuit, [Commentariū
rerum à ciuitate gestarum.] itē.
[Quacūq; ratione vt humilia sa
perent,meditantes:] quia Medi
tari est quiddam augere. item:
H [Mentem deus lumē accendit in
animo:] quia ambo illuminant
aliquid: [Neq; enim bella dissol
uimus,sed differimus:]quia am
bo futura sunt, tum dilatio,tum
pax eiusmodi.itē dicere,[Pactio
nes trophæum esse multo p̄cla-
rius, q̃ quæ in bellis eriguntur,
q; hæc pro paruis rebus, & vno
fortunæ successu ponuntur,illæ
vero pro toto bello cōcipiunt:]
quia ambo victoriæ īsignia sūt:
[Nā & ciuitates magnas pœnas
hoīum vituperatione soluerūt:]
I quia pœna iusta quædam noxa
est. Ac vrbana quidem ex trãsla
tione ꝓportiōis,ipsaq; sub ocu-
los subiectione duci, expositū ē.

Quid sit ante oculos ponere. Cap. II.

QVid autē sub oculos sub-
ijcere appellemus, & q̃ re
obeūda hoc assequemur,
est exponendū. dico ergo,ea sub
oculos subijcere,quæcunque res
agentes significant, vt bonū vi-
rum dicere esse quadratū,trãsla
tio est:quia ambo perfecta sunt,
verum non significat actum, sed
illud.[Florentem vigorē haben- K
tis,actus est.& illud:[Te vero tā
quā ἄφετον,]act⁹. & [Hinc Græ
ci concitati pedibus.]Concitati
actus, & translatio. & quemad-
modū multis in locis factitauit
Homerus inanimatis aīum tri-
buendo per translationē. in om
nibus aūt actus conformatio cō
mendat̄,vt in his:[Iterū ad ima
voluebat̄ lapis impudens.] Itē:
[Euolauit sagitta.]item: [In ter-
ra stabant cupientia corpore sa-
turari.] itē:[Cuspis penetrauit L
pect⁹ sanguinis auida.]in his.n.
oībus eo quia animata sunt,act⁹
elucet. nā impudentē, & auidū
esse, & alia actus sunt. quæ q̄dē
ex proportione translationis ap
plicuit. quā enim rōnem habet
lapis ad Sisyphum, eandē impu
dens ad id, cui⁹ ipsum nō pudet.
atq; idem in probatis quoque si
militudinibus efficit, in reb⁹ in-
animatis: [Curuæ, albescentes,
nūc hinc,nūc inde recurrūt.]fa-
cit.n. oēs moueri, & viuere. act⁹
vero imitatio ē. Cęterū à reb⁹ ꝓ M
prijs, & minime aptis trãsferre
oportet,queadmodū ante dictū
est. quo pacto et in philosophia
similitudinē lōge distantibus in
rebus cernere, solertis hoīs est.
quemadmodū dixit Archytas,
idē arbitrū,atq; arā esse,q̄a vtro
que cōfugit, qui iniuriā passus
est. aut si q̄s diceret, anchorā,at-
que cremastram idē esse,verum
supno,atq; inferno differre. & il
lud:[Ciuitates adęquatas,]in lō
ge distātib⁹ rebus, superficie, &

opibus

A opibus eadē est ęqualitas. Maxi-
ma vero pars vrbanorū à trāsla-
tione, & à præcedente deceptio-
ne ducūtur, eo quia apparet ma-
gis ipsum didicisse, & vr̄ anim⁹
dicere: Quā vere, ego aūt erra-
bam. Et apopthegmata, q̄ vrba-
na sunt, ex eo sunt, qa non, quod
inquit, dicunt. vt illud Stesicho-
ri: [Fore, vt cicadę apud se humi
canant.] Et quæ egregie in mo-
dum ænigmatis obscurata sunt,
ꝑp eādē rōnē iucunditate affi-
ciunt: quia perceptio fit, & trās-
B latio dr̄. Et, vt inquit Theodor⁹,
res nouas dicere. id qđ fit, quo-
ties incredibile, & non, vt eius
verbo vtar, priori opinioni con-
sentaneum sit: qualia in ridicu-
lis, quæ leuiter immutata sunt.
Atq; hoc etiam sales ab annomi-
natione valent, nam errorē obij-
ciunt etiam in versibus. neq;.n.
quemadmodū suspicabat̄ audi-
tor: [Ingrediebat̄ habens sub pe-
dibus perniones.] sed ille calcia-
menta dictrū existimauit. hoc
autem simul ac dictum est, pate-
C re oportet. annominationes ve-
ro efficiunt, vt non, quod inqt,
dicat, sed quod nomen inuertit.
vt illud Theodori in Niconē ci-
tharœdū: θράττει σε. simulat.n.
dicere, θράττει σε, & decipit: qa
aliud dicit. itaq; discētē oblectat
quia nisi Thracem illū esse suspi-
cetur, vrbanum illud esse nō vi-
debit̄. itē illud: [Vis illū πέρσαι.
vtrunq; aūt nomen conueniēter
prolatum esse oportet. Eadē ve-
ro vrbanorum ēt ratio est. vt si
quis dicat, Atheniēsibus maris D
ἀρχὴν non ἀρχὴν fuisse malorū,
nam quæstū fecisse.] aut quēad-
modum Isocrates: τὴν ἀρχὴν ci-
uitati ἀρχὴν fuisse malorum: qa
vtroq; modo quod nemo dictu-
rum putasset, id dictum est: idq;
verum esse cognitū est. nam τὴν
ἀρχὴν dicere ἀρχὴν esse, haud sa-
pientis sane hominis est. verum
non ita inquit, & ἀρχὴν, non qđ
dixerat, negat, sed aliter. in oīb⁹
autem his, si nomen per homo-
nymiam, aut translationē cōue-
nienter intulerit, tunc virtus in- E
est. vt [Anaschetus non ἀνασχε-
τὸς] homonymiam negauit. Cę-
terum conuenienter fit, si semꝑ
bis. et [Nō eris magis, q̄ te opor-
tet, hospes hospes. aut, Nō ma-
gis, q̄ te oportet:] idē. [& Non
oportet, hospitem semper hospi-
tem esse:] quia & hoc alienū est.
quin ēt eandem vim scitū illud
dictum Anaxādridę habet: [Æ-
quum est mori, priusq̄ morte
dignū aliquid gerat.] idē est.n.
atq; si dicat̄. [Dignū est, mori, cū F
nō sit dignus mori.] aut, [Dignū
est mori, cū morte non sit dign⁹,
aut cùm res morte dignas nō ge-
rat.] Atq; horum quidem elocu-
tionis forma eadem est. sed quo
breuius prolata, atq; oppositius
erunt, eò magis laudata erunt.
idq; ob eam cām, q̄ propter op-
positionem percipiunt̄ facilius:
propter exiguitatem vero, cele-
rius. semper vero adsit, oportet
aut is, in quem dr̄, aut recta pro-
latio, si quod dicit̄, verū, & nō
inane

G inane futurum est. siquidē hæc separatim habere licet. vt [Mori oportet, nihil peccātem,] sed vrbanū non est : [Dignam ducere dignum oportet,] sed vrbanum non est, verum si simul vtrumq; habuerit : [Dignum est mori, q non sit dignus mori.] quo vero plura habuerit, eò vrbanius iudicabit. veluti si nomina trāslata sint, & id genus translata, & opposita, & comparia, & actum habētia. Iā vero similitudines ēt, vt supra quoq; perpetuo admonitum est, probatę quodam-
H modo translationes existūt. semper. n. ex duobus ducunt, vt proportionis translatio. quomodo scutum (dicimus) est [poculum Martis,] & arcus cithara sine chordis.] ac ita quidem si dicamus, non est simplex. at si arcum citharam dicamus, aut arcū poculum , simplex. quin etiam ad hunc modum similitudines conferunt, vt tibicinis cum simia, lusciosi cum stillante lucerna : qa
I vtrunq; contrahit. virtus autem elucet, cum translatio inclusa ē. licet. n. scutū [poculo Martis] simile esse dicere, et parietinas pāno domus, & Niceratum dicere [Philocratem esse à Pratye morsum,] quemadmodum Thrasymachus cōparauit, cū Niceratum à Pratye in rhapsœdia superatum, cęterum promisso capillo adhuc, & sordidatū conspicatus esset. quo in genere in primis explodunt poetę, nisi bene se gesserint, etiam si magni noīs sint. dico autē, qū ita reddunt: [Vt a- K piū distorta crura gerit, vt Philammō de iugo cū Coryco decertans,] & alia eiusmodi oīa similitudines sunt. similitudines autem esse translationes, dictū ē sæpius. Præterea prouerbia trāslationes à specie ad speciē sunt. vt siquis quid, quasi cōmodum captur⁹, inuexerit, deinde detrimētū accipiat, [Vt Carpathi⁹,] inquit, [leporē.] ambo enim id, quod dictum est, pertulerūt. Ac vnde quidem vrbana dicta ducant, & quamobrem, ferme ex- L posita cā est. Iam vero probatæ etiam superlationes trāslatiōes sunt: vt in eum, qui sugillatis distinctam faciem habeat, [hūc esse mororum calathum putassetis.] est. n. rubrū quiddam sigillatum. verum nimiū admodū. illud autem: [Vt id, & id,] suplatio est, locutione differens : [Vt Philāmon de iugo cum Coryco decertans. Existimassetis ipsum Philammonē eē, qui cū Coryco decertaret. Vt apiū crura distor M ta fert. Putabā non crura, sed apia habere, vsque adeo distorta sunt.] Cęterum suplationes pueriles sunt, qppe q̄ vehementiam indicant. itaq; eas potissimum irati frequentant: [Nō si mihi tā multa det, q̄ multa sunt arena, & puluis, Agamēnonis Atridæ filiā ducā, neq; si cum aurea Venere pulchritudine cōtēdat, industria vero cū Minerua.] Hoc aūt maxime Attici oratores vtūtur. itaq; senib⁹ dicere, īdecorū.

De

A *De diuersis dicendi generibus*. *Cap*. 12.

Elocutioné conueniété esse debere.

NEque vero lateat nos oportet, diuersã elocutionem vnicuiq; generi cõuenire: neq;.n.eadem ẽ scriptionum, ac contentionũ, neq; concionum, ac iudiciorum. vtranq; autẽ cognitam habere necesse ẽ: quia illud est, scire emendate loqui, hoc vero silere non cogi, si quid cõmunicare cũ alijs velit: id quod accidit ijs, qui scribere nesciunt. Cęterum scriptionum elocutio est, quæ accuratissima, contentionũ vero, quę maxime B cum actione coniuncta. hui⁹ autem duæ sunt spẽs, morata vna, affecta altera. quo fit, vt actores fabulas eiusmodi, poetæ vero actores eiusmodi consectent̃. In manibus aũt versant̃, qui legun tur, veluti Chæremon, nẽpe q̃a accuratus est, vt qui scribit oratiões: & Licymnius inter dithy rambicos. quin si inter se cõparent̃ orationes, quæ quidem scri ptorum sunt, in contentionibus angustæ, q̃ vero oratorũ, quãq; C bene habitę, tñ inter manus vulgares videant̃. cã vero est, q̃ ĩ cõtentionibus cõueniũt. itaq; quæ in actione versantur, actione detracta, cũ munere suo haud fungant̃, insulsa, perinde ac dissoluta, vident̃. Et idẽ sæpe dicere in scriptione recte repudiat̃, in cõtentione vero ẽt ab oratoribus vsurpat̃: quia cũ actione cõiuncta sunt: cęterũ qui idẽ dicũt, variant, necesse est. id quod quasi viam munit actioni: [Hic est, q̃ vos expilauit, hic est, qui decepit, hic, qui postremò ꝓdere ten tauit.] quemadmodũ Philẽmõ histrio fecit tũ in Anaxandridæ Gerontomania, q̃ñ colloquunt̃ Rhadamãthus, & Palamedes, tũ in prologo Piorũ ĩ illo [Ego.] nã siquis ad hæc actionẽ nõ adhibeat, euadit ille, qui trabẽ gestat. Quin ẽt eadẽ dissolutorum est rõ: [Veni, occurri, rogaui.] q̃a actionem eis adhibere necesse ẽ, neq; quo modo, qui vnũ dicit, ijsdẽ moribus, & tono proferre. E præterea proprij habẽt aliquid dissoluta, q̃ in æquali tempore multa dicta esse putant̃. coniun ctio enim quæ multa sunt, vnũ efficit. quare ea detracta dubitãdum non est, quin cõtra vnum multa fuerit. habet igit̃ amplifi cationem: [Veni, narraui, suppli caui,] multa: [Videt̃ autẽ negligere, quæ narro, quæ dico.] Atq; hoc quoq; præstare vult Home rus in illo: [Nireus, qui ex Simo, Nireus, qui Aglaiæ filius, Nire⁹ qui pulcherrimus:] quia de quo F multa dicta sunt, is sæpe etiã dictus sit, necesse est. si ergo sæpe, etiã multa putantur. quare astu te amplificauit, quãuis semel ei⁹ meminerit, memoriamq; prodi dit, quanuis haudquaquam postea verba de illo fecerit. Ac con cionum quidẽ elocutio vmbratilis vtiq; picturæ similitudinẽ imitat̃: quia quãto maior turba fuerit, tãto lõgius spectat̃. quare summum studium in vtraq; ina ne, maliũq; vr̃. Iudicium aũt accura-

G curatius est, & adhuc magis id, quo d ad vnũ iudicẽ est: quia pſi dñ minimũ in oratorijs est. siquidem quod rei propriũ, quodq; alienum est, facilius conspici potest. quin ẽt contentio abest, vsq; adeo vt syncera iudicatio sit. itaque nõ ijdem in his oĩbus oratores laudanť, verum vbi maxime actione est opus, ibi minimum est diligẽtiæ locus: hoc aũt, vbi voce, & in primis, vbi magna.

Ac demonstratiua quidẽ elocutio ad scribendũ aptissima ẽ, qa H opus eius est lectio: secundo vero loco iudicialis. Cęterũ illa elocutionis partitio, vt suauis, vt magnifica debeat esse, inanis ẽ. cur.n. magis, q̃ temperans, aut liberalis, & si qua alia moralis virtus existit? nam suauitatem afferent nimirum ea, quæ diximus. si modo probe virtus elocutionis est definita. cuius enim rei gratia perspicuam, & nõ humilem, verum decorã esse oportet? neq; enim si loquax, aut etiã si concisa erit, perspicuitatẽ ha- I bebit: verũ medium scilicet cõuenit. item suauitatem afferẽt, q̃ diximus, si verba vsitata, & peregrinitatem habentia, & rhythmus, & fides ex decoro probè fuerint temperata.

Ac de elocutione quidẽ dictũ est cum cõiter de omnibus, tum priuatim de singulis generibus. reliquũ est autem, vt de dispositione dicamus.

De partibus orationis. *Cap.* II. K

Quot, & q̃ partes sint orõnis, & de dispõne illarum.

CAeterum duæ sunt partes orationis. etenim & rẽ, de qua dicendũ est, exponere, & eã demonstrare necesse ẽ. itaq; fieri non põt, vt qui exposuit, non demõstret, aut demonstret, qui non prius exposuerit. nam qui demonstrat, aliqd demonstrat, & qui præloquiť, demonstrandi cã præloquiť. horũ aũt illud propositio, hoc fides ẽ, perinde ac si quis illam qõnem, hanc demonstrationẽ esse distinguat. Nunc vero ridicule partiũtur. qa narratio orationis dũtaxat iudicialis est. demõstratiuæ L aũt, et cõcionalis quo modo narratio esse, qualẽ quidẽ asserunt, põt? aut q̃ contra aduersariũ dicunť, aut peroratio demonstratiuarũ? procemiũ vero, & aduersa collatio, & repetitio tum demũ in cõcionibus adhibenť, cũ, qui contradicat, existit. siquidẽ & accusatio sępe, et defensio adhibenť, verũ non quatenus consultatio ẽ. quin ẽt peroratio non oĩs iudicialis orationis est, velu M ti, si pusilla oratio sit, aut res custodiri memoria cõmode possit: qa accidit, vt ex lõgitudine amputeť. Ergo ꝓpositio, & fides necessariæ partes sunt. ac p̃cipuæ quidẽ hæ: q̃ vero plurimæ, pœmium, ꝓpositio, fides, ꝑoratio. nam quæ contra aduersariũ dicunť, iter fides reponunť: & aduersa collatio suarũ est rõnũ amplificatio. q̃re ps q̃dã ẽ fidei: qa qui hoc facit, demonstrat aliqd non

A non autem proemiũ, neq; ꝑoratio, verum in memoriã redigit. Quòd si has aliquis, vt Theodorus fecit, distribuat, narratio altera erit, & supernarratio, & ꝑnarratio, & refutatio, & superrefutatio. verum qui formã, ac differentiam aliquam infert, imponere nomen debet: alioquin inane id, ac nugatoriũ sit, vt Licymnius in Arte facit, ἐπούρωσιν nominãs et ἀποπλάνησιν, et ὄζους.

De procemio. Cap. 14.

B AC procœmium quidẽ principiũ orationis est, ꝑinde atq; in poesi prologus, & in aulesi proaulium (hæc. n. omnia principia sunt) & quasi viæ munitio inuadenti. Ac proauliũ quidem demonstratiuarum ꝓœmio simile est, q͠a tibicines q͠dcũq; cõmode canere possunt, id ꝑcinẽtes τῷ ἐνδοσίμῳ adnectũt, atq; in demõstratiuis oratiõib⁹ ita scribere cõuenit: quidq͠d. n. placuerit, initio exponentẽ, copulare, atq; adnectere oportet. C cuius rei exemplum oẽs Isocratis Helenæ procœmium afferũt, ꝙ nulla ꝓpinquitas intercedat Helenæ cum sophistis. simul vero ẽt, si euagabit̃, vt nõ tota oratio vniusmodi sit, conuenit.

Cęterum demonstratiuarum procœmia à laude, aut vituperatiõe ducunt̃, vt Gorgias ĩ Olympica oratione: [Digni, quos pleriq; admirẽtur, Gręci sunt.] laudat. n. eos, qui cõciliabula cogũt quos Isocrates vitupat: q͠a [muneribus corporũ virtutes excoluerũt, bene sentientibus aũt hominibus nihil ꝓmij statuerũt.] D Et à suasione, vt [Bonis viris tribuendum honorem esse,] (vnde ipse laudat Aristidẽ:) [aut certe eis, qui neq; probati, neq; improbi sint, sed qui cũ boni sint, tamẽ in obscuritate versantur,] vt Alexãder Priami filius. siquidem hic consilium dat. Pręterea à iudicialib⁹ procœmijs, idest ab ijs, quæ referunt̃ ad auditorẽ, si de re incredibili dicat̃, aut difficili, aut inter multos diuulgata, vt veniã largiant̃. quẽadmodũ E Choerilus: [Nunc vero cum omnia dissipata.] Ac demonstratiuarũ quidem orationũ ꝓœmia ab his ducunt̃, à laude, à vituperatiõe, ab adhortatione, à dehortatione, ab ijs, quæ referunt̃ ad auditorem. verum aut aliena, aut affinia orationi τὰ ἐνδόσιμα esse oportet.

Procœmia vero iudicialis idẽ, atq; prologos dramatũ, & procœmia epicorũ valere, tenẽdum ẽ. siquidẽ dithyrãborũ quæ sunt, F demõstratiuarũ similitudinem imitant̃: [Ptopter te, tuaq; munera, atque spolia.] In logis aũt, & epicis oratiõis ostẽtatio sunt, vt prospiciãt, qua de re sermo habet̃, neq; suspẽsus anim⁹ teneat̃. etenim vagari, quod indefinitũ est, cogit. qui ergo quasi in manũ principiũ tradit, facit, vt hærens sequat̃ orationẽ. ob id: [Irã diua, refer. Dic mihi Musa virũ. Præcipe mihi sermonẽ aliũ, vt ex Asia bellũ magnũ in Europã tran-

G trāſierit.] Quin etiam tragici in dramate indicāt, quāuis nō ſtatim, vt Euripides, ſed in prologo tamē etiam indicat, perinde ac Sophocles: [Pater mihi fuit Polybus.] eodemq; modo comœdia. Ac maxime quidē neceſſariū, & proprium procemij munus hoc eſt, indicare, quinā ſit finis, cuius cā oratio inſtituta eſt. itaq; ſi nota, & parua res ſit, non eſt vtendum proœmio, reliquæ vero, quas afferunt, formæ, medicamenta ſunt, & communes.
H eæ vero & ab oratore, & auditore, & re, aduerſarioq; ducuntur. Ac ab ipſo quidem, & aduerſario, quæcunq; ad depellendam, offerendamq; criminationē attinent. eorum tamen diſpar eſt ratio: nam qui defendit, primo loco criminationē, qui accuſat, in peroratione. neque vero cā obſcura eſt. nam qui defendit, quotieſcunque ſemetipſum eſt illaturus, quæ obſtāt, remouere neceſſe habet: vſq; adeo vt primo
I loco criminatio diluēda ſit. qui vero criminat, in peroratiōe criminari debet, vt firmius memoria teneant. Quæ vero referunt ad auditorem, ab illo beneuolo reddendo, aut irato, interdū vero etiam attento, aut cōtra. neq; enim attentum facere, ſemp expedit. quo fit vt ad riſum traducere multi conentur. ad docilitatē aūt omnia perducēt, ſi cui placuerit, tum ſi bonus appareat: hos. n. magis attendunt. attenti vero reb9 magnis, proprijs, admirabilibus, iucundis fiūt. quare his de rebus agi, inijcere oportet: ſin autem non attentos: de K
paruis, nihil ad eos pertinētib9, iniucūdis. Neq; vero nos fugiat, extra cām eiuſmodi oīa eē: quia ad prauum auditorem, & ea, q̄ ſunt extra cām, audientem, referūtur. qm̄ niſi talis ſit, nulla alia de re opus proœmio ſit, q̄ vt ſummatim rem exponat, vt æque ac corpus, caput habeat. Iam vero attentos facere, omniū partium eſt cōmune, ſi opus ſit: quia vbicunq; magis, q̄ incipiendo languēſcunt. quocirca ridiculum ē, L
id in principio collocare, cū maxime omnes attente audiūt. quare vbi tempus tulerit, dicēdū ē, & [Mihi animum adhibete, neque enim ad me hoc magis, q̄ ad vos ptinet. &, Exponā enim vobis rem, qualem nūquā aliàs audiſtis, atrocem: aut adeo mirabilē.] hoc autem eſt, vt Prodic9 dixit, dormitātibus auditorib9 aliquid quinquaginta drachmarum demonſtrationis inferre. verum hæc ad auditorem referri, M
non quatenus auditor eſt, eo apparet, q oēs aut crimina obijciunt, aut metus diſcutiūt in pœmijs, [(Non dicam ò rex, quāto ſtudio. Quid pœmiaris?)] & qui malam cām habent, aut habere vident, præſtat enim vbique q̄ in cā conſiſtere. vnde ſerui haud quaquā interrogata rn̄dēt, ſed ambages, & procemia dicunt. Vnde vero beneuolentiam comparare conueniat, & de rerū eiuſ

modi

A modi aliarũ vnaquãq; pceptũ est. qm̃ aũt pbe dictũ est: [Fac, vt ad Phæacas amicus, ac miserandus veniam,] hæc duo specta re oportet. In demonstratiuis autem danda opera est, vt putet auditor, collaudari aut ipsum, aut genus, aut studia ipsius, aut aliquo alio modo. quod enim inqt Socrates in Funebri, verum ē, nihil negocĳ eē, Atheniēses apud Athenienses laudare, verũ apud Lacedæmonios.

Proœmia vero cõcionalis orationis ex proœmĳs iudicialis B existũt. verum natura nequaquam habet. etenim & d quo agat̃, intelligũt, & res nullam aliam ob causam procemium postulat, q̃ aut propter ipsum, aut aduersarios, aut si nõ quantam velis, verum aut maiorem, aut minorē, existimēt. quare aut criminationem offerre, aut depellere, itẽq; aut augere, aut extenuare necesse est. horum igit̃ cã procemium C postulat, aut certe ornat⁹ gratia: quia nisi eo p̃dita sint, abrupta videantur: tale enim Gorgiæ encomium est in Eleos: quia nullo connixu, nulloque motu ante adhibito cõfestim orditur: [Elis beata ciuitas.

Loci ad dissoluendum calumniam.
Cap. 15.

De criminatiõe vero, vnũ est, vnde malam aliquis opinionē detraxerit. etenim aliquo ne orante, an secus, nihil refert. q̃re hoc generale est.

Alius modus est, occurrere nõ aliter, atque ĳs, de quibus con- D trouersia existit, nempe aut non esse, aut noxium non esse, aut nõ huic, aut non tantopere, aut iniustum non esse, aut non valde, aut non turpe, aut nõ magno pe re. tales. n. res in controuersiã ve niũt. vt Iphicrates aduers⁹ Nausicratem: asseruit. n. se fecisse, qđ ille dicebat, itemq; nocuisse, verum non iniuste fecisse.

Aut qui iniuste facit, compensare: si noxiũ, at honestũ: si molestũ, at vtile, aut aliquid tale.

Alius modus est: ꝙ errore cõmissum est, aut infortunio, aut E necessitate. vt Sophocles confessus est ille quidē, se tremere, verum, non quemadmodum q criminabat̃, aiebat, vt senex videret̃, sed ex necessitate. neq;. n. se annos octoginta libenter agere.

Et cuius gratia, compensare: ꝙ non nocere voluit, sed hoc, & non illud, quod ille fecisse criminatus est. accidit autē, vt ei nocere t̃. atqui odio dign⁹ essem, si vt hoc euaderet, commisissem. F

Alius: nũ qui criminat̃, simul teneat̃, aut nũc, aut prius, aut ipsi, aut propinquus eius.

Alius: num simul teneantur, quos illi crimini affines nõ esse fatent̃: vt si purus adulter est, ergo & hic, & ille.

Alius: an alĳs crimen conflarit: aut ipsi alius. aut sine criminatione suspecti, vt ipse hoc tēpore, fuerint, qui innocentes esse reperti sunt.

Alius: criminantē recrimina-

G ri: quia absurdum est, si ille indignus sit, cui credatur, verbis ei⁹ fidem haberi.

Alius: si iudicium factũ est. vt Euripides contra Hygiænontẽ, à quo in Antidosi impietatis accusabat̃, vt qui periuriũ faciendo carmine tradidisset: [Iuraui lingua, mentẽ iniuratam gero.] respondit. n. inique illum agere, qui iudicia ex Dionysiaco certamine ĩ fora traduceret. nã ibi se rationem reddidisse, ac redditurũ esse, si accusare libuerit.

H Alius: calumniam, quarta res sit, accusare, atque hanc diuersa iudicia constituere.

Cõis aũt ambobus locus est, notas afferre, vt in Teucro Vlysses, [ꝙ Priamo sit affinis, qa Hesione soror sit.] ille vero: [quòd pater Telamon Priamo inimicus sit, & quòd exploratores nõ indicarit.]

Alius, criminatoris: rem paruam multis verbis, magnã paucis laudãdo, vituperare. aut multis bonis allatis id vnũ, quod ad rem pertineat, reprehendere. I tales autem sunt qui callidissimi, atq; iniquissimi sunt: quia reb⁹ bonis officere, ĳs malo temperandis, conantur.

Illud autem crimen inferẽti, diluentiq; cõe est: qm̃ cõtingit, vt eadẽ res plurium rerũ gratia gesta sit, qui criminat̃, eã deprauare in deteriorem partem arripiendo, debet, qui vero purgat, in meliorem. exempli gratia, ꝙ Diomedes Vlyssem p̃ cæteris sibi asciuit, hic quidẽ, ꝙ Vlyssem K optimum iudicauit, ille vero, ꝙ non, sed quia solus ille, vt ignauus secũ non erat cõcertaturus.

Ac de criminatione quidem tam multa dicta sint.

De narratione. Cap. 16.

NArratio vero in demonstratiuis quidem est, nõ continenter, sed in partibus. siquidem actiones perseq; conuenit, ex quibus constat oratio. constat aũt oratio partim ex ĳs, quæ arte carent, quia qui dicit, actionum auctor nõ est: partim ex ĳs, quæ artem habẽt. hoc L autem est, vt res aut esse demonstret̃, si fide careat, aut qualis sit, aut quanta, aut etiã omnia. Propterea vero continẽter narrare omnia aliqñ non conuenit, quia quæ ita demonstrãtur, ægre custodiri memoria queunt: [Atq; ex his quidem fortis est, ex his autem sapiẽs, aut iustus.] & hęc quidẽ oratio simplicior est, illa vero varia, & non attenuata. Notas aũt actiones in memoriã reuocare oportet. quo fit, vt plerique narratione non egeant. vt si M Achillem ornare velis: nempe quia facta vniuersi norũt: verũ illis vtendum est: sin autem Critiam, oportet. neq;. n. multi norunt. . . . . Nunc vero ridicule narrationem breuem esse oportere pręcipiunt. Atqui vt ille pistori q̃renti, vtrũ durũ, an mollẽ subigeret, quid, inquit, bene, nõ põt? item hic eadẽ rõne, oportet. n. narrationem non

longã

A longã adhibere, perinde atq; neque procœmium, neq; fides longas afferre, (neq; enim ĩ hac parte virtus sita est in breuitate, aut cõcisione, sed in modo: hoc autẽ est, ea dicere, quæ rem declarẽt, aut quæ adducãt ad opinandũ, fecisse, aut iniuste fecisse, aut ea, quanta vis, tãta esse, aduersario vero contraria.) sed narrationi tñ attexere quęcunq; ad tuã virtutẽ pertineant. exempli gratia: {Ego vero illum assidue admonebam, q̃ iusta essent, subĳciens B ne liberos desereret:} aut ad improbitatem alterius: {Ille vero mihi rñdit, sibi, vbicũq; fuisset, alios liberos affuturos.] id quod Aegyptios deficientes rñdisse, ꝓdit Herodotus: aut certe q̃cũque iudicibus grata sunt. Defensori vero minor narratio est. Cõtrouersiæ autem sunt, aut factũ non esse, aut noxium nõ esse, aut non iniustum, aut nõ tantopere. quocirca confessis in rebus insistendum non est, nisi quid ad il- C lud attineat: vt si factum est, at nõ iniustum. Pręterea res gestas commemorare oportet, q̃cunq; dum gerunt, aut miserationem, aut indignationẽ non excitãt. cuius rei exemplo est Alcinoi apologus, qui apud Penelopem versibus sexaginta confectus est. & vt Phayllus circulum, & qui est in Oeneo prologus. Morata vero esse narratio debet. erit autẽ, si, quid mores efficiat, cognouerimus. Ac vnum quidẽ est, indicare præelectionem, mores aũt cuiusdammodi sunt, quia hæc cu- D iusdãmodi est. præelectio vero cuiusdammodi est propter finẽ. propterea mathematici sermones non habent mores, qa neq; præelectionẽ: siquidẽ ipsum cuius cã non habent. Reliqua vero morata sunt, quæ moribus singulis cõsequẽtia sunt. vt {Cum hęc diceret, incedebat.} quia audaciam, & rusticitatẽ morũ declarat. Et non tanq; ex ratiocinatione dicere, vt huius ætatis homines, sed tanq; ex præelectiõe: {Ego vero volebã (siquidem id E præeligerem, etiam si quæstum nullum facerem) quod melius. illud enim prudentis est, hoc vero boni. prudentis.n. est in vtilitate persequenda, boni vero in honestate. Et, si res fide careat, tum demum cãm subĳcere. cuius rei Sophocles exemplũ nobis suppeditat ex Antigona, ꝙ fratrem cariorẽ haberet, q̃ maritum, aut liberos. nam eos, etiã si perierint, affuturos: [Matre vero, & patre mortuis, frater nunquã poterit exoriri.} Et si cãm F non habeas, at te non ignorare, ꝙ incredibilia narras, sed te talẽ esse natura. neq;.n. adduci pñt, vt credãt, aliquẽ aliud quid spõte sua obire, quàm quod est vtile. Præterea ex ĳs, quę afficiendi vim habent, dicere, narrãtẽ et q̃ consequunt, & quæ sciunt, & q̃ proprie aut ipsi, aut illi adsunt: [Ille vero me respiciẽs abĳt.] & vt de Cratylo Aeschines, ꝙ [Exibilans, & manibꝰ explodẽs.] qa

G ad fidem faciendam pficiũt, pterea φ ea, q̃ sciũt, indicia fiũt eorum, quæ nesciunt. plurima vero eiusmodi mutuari ab Homero licet: [Sic ait, ast anus manus faciei obtẽdit.] quia qui lacrymare incipiunt, oculos attrectant. Atq; ilico te ipsum cuiusdammodi ĩserto, vt te eiusmodi intueant̃: itemq; aduersariũ. verũ occulte facito. hoc aũt q̃ facile sit, ex ijs, qui nunciant, cognoscendum est. quas. n. res penitus ignoramus, de ijs tñ aliquã suspicionem concipimus. Multis
H autem in locis narrare cõuenit, atque interdum etiam non in principio.

In cõcione vero nullus narrationi locus est, quia de futuris rebus narrat nemo. sed si narratio extiterit, rerũ præteritarũ erit, vt earũ recordati melius deliberent de futuris, aut criminando, aut laudando. verum tũc suasoris munere non fungunt̃. Quòd si res fide careat, pollicere, te & cãm statim allaturũ, & ad eorũ
I arbitriũ tractaturũ. vt Iocasta Carcini in Oedipode pollicetur assidue, cum percontaretus is, qui filium quærebat: & Aemõ Sophoclis.

De Confirmatione. Cap. 17.

De fide. Fides aũt ad demonstrandũ accõmodatas esse oportet. demonstrare aũt opus est (qm̃ quatuor de rebus est controuersia) demonstratione ad id, quod in controuersiam adducitur, afferenda, exẽpli cã, si non fecisse contendit, in disceptatione K ad hoc maxime demõstratio cõferenda est: si vero non nocuisse, ad hoc, & φ non tantopere, aut φ iure. eademq; ratione, si num factũ hoc esset, in cõtrouersiam vocaret̃. Nec vero lateat, in hac sola cõtrouersia necesse esse, vt alter improbus sit. neq;. n. ignoratio causam sustinet, quẽadmodũ si qui de iusto cõtẽderẽt q̃re in hoc consistendũ est diu, ĩ alñs vero non itẽ. In demonstratiuis aũt plerũq; vtilium, & honestorũ amplificatio ĩerit. facta. n. cre L di oportet. etenim raro horum quoq; demonstrationes afferũt: si fide careant, aut si cã in alium conferat̃. In concionibus autem aut euentura nõ esse contendemus, aut euentura illa quidẽ, q̃ ille censet, verũ iusta nõ esse, aut non vtilia, aut non tãtopere. Videndũ porro illud etiã est, si qd extra cãm mentiatur: quia hæc indicia certa vident̃, φ in alijs ẽt rebus mentit̃. Iam vero exẽpla cõcionibus aptissima, enthymemata iudicijs accommodatiora M sunt. illa enim de futuris est, vnde ex pteritis exẽpla ducere oportet: hoc vero de ijs, q̃ sũt, aut non sunt cuius rei demonstratio necessitasq; magis existit: qppe quia necessitatem quod factũ ẽ continet. Neq; vero enthymemata continẽter proferre debes, sed pmiscere. sin minus: mutuo se lędunt. siquidẽ quanti quoq; terminus est: {Care mihi, qm̃ tam multa dixisti, q̃ multa prudens vir

A vir},non autē talia.Neqꝫ de om
nibus rebꝰ enthymemata inda-
gare.ſin minus:facies,quod nō-
nulli faciunt eorum, qui in phi-
loſophia verſantur,qui res con-
cludunt notiores,ac certiores,q̄
ſint eæ,ex quibus dicunt. Et cū
affectū excitas, enthymema ne
proferas : quia aut affectum eĳ-
ciet, aut enthymema fruſtra pro
latum erit. motiōes.n.ſe inter ſe
eĳciunt,quæ ſimul ſunt,& aut ſe
ipſæ conficiunt, aut certe infir-
mãt. Neqꝫ cum moratam affers
B orationē,ſimul enthymema ali-
quod indagare oportet: qa neqꝫ
mores, neqꝫ prælectionē demō
ſtratio continet. Sententĳs autē
vti debes tum in narratione, tū
in fide:quia ad mores id p̄tinet:
{Et ego dedi,quãuis ſcirem,cre
dere nō oportere.}ſin autē affe-
cte:{Neqꝫ tñ me pœnitet, quã-
uis iniuriam acceperim, qa iſti
lucrum, mihi ius ſupereſt.} Eſt
aūt difficilius concionem habe-
re,q̄ de iure contendere.merito
quia de rebꝰ futuris agiť, ibi ve-
C ro de præteritis : quas vates de-
mum quoqꝫ noſſe, vt dixit Epi-
menides Cres, poſſunt. ille.n.de
futuris rebus non diuinabat,ſed
de p̄teritis illis quidē,verum ob
ſcuris.atqꝫ etiam in iudicialibus
lex hypotheſis eſt:qui vero pri-
cipium tenet,demonſtrationem
facile reperit.nec multa ſane di-
uerticula habet,veluti cōtra ad-
uerſarium,aut de ſemetipſo,aut
ad afficiendum,verum minime
oīum, niſi egrediať. cui ergo co-
pia non ſuppetit,is id facere dēt, D
quod Athenis faciunt oratores,
præſertim Iſocrates. qui ſuaden
do accuſat,vt Lacedæmonios in
Panegyrica , Charetē in Socia-
li.In demonſtratiuis aūt intexē-
da laudibꝰ oratio eſt. vt facit Iſo
crates,qui ſemper aliquem inſe-
rit.& hoc eſt,quod dicebat Gor
gias, haudquaquã ſibi orationē
deeſſe : quia ſi de Achille dicat,
Peleum laudet,deinde Aeacum,
deinde deum,ſimiliter vero etiã
fortitudinē, aut hoc & illud fa-
ciat,aut aliquid tale. Ac ſi demō E
ſtrationes quidē habeas,& mo-
rate,& demonſtratiue dicere de
bes: ſin aūt enthymematibꝰ ca-
reas, morate. quin probo viro
magis conuenit,vt bonus videa
tur,q̄ vt exquiſita oratio. Ex en
thymematibus aūt quæ refellē-
di vim habent,vehementius p̄-
bant,q̄ quæ demonſtrãdi: quia
q̃ refellunt, ſyllogiſmo concluſa
eſſe,aptius eſt.ſiquidē contraria
inter ſe collata ſunt notiora.

Quæ vero contra aduerſariū F
dicunť, diuerſi alicuius generis
non ſunt,ſed inter fides numerã
tur.quod eſt alia obiectione,alia
ſyllo,diſſoluere. In conſultatio-
ne autem,& in iudicio,qui prio
re loco dicit fides ſuas prius ex-
ponere, poſt aūt cōtrarĳs occur
rere ſoluendo, atqꝫ eleuando de-
bet : q̄ ſi aduerſa cã multiplex
ſit,ante contrarĳs. vt fecit Calli
ſtratus in Meſſeniaca concione.
ĳs.n.q̃ dicturi erant,ſublatis,tū
ita ipſe dixit. qui vero poſterio-

G re loco dicit, prius contra aduersarij orationē dicere soluēdo, & syll'm opponendo debet, & maxime, si approbata sint. vt.n. hominem, qui in crimen ante vocatus sit, animus non recipit, sic neque orationem, si aduersarius bene dixisse putet. oportet igit locum futuræ orationi in auditore parare. fiet aūt, si remoueris. itaque aut contra omnia, aut q̄ maxima, aut q̄ approbata sunt, aut facile redargui pn̄t pugnando, ita suis ipsius fides est comparā-
H da: {Deabus primum socius ero, ego.n. Iunonē.} in his, quod insulsissimum est, primum attigit. Ac de fide quidem hæc.

Ad mores aūt: qm̄ nōnulla de semetipso dicere aut inuidiam, aut loquacitatē, aut obtrectationē habet, de alio vero aut conuitiū, aut rusticitatē Alterū dicentē inducere debemus. quod Isocrates facit ī Philippo, & in Antidosi, & quo modo vitupat Archilochus. quippe qui patrē de
I filia dicentē in iābo facit: {Rerū insperata nulla est, nec iureiurando negari pōt:} & Charonē fabrū in iābo, cuius principiū est: {Non mihi Gygæ opes.} & vt Sophocles Aemonē de Antigona apud patrem, perinde ac si alij loquerent. Iam vero enthymemata ēt immutare, & interdū in sn̄ias transferre conuenit, hoc pacto: {Prudētes pactiones facere oportet, cū prospera fortuna vtunt: sic.n. optima conditione fuerint.} enthymematice vero: {Si.n. cum pactiones commodissimæ sunt, ac optimā conditionē afferunt, tū pacisci oportet: profecto tum, cū p̄spera est fortuna, pacisci oportet. K

De occasione interrogandi. Cap. 18.

De interrogatione vero oportunū est, eā adhibere in primis quidē, cū vnū asserueritt, vsq; adeo vt altero p̄terea interrogato, consequat absurdum. vt Pericles Lāponem de initijs sacrorū Sospitæ sciscitat[9] est. Cui cū ille diceret, nō posse, qui nō initiatus esset, audire, rogauit, an ipse nosset? aiēte illo. at quo modo, cū non sis initiatus? L

Secūdo loco, cū vnum quidē pateat, alterū vero interroganti dubium nō sit, quin cōcessurus sit. cum.n. vnam propositionem percontatus fuerit, quod patet, interrogare non cōuenit, sed cōclusionem inferre. vt Socrates, cum Melitus negaret, ipsū deos esse putare, dixit, num dęmoniū aliquid assereret? assentiente autē illo, rogauit: nonne dæmones M aut deorum filij, aut diuinū aliquid sunt? aiente illo. est igitur, inquit, qui deorum filios esse putat, deos autem nequaquam.

Præterea, quando futurum ē, vt aut contraria, aut incredibilia eum dicere demonstret.

Quarto aūt loco, qn̄ nō licet, nisi sophistica r̄nsione dissoluere. nam si ita r̄nderit, esse, & non esse, aut hęc quidē, illa vero nō, aut aliqua ex parte quidē, ex aliqua vero non, conturbantur, vt

A hæsitantes. aliter aũt tentare nõ oportet. nam si restiterit, victus esse existimat. neq; n. multa interrogare pp auditoris infirmitatem licet. quocirca enthymemata quàm maxime contrahere conuenit.

Respondere aũt oportet, ad ambigua quidẽ, oratione distinguendo, & non concise: ad ea vero, quæ contraria existimantur, statim cum responsione solutionẽ afferendo, priusq; quod reliquum est interroget, aut syllogismo concludat. neq; n. quanam B in re ratio consistat, prospicere difficile est. verum tam hoc, q; solutiones nobis intelligentur ex Topicis.

Et ei, qui concludit, si cõclusionem interrogando confecerit cãm afferre. vt Sophocles rogatus à Pisandro, an idem ipse, qd alij præconsultores de quadringentis viris constituendis cẽsuisset, assensus est. quid vero? nonne hæc tibi nefaria esse videbantur? assensus est. non ne igit hæc C tu nefaria commisisti? sane inqt. non. n. meliora alia suppetebãt. Et Laco cum rationem de ephoratu in iudicio redderet, rogat⁹, an ipse alios iure pisse existimaret, assensus est. ille vero: non ne hæc tu cum illis decreuisti? & ille assensus est. non ne igitur iure & tu, inqt, peribis? Minime vero, inquit: illi enim pecunijs acceptis hęc commiserũt, ego vero nequaquam, sed ex snia. quocirca neq; post conclusionem, neq; cõclusionẽ interrogare debem⁹, D nisi multum veritatis supersit.

De ridiculis aũt, qm̃ vsũ quẽdã in cõtẽtionibus habere videtur, & Gorgias aduersariorũ seria risu, risumq; serijs discutiendum esse, præcepit, & recte præcepit: q; multa ridiculorum genera sint, in præceptis poeticæ dictũ est. quorum vnum quidẽ libero homini conuenit, alterũ vero sec⁹. id igit, quod sibi aptũ est, sumat. est aũt iocus scurrilitate liberalior. ille. n. sui cã ridiculũ fingit, scurra vero alterius. E

De peroratione. *Cap.* 19.

PEroratio vero quatuor in rebus consumitur, tum vt auditorem erga se bene, et ga aduersarium male cõstituat, tum vt amplificet, ac deprimat, tum vt in affectus auditorẽ impellat, tum demum, vt memoriã renouet. Etenim ita cõparatum natura est, vt postq; semetipsum verũ, aduersariũ falsum esse ostenderit, tum & laudet, & vituperet, & expoliat. duorũ autem alterum spectare oportet, F aut se his bonum esse, aut simpliciter, illum vero his malũ eẽ, aut simpliciter. vnde vero tales constituere debeat, expositi loci sũt ex quibus bonos, malosq; cõformare conueniat. Postquam vero demonstratum hoc fuerit, natura fert, vt augeat, aut extenuet. etenim facta constent, oportet, si dicturus est, quanta sint. siquidem corpora ex ijs, quæ ante inerant, adaugentur. vnde aũt au-

G gere, ac extenuare conueniat, loci supra monstrati sunt. Vbi vero hæc & qualia, & quanta sint, patent, post hæc sequitur, vt auditorē in affectus impellat, hoc est ad misericordiā, & indignationem, & irā, & odium, & inuidiam, & contentionem. quorū etiam traditi loci sunt. Quamobrem reliquum est, vt quæ ante dicta sunt, in memoriam redigat. hoc autem ita facere conuenit, vti præcipiunt in proœmijs: non recte admonentes. iubent
H enim, vt quo facile perdiscātur, semel, atque iterum dicat. verū ibi quidem exponenda res est, ne id lateat, de quo ē iudicādū: hic vero, ex quibus est demōstrata, summatim. Principium autē ab eo sit, ea se, quæ pollicit⁹ fuerat, persoluisse. quamobrem & quę, & ex quibus, aperiendum. ducitur autem ab aduersa collatione aduersarij. conferre vero oportet, aut quęcunq; de eadem K
re ambo dixerunt: idq; aut ē regione: {Atque hic quidē hac de re hæc, ego vero hęc, & ex his:} aut à dissimulatione, vt: {Hic enim hęc dixit, ego vero hæc,} item, {Quid fecisset, si hæc ostēdisset, non autem hæc?} aut ab interrogatione: {Quid nō ostensum est?} aut sic: {Quid iste tādem ostendit?} aut igitur ita, nēpe à collatione, aut secūdum naturam, prout exposita sunt, quæ ab ipso, & rursus, si libuerit, se- L
paratim quæ ab aduersario dicta sunt. Fini vero dissoluta dictio conuenit, vt peroratio sit, non oratio] Dixi, audistis, tenetis, iudicate.

Librorum Trium artis Rhetoricæ finis.

AVERROIS IN LIBROS RHETORICORVM ARISTOTELIS PARAPHRASES.

Abramo de Balmes Interprete.

LIBER PRIMVS.

Præfatio libri diuiditur in duo capita.

De libri neceßitate, & ad quam scientiarum attineat. Cap. I.

B Rs quidem Rhetoricæ affinis est artis Topicæ: quoniam ambæ vnum finem intendunt, qui est eloqui cũ alio. ex quo neutra istarum artiũ homo secum ipse vtitur, sicut est dispositio artis Demonstrationis: sed vtitur eis cum alio. & quodammodo conueniunt in vno subiecto: ex quo ambę largiũtur speculationẽ in omnibus rebus, & earum vsus est communis omnibus: hoc est, ꝙ vnusquisq; ho-
C minum naturaliter vtitur orationibus topicis, & orationibus rhetoricis. Hoc autem ita fuit: quia neutra earum est sciẽtia determinata in se inter sciẽtias. & hoc, quia sciẽtię habent subiecta propria, & singuli homines vtuntur eis particulariter. Ex quo autem ambæ istæ speculantur ambitum entium, & ambitus scientiarum speculatur ambitum entiũ: ambitus itaq; entium est quodammodo communis ambabus. Quando autem istæ duæ scientiæ sunt cõmunicãtes, iam sequitur ꝙ speculatio de eis sit vnius artis, quæ est ars E
Logicæ. Reperitur autem vnusquisq; hominum vtens aliquo modo rhetorica, & perueniens in aliquam eius mensuram. & hoc secundum duas species orationum: quarum vna est contentio, & secunda doctrina & directio. & magis fit hæc in proprijs subiectis huius artis, quæ sunt sicut accusatio, & defensio, & reliquæ orationes, quæ sunt ex rebus particularibus. plures autem eorum reperiuntur, qui perueniant in eorũ intentum hoc opere. Quidam vero homines sunt, qui hoc agunt contingenter: & quidam F
sunt, qui hoc agunt cõsuetudine & habitu firmo. Notum autem est ꝙ qui ageret hãc artem habitu firmo, præstantior sit, q̃ ille, qui id ageret contingenter. quãdo autem hoc ita fuerit, qui ageret illud habitu firmo & sciret cãm, qua ageret suã actionem, esset perfectior & dignior. Hęc autem est res, quam scit vulgus, & eo magis singulares egregij. & ideo debuerunt partes huius artis describi in aliquo libro. Non sufficit autem id quod reperitur ex hoc naturaliter

Rhetoricã affinẽ esse artis Topicæ.

G raliter solum, neque consuetudine: sicut est dispositio plurium artium syllogisticarum. Quilibet autem nostrorum maiorũ, qui locutus est de hac arte, de nulla re, quę sit cõformis parti necessariæ fuit locutus, neque de re, q̃ magis digna est, ꝙ sit artificialis & illę sunt res, quæ faciunt cadere veritatem oratoriam, & præcipue rationes quæ vocantur in hac arte enthymemata, q̃ sunt basis verificationis, quę inuenitur in hac arte, hoc est quæ fit ex ea per se. Hi autem non loquuntur de reb⁹, quę faciunt cadere veritatem oratoriam omnino, nisi de enthymematib⁹ q̃

Aduersus eos, q ante Arist. de arte Rhetorica scripserũt

H sunt digniora ad hoc. Veruntamen qui loquuti sunt, multiplicarũt verba, quæ sunt extra verificationem: sed cõcurrunt vt res adminiculãtes casui verificationis: sicut est sermo de terrore, & misericordia, & ira, & passionibus animalib⁹ his similib⁹, quæ nõ disponunt modum rei, cuius expositio intenditur primo & ꝑ se: sed disponũt modum boni iudicantium & contendentium: immo dirigunt ad veritatem, non efficiunt ipsam. Et si inueniretur ea res partium Rhetoricę in quibusdam ciuitatibus, quę reperitur nunc, non esset

I set vtilitas ei de quo loquuti sũt isti de Rhetorica: licet iam loquuti sint de eo sermone expediẽti. Et sunt ciuitates, in quibus nõ discernit statutum earum coram iudicibus res, q̃ inclinant iudices & cogũt eos ad alteram duarum rerum, sed discernit res, quæ faciunt cadere veritatẽ solum. Et hoc, quia hominum ciuitatum hoc tempore reperiuntur duæ sectę. Quędam enim earum est, cui videtur quòd conueniat ꝙ confirmentur statuta, quibus homines ciuitatis corrigantur secundum animas ciuium omnibus reb⁹, quæ impressionem habent ad verificationem: siue fuerint res facientes cadere verificationem, seu res extrinsecæ. Et quædam earum est, quæ prohibet meminisse alicuius rerum, quæ sunt extrinsecus, & præcipue coram iudicibus: sicut res est in loco incolatus Philosophorum, & Athenarum, & aliarum ciuitatum Græcorum. Quidam autem visi sunt sibi quòd vsus omnium rerum habentium impressionem ad verificationem confirmationis rerum, quarum confirmatio inten-

K

L ditur modo rhetorico, est maxime conueniens. & si hac regula vteretur aliquis homo, conuenit ꝙ eius vsu sit peritus huius artis, animosus, morigeratus. Significat autem quòd rebus quæ extrinsecus sunt, non sit magna vtilitas ad hanc artem: quia qui intendit confirmare aliquam rem coram iudicibus, aut cõfirmaret rem quę est, aut quę nõ est solum: hoc est ꝙ ipsa fuerit, aut non fuerit & hoc quando legislator decreuerit, ꝙ illa res, de qua est accusatio sit magna aut parua, & ꝙ sit iustitia vel iniquitas. aut cõfir-

M maret ambas res. & hoc, quãdo lex nõ decreuerit illam rem, de qua est sermo. Vsus vero passionum ad cõfirmationem, ꝙ in re sit iniquitas, vel iustitia, est impossibilis. & hoc, quia passio per amorem vel odium fit rei particularis: iustitia autem, & iniquitas sunt res vniuersales. Per vsum vero earum, quando res fuerit, aut non fuerit, est eis impressio quædam, sed non inferunt ipsam rẽ esse aut non esse per se: sed inclinarent iudicem, ꝙ dicat ꝙ sit veridicus

de ea

A de ea re, de qua argumentatus est: aut non fuerit veridicus, absq; eo q nouiter facta sit iudici aut aduersario verificatio ad hoc de re, de qua ē sermo. Iam autem oportet q ipsa statuta sint decernētia, q res sint iniquitas aut iustitia: iudicium autem q res sit huius singularis aut nō sit, est iudicum. & harum ex causa ipsi iudicant paucas res. Et hoc duabus rebus. Primo, quia raro est q reperiatur iudex, qui possit discernere res secundum suam veritatē, & ponat hanc rem esse iniquitatē, & hāc iustitiam, nisi per pausillum tempo B ris: plurimi autem iudices qui reperiuntur in ciuitatibus, pro maiori parte temporis non habēt hanc potestatem. Secundo autem, quia ad constituendum q res sit iustitia aut iniquitas, indiget ipse constituēs illa statuta tempore prolixo: hoc aūt non contingeret pauco tēpore, quo cadit controuersia de re coram iudice. Per locum autem istarum duarū rerum difficile esset iudicib⁹ iudicare, q hæc res sit iustitia aut iniquitas, & vtilis aut noxia: sed iudicāt, q ceciderit res ab hoc homine, aut nō inciderit. & hoc propter eius manife C stationem, & quia est res, quam impossibile est q instituens imposuerit eam. Quando autem res ita fuerit, notum est q isti, qui loquuti sūt de Rhetorica ex rebus quę sunt extrinsecæ, hoc est de exordijs & narrationibus & affectib⁹, & illis quæ talis conditionis sunt, nō sunt loquuti de aliqua re, quę cōcurrat in oratione cōcursu partis: sed sunt loquuti de rebus quę concurrunt concursu passionum; sed non sunt loquuti de aliqua rerum, quibus fiunt verificatiōes artificiales, quę primo sunt ipsa enthymemata. Quia autē nos D videmur nobis, q enthymemata sint basis huius artis, credim⁹ q oratio quæ fit secundum modum iudicij & cōtrouersiæ coram iudicibus, & oratio quæ fit secundum modū directionis & doctrinę, sint vnius artis, quę est hæc ars. his vero, qui loquuti sunt de hac parte Rhetoricę, oportet q non attribuant huic arti ex sermonibus huius artis nisi illū qui fuerit secundum modum controuersiæ & iudicij: neque de omnibus speciebus quibus fit iudiciū: sed de viliori specie, quæ sunt res noxiorum, de quibus fit iudicium E coram iudicibus. De iudicio vero quod fit in impositione institutorum, non habet vtilitas in eam partem Rhetoricæ, de qua hi loquuti sunt: ex quo isti non loquuntur de aliqua re ipsorum enthymematum, sed ipsi putāt quòd ex quo loquuti fuerint de rebus, quibus vituperatur res, aut commendatur, q iam loquuti sint de omnibus rebus, quibus vtuntur sermones oratorij.

Vti autem in oratione rebus quę sunt extrinsecæ absq; vsu rerū, quæ sunt corporis sermonum oratoriorum, est opus vile. Non est autem F cu uspiam dicere, q orationes, quæ sunt in iudicio, non indigeant cum rebus, quę sunt extrinsecę aliqua re, quę fit corporis rei, ex quo in maiori parte ciuitatū instituta sunt, quæ describūt quid sit iniquitas, & quid iustitia, & magnum aut paruum. & non indigetur in hac specie orationis, nisi eo quod inclinet iudices solū, & hoc diuerso modo à dispositione orationum, quę fiunt in rebus deliberatiuis: quia orationes deliberatiuæ, quatenus vtuntur eis in peccatores,

G caratores, ex eo quod est vtile aut noxium, sunt magis cõuenientes oratori q̃ orationes iudicatiuę, hoc est, quibus confirmetur, ꝙ illi fecerint iniquitatem, aut fecerint iustitiam. Et non est hoc in peccatorib⁹ solũ, quia hæc est dispositio sermonis de reb⁹ deliberatiuis cum sermone de rebus iudicatiuis. & hoc, q̃a iudices iudicant res, de quibus fuit deliberatio apud vulgus, quod est, ꝙ hęc res, de qua fuit deliberatio, sit vtilis aut noxia: & non est timendum ne iudices paruipendant eam. Quãdo au-
H tem res ita fuerit, loquens coram illis non indiget, ꝙ confirmet vltra q̃ res sit vtilis, aut noxia. & in hoc cõuenit secum ipse iudex. & impossibile est ꝙ contendant propter coęquationem notitiæ plebis, & iudicis de vtili & noxio. Loquens vero coram iudice de rebus iudicialibus, indiget ꝙ caueant iudices, quando definiũt sermonẽ, ꝙ hoc sit iustum, aut hoc sit iniquum, quoniam notitia iustitiæ, & iniquitatis est res extranea apud plebem, homines vero sciũt illud per legem. & ideo possibile est ꝙ iudex admittat loquẽti rem, quã intenderet confirmare, & non per-
I ueniat ei id iniquitatis aut iustitiæ, quod est in ea. & ideo indiget loquens coram eis, ꝙ cognoscat res, q̃ sunt iniquitas, & quæ sunt iustitia, & res quibus constituitur, ꝙ sint iustitia aut iniustitia Et propter hunc locum inhibet statutum plurium ciuitatum loqui coram iudice de rebus quæ inclinarent & cogerent eos contra alterutram partium, sed permissum est eis loqui corã illis de rebus terminatis, ex his quas descripserat imponens statutum. Loquẽs vero de rebus deliberatiuis non indiget tali cautela. iudices. n. vltra mo- K
dum cauent dicere de re vtili ꝙ non sit vtilis: aut de noxia ꝙ non sit noxia: ex quo hoc est ex his, quę deprimerent eorum gradum apud plebẽ propter coęquationem suę notitię, & notitiæ iudicum de illa. Quando autem res ita fuerit igitur in rebus iudiciarijs Rhetor magis ĩdiget notitia rerum, quæ incidere faciunt in verificationem, q̃ indigeat ipse Rhetor in rebus deliberatiuis. Quoniam autem notum est ꝙ ille, ad quem fit sermocinatio de re, circa quam est controuersia, intendit verificationẽ L
& accessionẽ de rebus, quę attribuũtur huic arti: hoc autem non fit nisi constitutione rei apud ipsũmet quã scit ipsemet vtẽs: & hoc quia nos cõcedimus rem, quando videmus ꝙ iã cõstituta sit apud nos. res autem illa, qua constituuntur res modo oratorio, est ipsum enthymema, quoniam hoc est fundamentum verificationis: & eius basis de rebus, quib⁹ ponitur hic modus verificationis, hoc est verificatio oratoria: enthymema autem est quędã species syllogismi: notitia autẽ syllogismi est pars artis Logicę. sicq; iam sequitur ꝙ Logicus sit, qui speculetur hanc M
artem, aut totam ipsam, aut quasdã eius partes. Manifestum autem est, ꝙ q̃ nouerit ex quot rebus cõponatur, & qualiter fit, & q̃n fit, magis potest facere ipsum enthymema q̃ qui nouerit ipsum enthymema solum absq; ꝙ cognoscat syllogismum, qui est eius genus. At ille qui excederet vltra hoc, & cognosceret quare fiãt ipsa enthymemata, & differentias q̃ sunt inter enthymemata, & inter reliquos syllogismos, quibus vtuntur alię artes, habet maiorem potestatẽ quàm

A quàm illi. Notitia autem istorum est artis Logicæ: quoniam eiusdem potentiæ hoc est artis vnius & eiusdem est ꝙ cognoscat rem quæ est veritas, & eam quæ est similis veritati. rhetoricæ autem verificationes, & si non sint ipsa veritas, sunt similes veritati. Rursus quia homines secundum suam naturam sunt dispositi omni dispositione ad consistendum supra ipsam veritatem, & vt plurimum inclinantur ad ipsam, & afficiuntur ea: illæ autem, quæ nobiliores sunt, ex quibus sunt ipsa enthymemata, sunt similes verita-
B ti: quoniam oriuntur plebi ortu veritatis. id autem quod est simile veritati ingreditur scientiam veritatis, quæ est scientia Logicæ: quando autem res ita fuerit, iam declaratum est ꝙ imminutio istorum ab eo in quo loquuti sunt de re ipsius Rhetoricæ, fuit: quia non erat apud eos notitia Logicæ: & ꝙ reliqui qui loquuti sunt in Rhetorica, & qui vtũtur orationibus rhetoricis solum, præter ꝙ præmittant scire has res q̃ sunt basis Rhetoricæ, ipsi loquũtur de rebus, quæ concurrunt in oratoria concursu ornamenti & decoris.
C quod fit in patulo rei & eius extrinseco, non de rebus quę graduantur in ea gradu eius, quo est consistentia rei & suum esse: & si iam putetur ꝙ in his quæ fecerint, iam peruenerint ad vltimum orationum rhetoricarum, & processerint in hoc processu rectitudinis & veritatis.

De vtilitate artis Oratoriæ. Cap. 2.

ORatoriæ aũt artis sunt duę vtilitates. quarũ vna est, ꝙ ea inducãtur politici ad opera studiosa. & hoc, quia homines naturaliter declinant in contrarium virtutum rectarum. & quando non cogunt eos D sermones oratorij, pręualent eis cõtraria operũ rectorũ. hæc autem est res turpis, cuius author dign⁹ est correctione, & inibitione, hoc est ille, q̃ declinaret ad contrarium rectorum operum: aut rector qui non cogeret politicos sermonib⁹ oratorijs ad rectas virtutes. Intendo autem per rectas virtutes, eas quę sunt virtutes inter alterutros homines: hoc ẽ inter ipsum & eius socium, quęcunq; res fuerit illa societas, non quo ad semetipsum. Secunda autem vtilitas est, quia non contingeret, ꝙ vtatur demonstratione cum quolibet singu- E lari homine de rebus speculabilib⁹, quas voluerimus verificare. & hoc, aut quia homo iã adoleuit in famosis diuersis à veritate. quãdo autem processerit contra res in quib⁹ adoleuit, vilescit eius persuasio: aut quia eius natura inepta sit ad receptionẽ demonstrationis omnino, aut quia impossibilis est eius manifestatio ꝑ illam ex illo pausillo, ex quo intendit casum verificationis per eam. Et propterea iam indigemus vt faciamus eandem verificationem ꝑ præmissas cõmunes nobis & illi, ad quẽ est sermocinatio, hoc est per probabiles. Et in hac vtilitate communi- F cat hæc ars cũ arte Topicę: sicut meminimus de hoc in libro Topicæ, iuxta verba nostra de rebus, quibus possibile est nobis ꝙ declaremus diuersa quæsita Arti autem isti possibilis est persuasio duorum contrariorum simul, sicut est possibile hoc per rationem Topicam. & hoc, quia iam nos persuaderemus in adulterum, ꝙ faciat malum & ꝙ nõ faciat malum. Non intendo autem ꝙ nos faciamus ambas res simul vno tempore,

G pore, ſed hoc faciamus vno tẽpore, & hoc alio tempore, ſm ꝙ magis expedierit. Et hoc, quia valde fit ꝙ rei quod expedit vno tempore illius, cõtrarium expediat alio tempore. Ac etiam, quia quando res quę conſtituunt rem, & ſuum contrarium fuerint apud nos conſuetæ, & audiremus aliquem loquẽtem, qui iã tradiderit perſuaſionem contrarij qđ non eſt iuſtum, poſſibile eſſet nobis hac virtute ꝙ deſtruamus eius ſer-

H monem. Hę itaq; duę vtilitates sũt in ipſa poteſtate, quæ eſt huius artis ad perſuaſionem rei, & eius contrarij: & non reperitur hæc poſitio alicui rei artium rationaliũ in his duabus artib⁹, hoc eſt Rhetorica & Topica. Et ambę iſtę artes ſunt ęqualiter diſpoſitæ ad perſuaſionem duorum oppoſitorũ, hoc eſt, ꝙ neutra earum reperiatur vehemẽtioris aptitudinis ad perſuaſionem vnius duorum oppoſitorum q̃ ipſa ſit ad alterum: ſed aptitudo quæ reperitur in ambab⁹ ad perſuaſionem duorum oppoſitorum eſt æqualiter Rerum vero ſubditarũ his duabus artibus, hoc eſt rerum, cum quibus perſua-

I detur, & per quas perſuadet aptitudo ad receptionem perſuaſionis, nõ ẽ ęqualiter, neq; bonitas perſuaſionis in eis eſt ęqualiter. Sed quando res, quibus perſuadetur, fuerint veri ſermones oratorij, & topici, quibus vtitur, ſunt magis vtiles & magis admirabiles. Non conuenit autem ꝙ opinemur ꝙ turpis ſit homini fatigatio nocendi ſuis manibus, & non opinemur ꝙ ſit turpis fatigatio nocẽdi ſua lingua: cuius damnum eſt damnum propriũ hominis, hoc eſt ꝙ fatigetur homo à nocendo ꝑ ſuã linguam damno vehementi, nõ ſo-

K lum damno quod eſt ipſius iuſtitię, ſed etiã damno quod eſt ipſius iniquitatis. quoniam iam putatur, ꝙ hęc res reperiatur communis omnibus virtutibus, quarum hæc ars eſt vna præter artem theoricam & moralem: & eo fortius in rebus magnis expedientibus, ſicut eſt robur, & ſanitas, & diuitiæ, & imperium, & ſimiles iſtarum rerum ex expedientibus: hoc eſt, ꝙ ſingula horum bonorum apta ſint, vt poſſidens ea iuuet alium à ſe vtilitate vehemẽti, quan- L

do vteretur iuſtitia, & noceret ꝑ ea damno vehemẽti, quando vteretur iniquitate: quoniam ſanitate, & robore, & imperio homo vtitur ad dãnum & ad vtilitatem, & ſic eſt res Oratorię. Sicq; iam declaratum eſt, ꝙ hæc ars nõ ſpeculetur alterũ duorum oppoſitorũ, ſed ſpeculetur ambo æqualiter, ſicut eſt diſpoſitio Topicę, & ꝙ illa valde expediat ad hoc.

Quod ſit Rhetoricæ opus.

Non eſt autem huius artis tradere perſuaſionem omnino, hoc eſt, ꝙ non ſequatur ad eius actionem perſuaſio neceſſario, ſicut actionẽ carpentarij ſequitur eſſe ſedis neceſſario, quando non fuerit ibi aliquod extrinſecus impediens: ſed eius ope- M

ris eſt ꝙ notificet omnia quę traderent perſuaſionem rei, & cõducat ea in illam rem, licet non ceciderit perſuaſio. Diſpoſitio autem huius eſt ſicut diſpoſitio pluriũ artium: ſicut eſt ars Medicinæ, quia eius actionis non eſt ſanatio omnino, ſed eius operis eſt, ꝙ ex hoc proueniat vltimũ rei, ꝙ poſſibile eſt fieri in illa re, quę intenditur ſanari. Et ideo iam conuenit operibus harum artium, qui non fuerit ſuorum vitiorum, ſicut ſanat qui non fuerit medicus, & ꝑſuadet qui non fuerit orator. ſed verum

A rum opus est ipsius artificis. & hoc, quia finis sequitur hoc opus vt plurimū: illud autem vt in paucioribꝰ. & sicut in Topica est syllogismus, & est, qui putatur esse syll's, sed nō est syll's, q est syll's falsigraphus: sic est ī sermonibus persuasiuis, qui fiūt in hac arte: est qui tradit persuasionē, & est qui putatur esse persuasiuus absq; ꝙ ita sit. Sed ex quo falsigraphus nō fit falsigraphus ꝓpter vim & habitū, quo efficit orationes falsigraphus: sed est falsigraphus, propterea quia intendit intuitu illarū orationum gloriā, & ipsa bona ex-
B trinseca: & hoc vt conducat ad putādū ꝙ ipse sit sapiēs. Topicus autem est Topicus per habitum prouenientem ei ex ipsa arte. Sicq; consequenter sermones falsigraphi nō sūt pars artis Topicæ, hoc est, ꝙ putetur de eis ꝙ sint syllogismi Topici, quādo facti sunt vi huius finis. quando vero facti sunt ad modum tētationis, tunc sunt eius pars. Rhetor autem, ex quo est Rhetor propter res quæ sūt extrinsecę, sicut gloria & alia reliqua bona, & est Rhetor ꝓpter habitū huius artis: ideo orationes tradentes persuasionem, cum non sint
C persuasiuę, sunt pars huius artis. qm̄ quod intentum est per has orationes in hac arte, est idem quod est intentum Sophisticæ. Hoc autem ita fuit: qm̄ intentum huius artis ex eo cuius persuasionem intendit est ipsa passio, vel ipsa passibilis qualitas. quādo autem prouenerit hoc ab eo, non est differentia, siue eius prouētus sit ex orationibus persuasiuis vere, aut ex orationibꝰ, quæ putantur esse persuasiuę, sed non sunt persuasiuę. Et si hoc opus intentum sit species eius, ad quem est sermocinatio: aut affectus est quoddā bonū illius, D non Rhetoris, orationes quę putantur esse persuasiuę & nō sunt persuasiuæ, ingrediuntur hanc artem, modo, quo orationes, quæ putantur eē Topicæ & non sunt Topicæ, ingrediuntur artem Topicæ, ex quo non intenditur per illas deceptio. Si aūt intentum Oratoris est, ꝙ proueniat ei aliquod bonorum quæ intendūt Sophistę, oratio quæ putaṫ esse persuasiua, cùm non sit persuasiua, quatenus est falsigrapha, est pars huius artis, & non ingreditur artem Topicæ. Licet autē sit aliquis qui loquutus est de hac arte: cuius vtilitatum E meminimus: attamen nō fuit locutus quatenus sufficeret de suis rebꝰ, de quibus intenderamus habere sermonem ab initio rei. & hoc, quando referemus ex quibus rebus componatur hæc ars, & qualiter componatur. Id autem, de quo loquuti sumus ante hoc, est ac si non esset nobis primum intentum: ideo conuenit quòd feramus hic sermonem de illis. Redeamus autem ad nostrum intentum, ac si nos incœperimus ab hoc loco.

TRACTATVS. F

De definitione Rhetoricæ, & eius diuisione. *Cap.* I.

INcipiamus autem primo, & definiamus hāc artem, & enūciemus quid ipsa sit, & circa quæ sit. & hoc, qn̄ nouerimus suū genus proximū, & suam dr̄iam ei propriam. deinde ꝓcedemus hinc ad narrationē suarū partium ad modum resolutionis definitionis. Rhetorica aūt est vis amplectēs in se onus ꝑsuasionis possibilis

G sibilis de qualibet rerũ separatarũ. Intendo autem per vim artem, quæ agit in duo opposita, & eius finis nõ sequitur suam actionem necessario. Intendo autem per amplectẽs, in se onus, ꝙ ponat suum scrutinium ad apprime perscrutãdum actum persuasionis possibilis. Intendo autem per possibilem persuasionem, possibilem ad hãc rem, de qua est sermo. hoc autem fit ad vltimũ eius quod possibile fuerit de illa. Et quãdo dico de qualibet rerum separatarum, intẽdo ac si diceretur de singulis singularibus, quę sunt singulorum decem ꝓdicamentorũ. Et hæc est dr̃ia, H qua hæc ars differt à reliquis artib⁹, de quibus putatur ꝙ tradant persuasionem de rebus, quæ speculantur. & hoc, quia omnis ars docet, hoc ẽ demõstratione declarat, & largitur persuasionẽ de genere quod speculatur, non de omnibus generibus. exempli gratia, quia Medicina docet Demonstratiuam, & persuadet de sanitate & ęgritudine & suis speciebus: sic & Geometria Demonstratiuam docet, & Persuasiuam de magnitudinibus & figuris, quæ insunt corporibus. Rhetorica vero laborat I ad tradendum persuasionem de omnibus rebus cuiusq; pręsenti fuerit, & quodcunq; fuerit illud genus. & ideo non attribuitur generi appropriato. Res vero, quę efficiunt fidem huius artis, quædam sunt, quæ sunt artificiales: & illæ sunt quarum esse est nostri arbitrij & animaduertentiæ: & nos efficimus eas. Et quędam earum sunt non artificiales: & sunt illę, quarum esse non est nostri arbitrij & animaduertẽtię, sicut sunt testimonium, coactio, & statuta & cõsimilia eorum, de quibus infra fiet

Rerũ fidẽ facientiũ alię artificiales alię non artificiales.

mentio. Artificialium vero rerum, K quarum nos sumus efficiẽtes, quædam sunt res, de quibus iam præcessit & vsus est ipsis in arte alius à nobis: sicut est acceptio cõtrouersiæ ꝑ exempla consueta, quæ posita sunt & famosa. Quædam autem sunt, quas nos nouiter inuenimus ad orationem, in qua est persuasio, & acquisiuimus eas. Verificationes vero, quas nos facimus & nouiter inuenimus, sunt trium specierũ. Quarum vna est constitutio loquentis, qua constituit virtutem suæ animæ qua conuenit vt sit veridicus. & ꝙ apud locutionem sit secundum dispositionem sui vultus & membrorum, cuius moris sit, ꝙ faciat occur- L rere in verificationem rei de qua est sermo. sicut est raritas, & põdus verborum, & alia præter hæc. Virtus autem, cuius hic est mos, est illa, quã Aristo. vocat conuertibilem prædicatione. Dispositio autem, cuius hic est mos, est illa, quã vocat nobilitatem directionis versus ipsum intentum. Iam autem significatur ꝙ virtuti sit nomen ad verificationẽ, quia iusti studiosi veridici habentur cito absq; sermone, quem onere amplectantur de illa re. hoc autẽ fit de rebus manifestis sensui, quas putãt ꝙ M senserint eas: sicut ꝙ religiosus aliquis biberit vinum, aut interfecerit quemquam. Narrationes vero eorum de rebus latentibus sensum, & sunt illæ de quibus putatur ꝙ illud quod senserant de talibus, aut cogitauerunt de eis, quando illę res possibiles fuerint, ꝙ sensus suspicaretur de eis, non verificantur de reb⁹, quæ argumentantur de talibus reb⁹, absque ꝙ vtantur oratione ad constitutionem huius rei. Et ita est sicut putauerunt

Artificialiũ genera tria.

A tauerūt, id de quo mētionē fecim⁹, ꝙ ipsi dixerunt de Rhetorica, ꝙ grauitas & virtus expediat ad capitulū affectionis solum. Secunda vero species verificationum est species, quæ facit acquirere audiēti affectū quēdam de oratione, quē sequatur verificatio rei, de qua ē oratio: qm̄ nostra verificatio rei, & noster asēsus illi nobis existētibus sub dispositionę lętitię, & mœstitię, nō est vna verificatio. & sic, qn̄ essemus sub dispositiōe irę de aliqua re, aut sub dispositione complacēdi nobis de ea. Hę aūt sunt res, de quibus loquuti sunt isti, de quibus mētionem fecimus, ꝙ loquuti fuerint de hac arte. B Tertia vero species verificationum est constitutio rei per sermonem tradētem persuasionem, aut qui putatur ꝙ tradit persuasionem. & hoc de rebus particularibus, de qbus persuadet hęc ars. Quādo autem verificationes hui⁹ artis fuerint his modis: manifestum est quòd ille, qui valet persuadere persuasionem possibili de vnaquaq; re, est qui nouerit tres res. quarum prima est ipsa notitia orationum tradentium persuasionē. secūda autem est notitia morū & virtutum loquentis. tertia autem C est notitia affectuum audientis. & hoc, quando nouerit vnumquenq; affectū quid sit, & ex qua re fiat, & quando fiat, & qualiter fiat. Hæc itaq; ars est composita ex arte eloquentiæ, & ex arte morali, hoc est Politica. Non reperitur autem præcedentibus tractatus perfectus de illius partibus, aut propter suā ignorātiam, aut quia iactantur prę alijs: & fierent sibi auari de eo quod illis constiterit de hac re per locum bonorum, quę sunt extrinsecus. Hæc ergo ars est pars artis logicæ, quæ D similis est Topicę ex eo, ꝙ ipsa speculatur duo opposita, & neutra earum speculatur rem determinatam speculatione, qua tradatur prouentus veritatis. sed tradunt ex speculatione prouentum eius, quod est infra veritatem. Iam autem dictum est de hoc in pręmissis sermone sufficienti.

De instrumentis Rhetoricis Cap. 2.

Conuenit autem quòd incipiamus notificationem orationū E persuasiuarum, & eius quod appareat esse tradens persuasionem. Et dicamus quòd orationum, quibus fit cōfirmatio & confutatio, sicut in arte Topicæ, sunt duę species, quarum vna est inductio, & id quod putatur esse inductio: secunda autem species ē syllogismus, & id qđ putatur esse syllogismus. Sic orationes cōfirmantes & confutātes in hac arte sunt duarum specierum: quarū vna est similis inductioni, quod est exemplum: altera autem est, quę similis ē syllogismo, quod est enthymema. Enthymema autem, quod F putatur ꝙ sit enthymema, & nō est enthymema, asimilat᷑ illi syllogismo, qui putatur ꝙ sit syllogismus, cùm non sit syllogismus. Et sic exēplum quod putatur ꝙ sit exemplū, & non est exemplum, simile est illi inductioni, quę putatur ꝙ sit inductio, cum nō sit inductio. Igitur enthymema est syllogismus rhetoricus, & exemplum est inductio rhetorica. Oratores autem (quādo animaduertitur suum negocium) manifestatur ꝙ faciant summam veri-

Quę argumentādi species.

G ficationum, quę fiunt in oratione secundum has duas species, hoc est, aut exemplo aut enthymemate. & hoc, quia ipsi intendũt hoc suo opere assimilationẽ inductionis & syllogismi. Id autẽ quod agit ex hoc, agit illud inquantũ est verum exemplum, & verũ enthymema: aut inquantum putatur de eo ꝙ ita sit. Iã aũt declaratum est in libro Priorũ, quòd omnis verificatio fiat per syllogismum, & quòd inductio & exẽplum faciant acquirere verificationem, quatenus in eis est de vi syllogismi. Quid vero sit syllogismus, &
H quæ sit dr̃ia inter eum & inter demonstrationem, iam dictũ est in libro Topicorũ: & iã declarata est ibi ẽt dr̃ia inter syllogismũ & inductionẽ. Inductio aũt & exemplũ conueniunt in eo, ꝙ ambo constituunt, ꝙ hęc res sit ita, aut nõ sit ita, propter esse huius rei aut nõ esse eius ĩ suo simili. Enthymema aũt & syllogismus conueniunt in eo, ꝙ ambo sũt oratio, in qua ponitur aliqua res, & infertur ex ea alia res. Quando autẽ res ita fuerit, manifestum est quòd in vnoquoq; istorũ generum ora-
I tionis sit species rhetorica, species topica, & species demõstratiua, & species sophistica: quia sicut reperiuntur in his artibus inductio & syllogismus, sic in rhetorica reperiuntur exemplum & enthymema. Sed differunt in his artibus per modum faciendi, hoc est in arte Demonstrationis, & in arte Topicę. Syllogism⁹ autẽ topicus est tutior q̃ inductio: exẽplum vero in rhetorica est magis persuasiuũ q̃ enthymema, quia magis procedit contradictio in enthymema quàm procedat in exemplum. Causam aũt huius nos feremus in medium post hęc, ac etiam K
qualiter faciamus has res. hic vero cõuenit ꝙ determinemus hos duos modos persuasionis, hoc est enthymema & exemplum. Et dicamus ꝙ oratio persuasiua aut largitur persuasionem vni homini, aut vniuersitati hominũ, aut pluribus hominibus. Ac etiam quædã est, cuius persuasio fit de re vniuersali, & quædã est, quę fit de re particulari. & vtriusque istarũ, quędam est cuius persuasio est nota per se, & quędam est cuius persuasio est per aliud. Eius aũt, cuius persuasio ẽ per aliud in particularibus, sunt duę species. Quarũ L
vna est, ꝙ diceret quispiã, quia ita est generi, est ita per talem locũ: sicut est sermo dicẽtis, ꝙ pot⁹ oxymellis expediat tali, quia est febricitãs: hoc aũt ẽ, quod dr̃ enthymema. Secũda aũt species est, ꝙ dicatꝙ talis ita sit, quia ipse est sicut talis, sicut ꝙ talis diceretur, quòd recipiat vtilitatem potus oxymellis, quia recipit vtilitatem de eo, & hoc est, quod vocatur exemplũ. Ars aũt ista non vtitur orationibus persuasiuis, quę sũt persuasiuę vni homini: quia hoc ẽ infinitum & ignotum vtenti eis. & ideo hęc ars non fit ex pręmissis lau M
datis, hoc est creditis, q̃ creditę sunt vni hominum, quę sunt opiniones, quę nouiter fiunt hominibus apud desyderium & appetitum: sed vtitur laudatis apud plures aut omnes, simili modo, quo vteretur ars Topica. Quando aũt res ita fuerit, id quo differt syllogismus, q fit in arte Topicę, & in arte Demonstrationis ab enthymemate quod fit in hac arte, est, quia syllogismus regulatur regula, qua oratio concludit necessario: enthymema vero regulat suas præmissas

A missas regula cõsueta, ꝙ ei assentiatur à plebe. Hoc aũt est econuerso regulę artificialis, & vr̃ sibi, ꝙ hoc sequatur ex parte artis, nõ ex parte rei in se. Ac etiam quia regula artificialis determinat ꝙ declarẽtur in illo oẽs eius pręmissę necessarię ad declarationem illius quęsiti: plebs aũt non valet intelligere illationem cõclusionis, quę infertur ex pluribus pręmissis. Ac etiam, quia ipsi nõ ponunt distantiã inter conclusionem, & rẽ ex qua sequitur cõclusio, hoc est, ꝙ ipsi nõ declarent syllogismos per duas præmissas simul cum conclusione, sed inducunt vnã præmis-B sam, deinde connectunt eã conclusioni. Sicut dñt. hic deãbulat nocte: ergo est latro: & nõ dñt, ꝙ omnis q deambulat nocte sit latro, quæ est pręmissa maior. Ac etiam quia enthymemata vt plurimum fiunt de rebus contingentibus, quod manifestum est de reb⁹ deliberatiuis: quia non consuleret vnus alteri de re necessaria in esse, neq; de impossibili ĩ esse. & præmissa maior in talib⁹ materijs est falsa secũdum partem, quã non declarant homines in syllogis-C mis, qui fiunt in hac arte, vt non intelligatur falsitas quæ in ea est. Ac ẽt ex quo syllogismi boni vtiles in hac arte sunt duarũ specierum: aut syllogismi qui componũtur ex præmissis, quarũ persuasio est manifesta ꝑ se: aut ex præmisis, quarũ pręmissę declarantur ꝑ alias pręmissas secum permistas, & si nõ, non declararetur earum laus. Sicq; iam aduenit necessario in hac secunda specie ꝙ difficilis fiat compositio pręmissarum, quas regularet regula artificialis loco multitudinis pręmissarum, & protractio morę tẽporis, quo oẽs illæ declarantur, & regulant̃ regula D artificiali, & hęc est res, qua nõ fiũt ꝓspera opera iudicum, ĩmo desatigant loquentem coram eis, ꝙ eius sermo sit simplex nõ amplectẽs on⁹ sicut est cõsuetudo plebis in hoc. q a quãdo fit sermo, qui nõ est talis dispositionis, nõ traderet ꝑsuasionẽ, hoc est, ꝙ res sit, aut nõ sit: & ꝙ qñ est, sit laudabilis aut nõ laudabilis. Sicq; etiam, qñ faceremus verificationem ꝑ modũ acceptionis similitudinis, & perscrutatum & positum fuerit ſm modũ inductiõis, accidit difficultas, quã descripsimus de protractione morę & multiplicatione. E Quando autem hoc ita fuerit, igitur syllogismi rhetorici, qui sunt enthymema & exemplum, fiunt de rebus, de quibus fit syllogismus & inductio simpl'r. Res aũt illę acceptę sunt ſm aliam descriptionẽ, q̃ sit descriptio, qua accipiebant̃ in syll'o & inductione. Quando aũt fiunt illæ res ſm descriptionẽ, quæ declarata ẽ in libro Priorum, exemplũ reddere tur inductio, & enthymema syll's. Illa autẽ descriptio est acceptio syllogismi, & discretio præmissarum F paucarum breuium: quia persuasio vt plurimũ fit pręmissis paucis breuibus, aut pręmissis, quę sunt in vltimo manifestationis & cautelę ab eo quod earũ latuerit. Ac etiam ꝙ illud, quod est laudabile ĩ hac arte, sit hypothesis, cuius species inferens ferat in id quod infertur. quia quando exprimeret homo inferens, & illatum esset, ac si mentionem fecisset bis de re, & esset nugatio apparens, & secundum hoc non declararetur medio termino per syllogismũ nisi semel, & non experimento, sed per vnũ sil'e, & esset ipse syllogis-

G mus necessario enthymema, hoc ē imminutus altera suarum pręmissa rum. & ideo vocatur enthymema, ex quo altera earum ē insinuata: & inductio necessario est exemplum.

De generibus præmissarum huius artis. Cap. 3.

PRęmissę autem rhetoricę syllogismi sunt necessariæ, & hoc in paucioribus. & fiunt contingentes, & hoc vt plurimum: qm̄ plurimum perscrutationis vulgaris est eius qđ cōtingens est esse cuiusdam disposi-
H tionis: & contingens est ꝙ non sit illius dispositionis. hoc autē manifestū est de reb⁹, de quibus ē delibera tio. & hoc, quia omnes illę sunt res factæ ab homine, impossibile aūt ē ꝙ res factę ab hoīe sint neq; necessarię fm esse, neq; impossibiles fm esse: conclusiones aūt necessariæ sunt per se ex pręmissis necessarijs, cōtingentes aūt ex pręmissis contingentibus. Enthymematū aūt quædā sūt, q̄ fiunt ex pręmissis laudatis seu icotibus, & quędam sunt ex signis. Intēdo aūt per pręmissas laudatas seu icota, eas q̄ nō sūt signa: sicut ꝙ ex-
I pediat benefacere bonis, & malefacere malis. Per signa āt intēdo res q̄ significāt esse rei in aliqua re. Etam bę istę species præmissarū repetiuntur in materijs necessarijs, & contingentibus, hoc est icotibus & signis: & nō reperiunť solum in contingentibus vt in pluribus. Sed in cōtingētibus ęqualiter, & sunt illę, quarum proportio ad pręmissas contingentes vt in pluribus, est proportio earum, quę sunt vt in pluribus ad necessarias, & est proportio totius & partis. quia veritas necessariarū est magis vniuersalis q̄ veritas contin- K gentiū vt in pluribus: ex quo necessariæ sunt totius subiecti. Contingētes aūt vt in plurib⁹ nō sunt totius: & sic etiam proportio contingentiū ęqualiter ad contingentes vt in pluribus est talis proportio: hoc est, ꝙ contingentes vt in pluribus verificantur de maiori parte suorū subiectorū q̄ verificenť cōtingētes ęqualiter. Signorū aūt, q̄ accipiuntur terminus medius, quędam sūt, quorū terminus medi⁹ est vniuersalior minori extremitate, & proprior maiori. Et q̄dam eorū sunt, quorū ē vl'ior ambabus extremitatibus. Et quędā eorū sunt, quorū est proprior illis Il- L lud aūt, cuius est vl'or extremo minori & proprior maiori, componiť necessario in prima figura. qn̄ āt fit in materia contingenti vt in pluribus, est illud qđ antiqui vocant simile. Exemplū aūt eius in materia necessaria est: hęc mulier hēt lac, ergo iam peperit. in contingenti aūt in pluribus ē: talis accingit sibi gladiū & cōgregat hoīes, & non habet inimicum, ergo vult deficere à rege. Exēplū aūt contingentis ęqualiter est: talis fatigatus est: & qui fatigatur febricitat: ergo talis est febrici- M tās. & hoc est quod vocať simile. Illud aūt, cuius est cōmunior ambabus extremitatibus componiť in secūda figura: sed non concludit nisi fm apparentiam. exempli gratia in materia cōtingenti vt in plurib⁹, est sermo dicētis: Socrates anhelat frequenter: anhelans aūt frequētet febricitat: ergo Socrates febricitat. quia contingeret ꝙ ambæ hæ præmissæ sunt veræ: & cōclusio falsa, ex quo contingit, quòd Socra. anhelet frequenter propter eius cursū. Quia

autem

A aūt hoc latuit plures hoīes: qn̄ ipsi aspiciūt has pręmissas veras, ꝙ cōclu dant falsum, putāt propterea ꝙ iam dependeat falsū ex illis, & intendūt destruere pręmissas. hoc autem difficile fit eis occasiōe veritatis illarū & propterea hn̄t perplexi. Illa vero, cui⁹ medius terminus fuerit vniuersalior ambabus extremitatibus, cōcludit ī tertia figura particulare nō vl'e: sed in hac arte accipit eius conclusio vl'is. Exempli gratia, in mā necessaria est sermo dicētis: cunctę res sunt in mundi sphęra: res āt oēs sūt in tempore: tempus ergo est mundi B sphęra. In contingenti aūt est sermo dicentis: philosophi sunt iusti, quia Socr. est philosophus & iust⁹. Actiones aūt, quę fiūt in tertia figura & secūda appropriantur nomine signi. Illę aūt, quę fiūt in prima figura, appropriantur nomine probationū. Illa autem, quę est secundę figurę, est proprior nomine signi, quàm ea quæ est tertię: sicut ea, quæ fuerit in contingenti vt in pluribus, appropriatur nomine similis. Si autem fuerit contingentis æqualiter, appropriatur nomine en C tymematis similis. sicq; ex hoc sermone declaratum est, quid sint laudatæ seu icota, & probationes, & signa: & quæ sit differentia inter ea. Id autem, quod declaratum est de orationibus syllogisticis secundum veritatem est in libro Priorū: quia ibi declaratum est quid sit syllogismus, & quot sint genera orationū syllogisticarum, & de singulis eorum declaratum est quis illorum sit syllogismus, & quis non sit syllogismus.

De exemplo *Cap. 4.* D

Exemplū vero iam declarauimus in his q̄ præmissa sunt, ꝙ sit inductio quędam. Sed differt ab inductione, quia nō procedimus in eo ex particulari ad declarationem rei vl'is, sicut procedimus in quibusdā speciebus inductionis: neq; ex vniuersali ad particulare, sicut ꝓcedimus in aliquibus speciebus inductionis & hoc, qn̄ declarauimus in vniuersali, quod cōstituimus per inductionem aliud particulare. Pręter particularia, quorū inductione cōstituimus ipsum vniuersale. Et conuenit secum, quia procedit ex particulari ad particulare pp connexionē eorum in re vniuersali. Qn̄ aūt coniunxerimus ambas res simul in inductione, hoc est, ꝙ procedamus in ea ex particulari ad vniuersale, & vlterius ex vniuersali ad aliud particulare: hoc quidem opere processimus ex particulari ad ꝑticulare mediāte ipso vl'i, sicut est dispositio exēpli. qm̄ in exemplo procedimus ex particulari ad particulare pp eorū conuenientiam in re vniuersali, qn̄ enunciatio translata ab vno illorū duorum ad alterum reperit in particulari notiori, propter illud vniuersale, aut putatur ꝙ reperiatur in eo propter illud. Si autem nō, non verificaretur translatio ex particulari ad particulare: nisi esset ibi vniuersale, propter quod esset esse illi⁹ enūciationis ī particulari notiori. Exemplum autem eius, quod inductione accidit ex hoc, hoc est: quando trāslatio fuerit ex particulari ad particulare media translatione ad vniuersale, est, vt sermo eius, qui dixerit, Heus rex, ille talis quærit esse

Quo pacto differāt. ac cōueniant exempl. & inductio.

E

F

G de numero repositorum vasorũ tui vsus,qui iam fuerat de numero tuorum inimicorũ:ideo nõ tradas ea illi,quia ille versutia vtitur:vt extendat manum in regem: qm̃ talis petierat hoc ex tali rege,& talis ex tali rege, & noluerunt assentire illis timore ne dolo interficiãt suum regẽ. Ille.n. qui dixerat hunc sermonem iam posuerat translationem ex particulari ad particulare mediãte vniuersali,quod est,ꝙ quicunq; fuerat de numero inimicorum regis quærẽs ingredi repositionem vasorum vsus regis, ĩtẽdit ipsum dolo interficere. Nisi quia, licet non sit manifestum in hoc vniuersali,quod descriptum ẽ in anima in potẽtia ipsum opus translationis ex particulari ad particulare:quando tamen translatio eius secundũ cogitationem fuerit ex maiori parte particulariũ,esset inductio. si autem ex vno illorũ aut ex minori parte,esset exemplũ. Sufficiat autem hic oratio de his rebus,quibus dicantur ipsa exempla.

De Enthymemate. *Cap.* 5.

I SErmo vero de differentia enthymematum ex parte rerũ, ex quibus fiunt est profundus & latens:& ẽ maxime necessitatis,vt declarabimus hic. Causa autem eius profunditatis est,quia enthymemata fiunt in omnibus decem prędicamentis, sicut fiunt syllogismi topici. Sed quædam enthymemata sunt, quæ fiunt in materijs artium: sicut sunt enthymemata, quæ fiunt de rebus vniuersalibus, & pticularibus in arte medicinę,& in alijs artibus. Hæc autem conuenit,ꝙ fiant in his artibus secundum modum faciẽdi demonstrationes in illa arte, nõ secundum modum ,quo facit ea Rhetor K in materia,cui appropriatur Rhetorica: sicut ꝙ ferret in illa eam partẽ Rhetoricę, & reliquas res , quibus fiunt orationes rhetoricæ. Et ex his rebus,conuenit ꝙ numerentur in hac arte res,quæ sunt differentiæ enthymematum: non ex illis rebus, quas contineret ars . Quanto autẽ maioris communitatis fuerit oratio,tanto maioris conuenientiæ fuerit : vt ea vtatur in pluribus rebus: quanto autem minoris cõmunitatis fuerit, conuenientior fuerit vt sit pars artis appropriatę . & ideo loca magis cõmunia sunt q̃ syllogismi rhetorici, & syllogismi topici. Et hæc loca reperiuntur cõmunia rebus logicis, L & naturalibus,& moralibus : hoc ẽ arbitrarijs.&hoc sicut sũt loca à maiori,& à minori: quę numerãtur in secundo libro Topicæ.& hoc, quia ex his locis non fiunt syllogismi in reliqua harum trium artium quarum meminimus,sed in cunctis, ex quo non fiunt ipsamet,sed earũ vis est ea quę fit. Species vero sunt ipsę pręmissæ, propriæ singulis artibus particularibus, sicut sunt pręmissæ M ex quibus fiunt syllogismi de rebus naturalibus: & non fiunt ex eis syllogismi de rebus moralibꝰ,neq; ex his,quæ sunt moralium, fiunt syllogismi de rebus naturalibus. Quando autem res ita fuerit,igitur ex ipsis locis nõ construitur syllogismus in aliqua dterminata arte:ex quo illud quod formatur, est commune pluribus , q̃ sit vna ars . Species vero sunt, ex quibus cõstruuntur syllogismi,ex quibus componitur ars, quæ species sũt illi proprię. Sed species,quarum intentio nostra ẽ meminisse

A minisse in hoc libro, non sunt ipsæ præmissę verę: quia si ita esset, tunc syllogismi, rhetorici essent veri syllogismi, & nō essēt syllogismi topici, & eo fortius rhetorici. Enthymemata autem, quæ fiunt in hac arte, vt plurimum construūtur ex his speciebus, quæ appropriatæ fuerint singulis tribus generibus oratorię: & ei qd vniuersale fuerit ipsis tribus generibus, quæ postea definientur. Iam autem expedit, vt fiat de his rebus, sicut factum est in libro Topicę, & sicut facta est tibi mētio de materiis rerum topicarum diuisis p loca & spēs. sic expedit ꝙ diuidamus B hic res, ex quibus fiūt enthymemata in loca & species. Species autem sunt ipsę pręmissæ vniuersales, quæ fiunt in singulis artibus. Loca autē sūt pręmissę vniuersales, quarū particulares fiūt in singulis artibus. Expedit autem, ꝙ primo loquamur de his speciebus: deinde vlterius de ipsis locis, & hoc, quando primo incęperimus, & definiemus genera rerum appropriatarum huic arti, hoc est, generi subiectorum huius artis sibi appropriatorum. quando autē C eam definiuerimus, tunc incipiem⁹ numerationem fundamentorū singulorum ipsorum per se.

De triplici genere causarum. Cap. 6.

REperta autem sunt genera rerū, quas speculatur Rhetorica ex rebus arbitrarijs, esse tria gňa: sicut tres reperiuntur species audiētium orationē rhetoricam. & hoc, quia locutio ex tribus connectitur: ex loquēte qui est orator: & ex eo, cui fit sermo: & ex eis, quibus expedit oratio, qui sunt audiētes. Finis aūt orationis flectit' ex omnibus his ad audientes. Audientiū aūt indu- D bitanter est aut ipse litigans, aut iudex, aut ille, cui intenditur tradi persuasio. Iudex āt aut iudicat de reb⁹ futuris, quę sūt ipsę vtiles & noxiæ, aut ex his q̄ iam sunt: quarū quędā insunt homini suo arbitrio, illę aūt sunt virtutes & vitia: & quędam insūt homini sine suo arbitrio, sed ex alio homine, q̄ sunt sicut iniquitas & iustitia. Iudex āt rerū futurarū ē princeps. iudex vero rerū pręsentiū est ille, quem præposuerit ipse princeps: sicut est iudex harū nostrarum regionum. Litigator vero litem habet vi rei rhetoricę. Sicq; ergo tria E sunt genera orationis rhetoricę, videlicet, Deliberatiuum, & Iudiciale & Demonstratiuum. Enthymema vero deliberatiuum, quoddā ē ipsa permissio, & quoddā est ipsa prohibitio. & hoc, quia oīs cōsulens siue consulat vni homini ciuitatis de eo quod sibi proprium fuerit, aut communitati hominū ciuitatis de eo, quod sibi fuerit commune, semper consulit oratione; quę est persuasio & dissuasio. Persuasio autem est oratio deliberatiua, qua intenditur persuasio, ꝙ res expediat ꝙ fiat. Dissuasio vero est oratio, qua intendi- F tur persuasio, ꝙ res expediret ꝙ nō fiat. Et iam sub his ingreditur præceptum, & inhibitio, & increpatio, & reconciliatio: hęc autem nō differunt nisi descriptione loquentis, & eius cui fit sermo. Quia præceptum est, quòd oratio fiat à principe ad inferiorem. Si autem fieret ab inferiori ad principem, esset supplicatio. Iudicialis vero orationis sunt etiam duæ species: accusatio, & defensio criminis. Defensio autem criminis est quælibet

G oratio, qua intēdit̄ ꝙ illud, qđ quispiam fecisset, esset bonū expediens cuidam, aut ꝙ proueniēs non fuerit malū, aut ꝙ non prouenerit ab illo neq; bonū neq; malū: p accusationē vero intelligit̄ orō, qua intendit̄ ꝙ quidā fecerit contrariū illarū rerū prędictarū. Increpatio aūt ingredit̄ sub accusatione. Demonstratiuę vero orationis sūt duę species, aut laꝰ, aut vituperium. Laus aūt ē oratio, qua fit ꝑsuasio, ꝙ res arbitrarię hominis, de quo loquitur, sint bonæ, de quibus fit perfectio suę aīæ. Vituperiū aūt est oratio, qua tradit̄ ꝑsuasio ꝙ res arbitrariæ hoīs, de quo loquitur sint malę: de quibꝰ est defectus aīę suę: & ꝙ tempus appropriatū rebꝰ, de quibꝰ est cōsiliū sit tp̄s futurū: qm̄ hō consulit hoī de rebꝰ priuatis. Tp̄s aūt propriū rebꝰ iudicialibus, est tp̄s p̄teritū: qm̄ hō conquerit̄ in rebus, q̄ iā peruenerunt. Si āt cōquerit̄ de rebꝰ, q̄ timet ne proueniāt ab eo, de quo cōquerit̄, hęc q̄rela est ad modū consilij de eo, qđ ad id expediret. sicq; ēt accidit, ꝙ sit cōsiliū de rebꝰ q̄ iā fuerūt, sed ex parte qua timeret eas, qn̄ āt accusatio fit de vna re non pp aliā, semp fit đ re q̄ iā accidisset. Rerū vero demonstratiuarū conuenientissimū tēporū est ip̄m tp̄s pręsens: hoc est proximū huic instāti, qm̄ hoīes laudant & vituperāt res, q̄ insunt tp̄e laudis & vituperij ipsi laudato & vituperato. Aliqn̄ aūt laudaret quasdā earū per modū ex industria ad augendū virtutes laudati, & eius vituperiū de rebus, quarum innouationē timet inde euenire, aut quarum innouationem speraret, & permisceret laudi consilium ad laudatum per opationem illarum rerum.

H

I

De fine singulorum generum causarum. K
Cap. 7.

FInes aūt harum orationū sunt tres, trium orationum. Orationis quidem deliberatiuę finis est ipsum expediens & noxium. quoniā qui consulit, persuadet expediēs, & id quod expedientius est: & dissuadet noxium aut nocentius. Orationis vero iudicialis finis ē iustitia & iniquitas. Finis autem orationis demonstratiuę est virtus & vitium. & si vnus istorū vteretur fine alterius, hoc non est s̄m primam intētionē, sed propter finem ei propriū exēpli L gratia, qm̄ cōsulens seu deliberans tradit persuasionem, ꝙ hęc sit iustitia aut iniquitas, vt persuasione cōsulat vtilitatem illi, quę est iustitia, & dissuasione id quod fit inique, p id damni, quod inest iniquitati qđ timet. Et sic etiam vteretur virtute & vitio. hoc est ex parte eiꝰ vtilis aut noxii, quod ei adueniret. Quando autem horum trium finium singuli apropriant singulas harum orationū, hoc est ex parte, qua sunt fines s̄m primam intētionem, definitiones distinguentes singulas harū trium orationum sunt differentię, M quę traduntur de eis per hos fines. significat autem ꝙ hi fines sint proprij singulis horū triū generū orationum. quia quando persuadet̄ de eis per finem alterius generis, aliqn̄ nō fit aduersario obiectio & destructio per hoc, sed plurimum ꝙ assentiretur ei hoc, non assentiretur ei finis illius orationis, qui eam appropriaret. Exempli gratia, qa quando argumētās argumētaret̄, ꝙ quispiā accepisset bona cuiusdam, ille autē nocuerat ei, aliqn̄ aduersarius assentiret

sentiret huic ꝙ fuerit, sed non assen A tiret ei, ꝙ acceptio suorum bonorũ fuisset iniquitate. Deliberatiuus autem assentiret ei, ꝙ agens illud contingens sit iniquus: sed non assentiret ꝙ sit n cens. Occasione autem ingressus horum finium in se inuicem multotiens accidit consulibus, ꝙ consulant de rebus noxijs sophisticè: ex eo ꝙ sint iustitiæ, aut ꝙ nõ sint iniquitatis: sed non concederẽt ꝙ sint noxię: sed aliquando vtunt versutia in argumentatione ad esse ipsarum actionũ in illis. Exempli gratia, quia consulunt ferre mortẽ in bello, & non fugere: ex quo fuga B iure est iniquitatis. Et sic quãdo aliqui viri cogerent quosdam homines, & dominarentur eis, consulens aliquando consuleret eis, ne doleãt ea vi, quia non esset iniquitas: & aliquando putatur de ea, ꝙ nõ sit illis noxia. Sicq; etiã qui laudat, assentiret ꝙ res noceat. sed argumẽtatur ꝙ sit virtus, sicut qui eriperet hominem à morte, & cognosceret ꝙ ipse moreretur eripiens illum hominẽ, iam aduersarius assentiret, ꝙ mors noceat: sed ostenderet ꝙ sit virtus. sic aliquando sophistice laudaret vi C tium, ex eo quod sit vtile: sed nõ cõcederet, ꝙ sit vitiũ: immo argumentaretur de eo; ꝙ sit quædam virtus, occasione vtilitatis quæ esset ei. Sicque ergo singulæ harum orationũ vtuntur fine reliquę earum per accidens. & ideo hæc nõ esset obiecto in ipsam: sed absq; dubio esset obiecto in finem illius: quando autem vna vtitur fine alterius, est sophistica. Ex quo autem hęc ars est syllogistica, notum est ꝙ oporteat ꝙ in ea sint pręmissæ. Suæ autem præmissæ sũt tres, quas narrauimus, icota, & probationes, & signa. & hoc, qa D syllogismus simpliciter fit ex præmissis absolutis: syllogismus autem proprius singulis artibus fit ex præmissis proprijs. & ideo enthymema est syllogismus compositus ex his ꝑmissis, quarum meminimus. Quoniam autem primo expedit scire de dispositione rei, de qua est consiliũ ꝙ sit contingens, quoniam res impossibiles non possunt fieri, neq; in præsenti, neq; in futuro: & ideo non caderet in ipsam consilium. Sicque etiam indiget duobus reliquis generibus huius artis, hoc est, ꝙ primo E dignoscatur ꝙ res iam fuerit, & accidisset; hoc est de genere demonstratiuo, & genere iudiciali. Sicq; igitur impossibile est huic artifici, quin sint apud ipsum pręmissæ, quibus traderet deliberatiuo persuasionẽ ꝙ res sit possibilis vel impossibilis, & ꝙ fuerit aut non fuerit in iudiciali aut demonstratiuo, vltra pręmissas, quibus declararent tres fines illos. iterum ex quo non sufficeret rhetoricis adhuc ex eo ꝙ rhetoricæ sunt laus in demonstratiuo, & persuasio & dissuasio in deliberatiuo, & accusatio & defensio in iudiciali, sed in- F tendunt ꝙ constituant cum hoc, ꝙ res, q̃ expediat aut sit mala, sit magna aut pua, vilis aut nobilis, dec⁹ aut dedecus, & hoc aut simpliciter, vel in comparatione. hoc est, ꝙ sit maior & nobilior, aut econtra. Notum itaq; est, ꝙ expediat ꝙ apud oratores sint præmissæ, quibus cõstituant ꝙ bonum aut malum sit, magnum aut paruum, vile aut nobile, decorũ ei cui attribuitur aut dedecus. Hę itaq; sunt omnes species pręmissarũ quibus vtitur hæc ars.

G *De præmissis proprijs vnicuiq; generi causarum, & primo de proprijs deliberatiuo.* Cap. 8.

POstquam autem iam declaratū est hoc, conuenit quòd incipiamus numerationem pręmissarum, quibus appropriantur singulę tres intẽtiones. Feramus autem primo sermonem de numeratione pmissarum deliberatiuarū: deinde secūdo de demonstratiuis: rursus tertio de iudicialibus. Primum autem, qđ expedit ꝙ speculemur de dispositione rerum, de quibus datur consiliū,
H est quid sit bonum de quo consulit quia non est consilium de omni bono, sed de bonis, quę possunt eẽ aut non esse: de bonis autem, quorum esse & non esse est ex necessitate, nō fit consilium. Neq; etiam fit consilium de oībus bonis cōtingẽtibus, quia sunt hic quædā bona possibilia, quorum eẽ est ex natura: sed de bonis quę nostrū est ꝙ sint aut non sint. & illæ sunt res, quarum principium essendi est per arbitrium, & volūtatem. & ex his etiam de ea cuius esse aut non esse fit consequens
I nostram opinionem & operationẽ vt in pluribus. Illę aūt, quę accidūt ex opinione fortuitu & in paucioribus, nō sunt in pluribus, ex quibus consulitur: nisi quando non esset aliud genus. Significatur aūt, ꝙ cōsiliū sit de his rebus: quia homo primo speculatur rem, quam intendit operari, an sit possibilis vel impossibilis. Deinde si fuerit possibilis, per quam rem fuerit possibilis, & quare sit possibilis. Qñ autem fuerit hoc declaratum ei, incipit perscrutari đ illa. Si aūt declaratum esset ei ꝙ illa sit impoſſis, dimitteret eā. res aūt, de quibus consulimus, sunt hę, de quibus est opinio. Sicq; iam declaratū est ex hoc sermone, qđ sit bonū de quo cōsulimus, & per quā rem fit: K & illæ sunt res voluntariæ, quarum initium essendi est à nobis: non res necessariæ, quarum esse non est pęnes nos: & largitio dñię perfectæ inter res voluntarias & non voluntarias. Verificatiōis aūt numeri suarum specierum & notitię quiditatis singularum earum fm vltimū eius quod suę naturę est, ꝙ cognoscat, nō est huius artis tradere ipsius adeptionem ex notitia rerū voluntariarum: sed hoc interest Philosophię, L quæ excedit hanc & formatione & verificatione & pmissę, quibus vtit sunt magis veridicæ & veriores q̃ istę, & hoc, quia nō intendimus hic scire ex istis rebus res essentiales eis ꝓportionatas, sed res famosas. Qñ aūt dispō harum rerum fuerit sicut narrauimus, iam declaratum est ex hoc sermone, ꝙ quicquid diximus de partibus huius artis, sit verū: hoc est, ꝙ ipsa sit composita ex scientia Logicę, & sciẽtia Morali, & ꝙ in ea sint res topicę, aut similes rebus topicis: ac ẽt sophisticę, aut similes sophisticis. Res aūt, q̃ sunt plurium ar- M tium, si fiāt partes vnius artis, fit qñ accipiunt oēs fm modum & dispōnem, qua iuuent & expediant ad intentionem illius vnius artis, & deijciūtur ab eis dispōnibus, quibus differunt, hoc est res, de quibus nō est adiumentum ad intẽtionem illius vnius artis. Qñ aūt hoc ita fuerit res morales redeunt, vt procedat circa eas in hac arte, qua intẽdere faciūt modū locutionis & orationis. Sunt aūt artis moralis, quā sunt vnū entium, quorū sciam intẽdimus. Ex rebus

A bus aũt topicis & sophisticis procedit in hac arte: qua id quo vtit hæc ars, est id qđ est prius in prima notitia hominis: non qđ est remotum à notitia plebis: sicut vtitur notitia syllogismi per syllogismum notũ vulgo, quod est exemplũ & enthymema. Sicq; ẽt est dispõ rerum sophisticarum. vtit̃ n. eis quatenus cõsuetus est vsus earũ apud vulgus: sicut sunt loca simplr & fm quid, & cætera, quibus ex se vulgus vtit̃. Illa autẽ differt ab his, quo ad mensurã speculationis siilr differt ẽt quo ad mẽsurã speculationis huius artis de rebus voluntarijs à speculatione, quę B fit de eis in scĩa Morali, hoc est, qa illa speculat̃ res voluntarias speculatione, quę fit hõi fm ipsam notitiã: & dimittit pfectionẽ speculationis hmõi scĩæ Morali. Res aũt, de quibus consulit Orator, quędam sunt de quibus consulit hoĩbus ciuitatis fm eorum communitatẽ: & quædã sunt, de quibus consulit vni hoĩ illi[9] ciuitatis, aut cuidam particulari cõitati eorum. Res vero, ex quibus fit consilium de rebus magnis rerum ciuitatum, sunt prope numerũ quinarium. Quarum vna est traditio C consilij ad aggregationem diuitiarum, quæ thesaurizantur ciuitati. Secũda aũt est traditio cõsilij ad bellum aut pacem. Tertia autẽ est traditio consilij ad custodiam ciuitatis ab his quæ extrin secus in ipsam descenderent. Quarta aũt est traditio consilij de eo, quod ingreditur ciuitatem, & exit ab ea. Quinta autem est traditio cõsilij ad expeditionem legum. Illa quidem, quæ consulit de aggregatione diuitiarum, indiget scire tres res. Quarũ vna est, ꝙ cognoscat fruges ciuitatis quę sint:

Consulta tio de aggregatione diuitiarum.

hoc ẽ, an sint plãtę, aut aĩalia, aut minerali, aut oẽs hę, aut duæ earũ: vt D si deficeret aliquid ex nobiliori ea, ad aggregationem diuitiarum, consuleret ad augendum illam. Secunda est, vt sciat cum hoc omnes exitus illius ciuitatis. Tertia autem est, ꝙ cognoscat species hominum, qui sunt illius ciuitatis. vt si sit ex eis aliquis homo futilis: & est ille cui non inest virtus: aut ociosus, cui non est ars, consulat expellere illum ex ciuitate. & si esset ibi aliquis magnarũ expensarum vltra statutum modesti, aut vltra necessarium, cõsulat excerpere ab eo excessum illorum bo E norum, quoniam non fiunt diuitię per solum augmentum bonorum, sed etiam per imminutionem expẽsarum. propterea prouerbio dr: Imminutio expensæ est fortuna ditãs. Ex necessarijs ãt ẽ si quiditas istarũ rerum & mensura indigentiæ earũ constaret Oratori, id quo indigeret, ꝙ consuleret de singulis harum rerum, & non indigeret traditione cõsilij ad augendum plãtas, ꝙ sit agricola, neq; animalia ꝙ esset armẽtarius, sed sufficeret ei eius notitia fm mensuram indigẽtiæ earum: sed in- F digeret & ipse cum hoc, ꝙ cognoscat consuetudinem præcedentẽ de his rebus, & quid sit de eis apud homines. Consulens vero ad bellum aut ad pacem, indiget ꝙ sciat vim eius qui propugnat, & vim ei[9] quẽ propugnaret, & mẽsurã rei pueniẽtis p bellũ, sit ne parua vel magna: & quæ sit dispositio ciuitatis, sit ne aperta aut accincta fortib[9] mœniis. & plebs ĩhabitãs eam, sit ne debilis aut robusta, pauca vel multa: hoc ẽ, an mensura illorum sit, qua posset eos debellare, aut sua mensura non

De bello & pace.

sit

G sit talis mensura. Et an sit secundum descriptionem, qua bellum sit possibile eis nec ne. Et ꝙ sciat cum hoc parum bellorum pręcedentiũ, vt describat illis qualiter pugnarẽt si eis consuleret bellum, & paruifaceret in eorum conspectu dispositionem bellorum. aut notificaret eis quid perditionis & mortis sit in bello, si consuleret eis omittere bellum. Indigeret etiam, vt cognosceret nõ solum dispositionem hominum suæ ciuitatis, sed etiam dispositionem suarum circunstantiarum suorum mercatorum & ne-
H gociatorũ: hoc est, qualis sit sua dispositio de his rebus, & sua dispositio cum suis inimicis ex victoria & depressione ab eis: quia hinc acciperet pręmissas expedientes ad traditionem consilij de illis ad bellũ vel pacem. Indigeret etiam cum hoc ꝙ cognosceret bella notãda ex exactis bellis, & ꝙ sciat dispositionem copiarum sint ne similes robore, & fortitudine & opinione, & bono decreto, singulis earum specierum, ex cõstantia singularum partium belli, hoc est, quod sint cõsimiles ad hoc.
I quia aliquãdo essent multi & excedentes, sed non esset in eis idoneus ad bellum aut ad partem belli, qua positum est ꝙ constet. Et cum hoc visi sunt sibi ꝙ nõ speculetur id ad quod cõduxerit suum bellum, sed etiam in quod cõduxerint bella reliquorum hominum pręcedentiũ, qui fuerunt eis consimiles quia ex simili accipitur iudicium de consimili. hoc est, quia si bella cõsimilia suo bello conduxissent ad perditionem & mortem, consulat pacem. si vero conduxissent ad victoriam, cõsulat bellum. Ad custodiam vero ciuitatum indigeret cõsulens de custodia, ꝙ sciat qualis sit custodia ciuitatum, & quę sit mensura cautelæ necessariæ ad cautelam singulorum eorum, quæ nouiter fierent: & quot sint species custodiæ, Et cum hoc cognoscat loca quorum custodia sit potentum, qui vocãtur ipsi seniores. & si custodia illorũ locorum fuerit pauca, adderet ei, & si eẽt in ciuitatibus aliquis qui indignus esset ad custodiam, qua non intenderet intentionem custodiæ ciuitatis, sed intentionem propriæ personæ, expellat illum. Et expedit ei, ꝙ valde custodiat loca latentia, hoc ẽ in quorum custodia est magna vtilitas. Et si nouerit hæc, possibile est ei ꝙ consulat custodiam, modo peritus sit in ciuitatibus quarum custodiam consuleret. Ad traditionem vero consilij de alimentis domus, & reliquarum rerum necessariarum, quibus indiget ciuitas, consulens itaq; indigeret scire suã mensuram, & ex quot illarum aleretur ciuitas, & quot earum sint quę reperiuntur in ciuitate tempore præsenti, & an introiuerit ciuitatem quod sufficiat ei, & seruatum sit, aut non introiuerit eam. Et quę sint res, de quibus consuleret ꝙ extrahantur à ciuitate, & est id quod superaret hominibus ciuitatis: & q̃ sint res quas expedit ingredi eam, & sunt quę defecerint à necessarijs, vt eis consiliũ quo vteretur, esset tale. quoniã iam indigeret qui custodiret suos conciues duabus rebus. quarum vna est locus studiosorum: & secũda est locus diuitum, qui sunt ꝓpter studiosos. Et vniuersaliter custos ciuitatũ indigeret, ꝙ cognoscat omnes has quinque species ad suã illarũ custodiam.

Marginalia: De ciuitatũ custodia. — K — L — De alimẽtis. — M

A diam. Speculatio vero de impositione legum, & traditio consilij de eis, non est parua ad rem ciuitatum: quoniam ciuitates legibus permanent pacificæ, & ordinantur in suo eẽ. Et ideo expedit agricolę, vt sciat, quot sint species regiminum seu politiarum, & quæ lex expediat ad singulas politias, & quæ lex sit inutilis, & quos homines deceant singulæ leges, & singulæ politiæ, & quos homines non deceant. Et ꝙ sciat res à quibus est timendũ, ne proueniat corruptio ciuitatis. & hoc, aut ex contrarijs ab extra, aut ex hominibus ciuitatis: quoniam reliquę ciuitates vltra ciuitates laudandas, timent leges sibi impositas. & hoc, qñ lex esset excessiuæ debilitatis & imbecillitatis, aut excessiuæ vehementiæ siue fuerit per opinionem, aut ꝑ vsum aut per actionem. & hoc, quia de politię dispositione, quæ libertas seu nobilitas dicitur, manifestũ est, ꝙ propter hanc dispositionem multos trãsferat ad primatum viciorũ, hoc est, primatum voluptatum, aut primatum diuitiarum. Id autẽ qđ dixerunt, manifestum est apud nos ex dispositione politiarum: quarũ historiæ peruenerunt ad nos. Non perueniret autem dispositio huius politiæ, hoc est politiæ nobilitatis ad politiam vilium propter imbecillitatem legum & earum debilitatem solum, & si hæc sit maior pars: sed ꝓpter excessum. quia plures res quando excederent, destrueretur suum esse: sicut destrueretur suum esse per debilitatem & imminutionem. exempli gratia: quia simitas quãdo excederet & profundaretur, prope esset, ꝙ putaretur, ꝙ nõ esset ibi naris: quãdo autem nõ esset excessiua, propinqua esset ęqualitati. Et indigeret cum hoc, ꝙ sciret leges quas imposuissent plures homines: & ꝙ ꝓfecerit eis in singulis politijs famosis, & singulis nationibus, vt vteretur ea, quæ ex illis proprie expediret, & nationi cui propria esset. Et ideo notum est, quòd notitia legumlatoris de complexionibus hominum, & eorum moribus & consuetudinib⁹ sit ex his, quę expediunt ad regimẽ legum. quia hinc possibile esset, ꝙ imponat leges vtiles singulis nationibus diuersarum naturarum. Corruptio vero, quę extrinsecus aggreditur ciuitates, hoc est ex inimicis, est res per se manifesta. Iã autem plures homines scripserunt modos, quibus significatur victoria inimicorum: & modos, quibus caueamus eos. & ex his rebus assumerentur præmissæ, quibus consuleret hominibus suæ ciuitatis de custodia ab inimicis. Illud autem, quod diximus de legum impositione, & quibus earum lator indigeat, est scientiæ Moralis, non scientiæ Rhetoricæ. hic autem meminimus de eis, quantum sufficit huic arti. Hę itaq; sunt maximæ res, de quibus consules solent hominibus ciuitatum: & ex eis est significatio rerũ, de quibus consulerent singulis hominibus. Nos autem loquamur modo de rebus, ex quibus sit persuasio & dissuasio singulis hominibus. & primo incipiamus de enunciatione rerum, propter quas cõsules consulerent & eis persuaderent, aut eorum contrarijs dissuaderent. Et putatur ꝙ singulis hominibus sit quidam affectus & desiderium naturaliter ad bonum, quod omnes ꝓpter se ipsum appetunt, & de eo consulunt

Margin notes: De impositione legum. (A) — B — C — D — E — F — De quib⁹ rebus persuasio fiat & dissuasio.

G lunt alios, absq; q̃ vllus eorum sciat quid sit hoc bonum: & prçeligũt ipsum, & cupiunt ipsum præ alijs. qñ autem aliqs homo interrogaretur de illo, responderet responso extollente eius naturam: sed apud singulos eorum est suum esse solum. Qñ autem singuli eorum interrogarentur, quid significat suum nomen? responderet alio responso ab eo, quo responderet alius. omnes autem eligunt ipsum occasione huius affectus, ei naturaliter inexistẽtis apud omnes. Hoc bonum vniuersaliter est ipsa bonitas dispositionis, & partes bonitatis dispositionis. Et ideo H cõuenit, quòd primo distinguam⁹ q̃d sit bonitas dispositionis vniuersali oratione: deinde distinguamus suas partes, & numeremus sua contraria, & res, de quibus fit persuasio & dissuasio: & sunt res vtiles bonitati dispositionis aut vtiliores, & noxiæ seu magis noxię. His enim perficitur nobis sermo de rebus, ex quibus componuntur orationes deliberatiuę, quæ fiunt cum omnibus hominibus. Qui autem loquuti sunt de hac arte, non fuerunt loquuti de his rebus, nisi dę his, quæ currũt ad I modum rerum vniuersalium: sicut est quod ipsi dixerunt quòd expediat Oratori quòd magnificet rem paruam, quando vellet extollere illam: & paruifacere rem magnam, quando vellet vilipendere eam, & quòd non expediat ei, quòd persuadeat de rebus quæ corrumperẽt bonitatẽ dispositionis, & de rebus quæ impedirent bonitatem dispositionis, aut transferrent bonitatem dispositionis ad suum contrarium, & non dicunt quæ sint res, quæ inferrent corruptionem bonitatis dispositionis, aut ipsam impedirent, aut K eam transferrent in suum contrarium. Bonitas vero dispositionis est cõuenientia actionis cum dignitate & longęua ętate, & vita decora & delectabili, cum sanitate, & amplitudine diuitiarum, & decore dispositionis apud homines cum adeptione rerum tuentium has res, & efficientium eas. Testatur autem quòd hæc sit descriptio bonitatis dispositionis, id, quod famosum est: quia omnes homines sibi videntur quòd bonitas dispositionis sit huiusmodi, aut aliqua res quæ sit quasi hoc. Quando autem bonitas dispositionis hæc fuerit, partes eius sunt gloria genealogię seu prosapię, & multitudo fratrum & filiorum, & diuitiarum, & decus actionum & honorum, & decẽs senectus. Dignitas autem corporis in diuitijs est, quòd sit eius negociatio circa bona venditione & emptione. Decus vero diuitiarum est earum vsus, qua delectaretur eo. Apposui autem diuitijs hãc clausulam: quoniam magis expedit homini vsus diuitiarum quã earũ acquisitio: quoniã acquisitio est efficiens diuitias, vsus vero est ipsarummet diuitiarum in se. Decus M vero actionis secundum decentem opinionem, est id, quod omnes putant laudabile: & est illa, qua acquiritur res: quam appetunt plures indubitanter: aut meliores homines, & disputatiui, & dispositiui. Honor vero in hac nostra ętate est prouidẽtis decus actionis. Hominum autẽ, quibus est bona prudentia, ille ẽ ipsorum præmiũ recte & vere: ex quo non est aurum præmium talium actionũ, nec preciosa esset loco, earum, nec honorãtur solum illi, quibus

A bus est bona prouidentia de hominibus. Sed quando possunt vt sit eis illa bona prouidentia: hoc est illi, q bus est potentia ad hoc, licet non operētur tempore honoris. Prouidētia autem de hominibus, quę inferret honorem, est illorum prouidentia ad ereptionē eorum ab illis malis, ex quibus ereptio nō est facilis: aut adipisci eis illa bona quorū adeptio non est facilis. Hæ autem pulchræ actiones, sunt illę quę fiunt ex diuitijs, aut imperio, aut his similibus ex his, quibus homo valet ad tales actiones. Præterea honorantur B plures homines propter multa bona: sed ipsa sūt bona in respectu huius temporis, & huius horæ. Fit aūt honor propter res paucas per accidens, hoc est, qua accidit illis rebus, ꝙ sint plures in respectu illius horę, vel illius temporis. Rerū vero, quibus fit honor, quædam sunt cōmunes omnibus nationibus, & quędā sunt propriæ. Propriæ autem sunt, sicut sacrificia & oblationes, quibus moris Græcorū fuit honorare suos defunctos. Communes autem sunt gradus præsidentiæ & obtemperan C tiæ verbis alicuius hominis & cessio litis cum eo, & dona quæ inferunt amicitiam & conformitatem: quoniā donum amplectitur ambas res, distributionem diuitiarū, & honorem. & ideo placet cunctis hominibus & omnis homo reperit eo qđ appetit. & hoc, quia tres sunt species hominum, aut species amans honorem vel species amans diuitias, seu species amplectēs ambas res simul. Donum autem amplectitur optatū istarum trium specierum. Virtus vero corporis est ipsa sanitas: & hoc ꝙ homines sint simplr exempla morbis, & componant sua corpora, quia eius qui non componeret eius sani- D tatem, sua anima nō gauderet sanitate: hoc est ꝙ ipse nō sit decoræ dispositionis secundum eam, quod est remotum ab omnibus humanis actionibus, aut ex pluribus earum. Pulchritudo vero & decus variantur secundum hominum varietatē. Decus enim puerorum & sua pulchritudo, qua pueri sunt, est ꝙ sua corpora & formationes eorum sint dispositione, qua difficile sit eos recipere angustiam & passionem: hoc est, ꝙ non ferant damnum, & ꝙ sint iucundi aspectus in cursu & victo- E ria. & propterea est, ꝙ appareant hominibus pueri, qui prompti sunt ad quinq; exercitia, & ludos valde decoros. Intendo autem per exercitia & ludos res, quibus Gręci exercere faciebant suos adolescentes, qui sunt cursus, equitatio, & luctę, & saltus, & choreæ. Visi autem sunt sibi homines, ꝙ ille qui prōptus fuerit his actionibus, ꝙ sit pulcher: quia ē eis promptus propter agilitatem & victoriam. Qn̄ autem tales adolescētuli redderētur iuuenes, essent iucūdi aspectus in opere belli: & hoc ſm dispositionem, qua prompti fuerūt F ad bellum. Senum vero pulchritudo est fruitio suarum actionū operibus, quæ sunt ipsa beatitudo: & illę sunt propter quas adolescentuli exercentur his ludis, quæ sunt ipsa bella. & ꝙ cum hoc sint sani nō mœsti neq; tristes. & hoc quia męstitia & tristitia qn̄ vn̄t in sene, putatur ꝙ insint ei pp aliquid nouiter ei adueniens, qđ noceat suæ senectuti: sicut egestas, & vilipensio, & cætera talia. Solertia vero est vis, qua homo moueret aliū qualitercunq; ei libuerit.

Quia

G Quia ille est solers, quando attraxerit alium, aut propelleret ipsum, aut ipsum eleuauerit, vel expelleret eũ, aut premeret illum, & fieret ab eo hæc actio in omnes, qui ei obtemperarent aut pluribus eorum. Roboris autem virtus est ꝙ excedat plures homines, & superet eos longitudine & latitudine, & profunditate, & cum eius grossitie eius motus nõ sint defatigãtes occasione bonitatis huius virtutis: grossities autem eius nõ sit pinguedo neq; res acquisita. Dispositio vero, quæ vocatur fortitudo, est composita ex grossitie, &
H robore, & agilitate. & hoc, ꝙ quãdo agilitas connecteretur viribus, possibile esset ꝙ cito perueniret ad rem distantem. quia si esset agilis sine robore, non perueniret cito ad rem distantem. & hoc, quia qui amplectitᷣ grossitiem & robur fit luctator. ille autem, qui amplecteretur grossitiẽ, & robur, & agilitatẽ, est fortis. Qui vero amplexus fuerit luctam & agilitatem simul, nuncupatur apud eos nomine deriuato à peritia vsus roboris & agilitatis: qui autem amplexus fuerit omnes hos mores, est
I qui vocatur apud eos dominus quinque ludorum. Laudanda vero senectus est perseuerantia magnitudinis cũ puritate ex tristitia. quia si ꝓpinarent homini labores an̄ ei⁹ aduẽtum ad vltimum senectutis, non haberet senectutẽ laudandam. Si autem rediret, vt sit mundus à tristitia & si non acquieuerit vsq; ad vltimũ senectutis, & fuisset in tristitia & angustia, fieret habens decentẽ seu modestam senectutem. fieret aũt exemptus ex angustijs, quando haberet bonam portionem beatitudinis & virtutum corporis, hoc est, ꝙ esset sanus, & non occuparent ipsum impedimenta turbantia suam senectutem. & hoc, quia quando ipse esset K morbosus, aut eius fortuna esset aduersa, quia iam ipsum occupassent impedimenta, non esset decentis senectutis: & si esset longęuus & morbosus similiter. Iam autem dubitetᷣ quo modo esset longitudo vitæ cũ morbis: sed putatur ꝙ vis longitudinis vitę non sit vis sanitatis: quoniã nos aspicimus plures homines, quorũ vita prolongatur, cum sint morbosi. Huius autẽ verificatio est sciẽtiæ Naturalis: nostræ autem verificationis huic scientiæ non esset vtilitas. Rhetor autem persuadet per eã rem huius, quæ manifesta est. Copia vero amicitiæ & certitudo motus hominis ad fratres non lateret, L quando definiretur quid sit amicus & socius: quorum vterq; est qui ageret bonum, quod putaret ꝙ iuuaret alterutrum non bonum, ex quo ipsemet solum adipisceretur iuuamen. Qn̄ autẽ amicitia & societas sunt hæc, manifestum est ꝙ homo habeat aptitudinem dispositionis ꝑ multos fratres. Aptitudo vero fortunę beatitudinis est, ꝙ casus hominis M sit causa essendi ei ipsum bonum: & hoc aut ex bonis, quę sunt ei per se, aut ex bonis quæ sunt ei extrinsec⁹. Causa vero casus esset ipsa ars, aut esset ipsa natura, quę ẽ vt plurimum. Exemplum autem eius quod fit ex casu naturali, est ꝙ oriatᷣ homo habẽs vires & dispositionem: qua difficilis ei esset susceptio rerum veniẽtium ei extrinsecus. Veruntamen ꝙ homo sit sanus, causa est ipse casus naturalis: sicut ꝙ oriatur sanus. Fit autem casus artificialis: sicut si hausisset venenum, & curaret eũ ab aliquo

A quo morbo, qui eum oppresserat. Causa vero pulchritudinis & grossitiei, est casus artificialis & nalis. Et summa rei est: ꝙ bona, quorum causa est bona fortuna: quę est ipsa bonitas casus, sunt illa bona, qbus homo gauderet possidēs ea. Praeterea, bonitas fortunę fit causa bonorum, quę nō sunt vere bona, sed apparent bona in habitudine & comparatione ad alium: sicut turpitudo alicuius hominis esset quoddā bonum, quando aspiceretur alius turpior eo. Et sicut si duo homines existerent in vno loco belli, quorū vnū B illorum duorum offenderet sagitta & nō offenderet alterū, quia appareret, ꝙ maximum bonum prouenisset ei, quē nō offendit illa sagitta in habitudine ad alterū: & pręcipue si moris illius, cui nō offendit sagitta, fuisset ꝙ ī pluribus bellis millitatus esset: alter autem non militatus esset penitus, nisi in illo bello solū. Sicq; etiam, quando vnus reperiret prędam quam quęsiuerat, appareret ꝙ esset quoddam bonum in habitudine ad illum, qui eam non inuenisset, licet fuisset parua praeda. C Haec itaq; & consimilia sunt, ex quibus consuleret Orator prosperitatē bonę fortunae. Notificatio vero virtutis magis expedit, ꝙ habebat sermo de ea circa sermonem de rebus, ex quibus fit laus: quoniam virtus propria est laudantis. & ideo oportet ꝙ qui laudaret distincte, sciat virtutes. & licet earum quaedā sint futurę, & quędam praesentes, laudans consuleret de eis qua essent praesentes, deliberatiuus autē, quā eissēt futurę, hoc est iuuantes. Hi itaq; sunt fines, quibus consuleret deliberatiuus. Ex his autem manifesta sunt sua cōtraria, quibus deliberatiuus, D dissuaderet, & sunt illi, ex quibus fiunt orationes dissuasionis, cū numerus illorum sit ille idem numerus, & situs illorum ad orationes deliberatiuas est ille idem situs. Quoniam autem prima intentio cogitationis consulentis est, ꝙ consulat de re iuuante, ex qua sequerentur singuli fines istorum. & hoc, quia hi fines sunt initiū cogitationis, & vltimum operis. res autem iuuātes sunt vltimum cogitationis, & initium operis. Intendo aūt per initium cogitationis conclusionem: & per vltimum cogitationis ipsas pręmissas. E

De locis inferentibus Iuuantia, & Noxia. Cap. 9.

OPortet itaq; ꝙ Rhetor habeat bases & regulas quibus cognoscat ipsas res iuuantes per fines: quę sunt accidētia temporanea, ex quo ipsa sunt initium operis. Ea autem quae iuuant, & si non fuerint bonū simpliciter, sunt bonum, quia sunt via ad bonum simpliciter. Bonum autem simpliciter est illud, quod est eligibile propter seipsum, & alia eliguntur propter ipsum, quod omnes appetunt. Intendo autem hic ꝓ F omnes homines, qui habent prudētiam decoram & claritudinem. & hoc, quia bonum aut esset vere bonum, aut esset bonū extimatione. & hoc secundum verificationē isti' boni apud singulos homines. quando ergo rei, quam homo crederet, inueniretur hęc fides, iam sufficeret & completum esset eius quęsitum, & non relinqueretur ei desyderium alicuius rei penitus. Res aūt iuuantes ſm hoc bonum vsius, sunt quatuor generum, res efficientes, & res-

G conseruantes, & connexę efficientibus, & connexæ conseruantibus. Et hoc quia connexum rei numeratur cũ ipsa re: sicq; ẽt connexum corrũpenti rei numeraretur cũ ipso corrumpente: & connexũ contrarij efficientis cum cõtrario efficientis in rebus, ex quibus dissuaderetur. Cõnexio autem finis ad efficiens aliqñ fit simul, sicut connectitur laus acquisitioni rerum laudabiliũ: & aliquando fit posterius, sicut est scientia, quę vltimo sequitur doctrinã. Res aũt efficientes sunt trium specierum, per se, aut per accidens: quę H autem sunt per se, sunt duę, aut proxima, sicut alimentum est efficiens sanitatem, aut remota, sicut est ipse medicus: ea autem, quę est per accidens, est sicut actio exercitij defatigationis ad sanitatem. quando aũt oportet ꝙ species efficientiũ ipsum bonum, sint hę tres species. Necessario itaq; res iuuantes ad bonũ, quædam sunt bonę per se, sicut est collatio alimenti ad sanitatem: & quędã malæ per se, & bonum quoddã, qua iuuatur ad bonum, sicut est potus veneni ad sanitatẽ. Mala aũt, quæ ferunt ad bonum, sunt duobus mo- I dis: quorum vnus est, ꝙ ex eis acquiratur maius bonum quã sit malum proueniens ex eorum opere: sicut ẽ acquisitio sanitatis ex potu veneni: & sicut est pauca angustia ad acquisitionem multarum diuitiarum. & quędam eorum sunt ex quibus prouenit tutela à maiori malo q̃ sit illud, quod ex eis proueniret: sicut est tuitio quę aduenit nauigãtibus quãdo proijciunt suas merces: qm̃ proiectio mercium est mala: sed ex ea acquiritur tuitio à maiore malo quæ est submersio in mari. Illa aũt bona quę acquiruntur ex bonis, vo K cat Aristo. vtilitates simpliciter: illas vero vocat bona transsumptiue. & intendit per hoc transsumptionẽ à malo in minus malum, aut transsumptionem à malo ad bonum. Virtutes ãt, licet sint fines, sunt etiã bonę per se, & iuuãt propter bonũ: quia earum possessores sunt decorarum dispositionum: & cum hoc ipsę efficiunt bonum, & vtuntur eo. Conuenit itaq; ꝙ narremus de singulis harum, quo modo sint, quid bonum per se, & quomodo sint efficientes ipsum bonum, & distinguemus ipsam rem per hoc. Voluptates L autem sunt bonæ per se: quoniam omnia animãtia expetunt eas. Res autem iocundę sunt quid bonum, quando ille qui delectatur eis, fuerit decorę dispositionis. Inductione autem declararetur, ꝙ ipsę sint q̃d bonum, & ꝙ iam expediant etiam ad ipsum bonum. Partes autẽ vniuersalius aptitudinis dispositionis, quędam sunt, qui sunt fines solùm: & quędam sunt, qui numerantur fines, sed etiam expediunt ad ipsos fines. & hoc, quia quibusdam est ordo ad aliquas earũ: hoc est, ꝙ quæ M dam earum sint causa entitatis aliquarum earum, & pręcedẽtes illas. exẽpli gratia: quia fortitudo, & sapientia, & temperantia, & magnanimitas, & liberalitas, & cõsimiles virtutes animæ eliguntur per earũ vniuersitatem plures res partium aptitudinis dispõnis. Sicq; per vniuersitatem sanitatis & pulchritudinis ex virtutibus corporis eliguntur plures res, quę sunt aptitudinis dispositionis: illę aũt efficiunt illas. Sicq; ẽt eliguntur efficientes alias res ex aptitudine dispõnis: sicut sũt efficiẽ-

tes

A tes voluptatem, & efficientes decorum regimen. Hinc est, quòd putatur de diuitijs, ꝙ sint bonę, quia sũt causa harum ambarum rerum nobilium, quarũ vna est, voluptas, & altera decus regiminis. Et aptitudo dispõnis per fratrum multitudinẽ reperitur efficiens plures res bonas. & hoc, qñ amicitia inter eos esset ꝓpter ipsam amicitiam in se, non ꝙ sit amicitia inter eos propter aliam rem, qñ fratres, qui sunt talis descriptionis, faciunt vtile & honorem, & gloriam, & alia præter hæc, quæ eodem bonorum cursu cursitãt. Hoc
B autem fit in effectu & oratione, q̃a orationes & actiones quæ fiunt ad honorem & gloriam & alia præter hæc, quæ cursu harum cursitãt, sũt bona & vtilia. Vtiles autem per se sunt habitus naturales, quibus homo fit aptus ad res decoras: sicut est claritudo, & memoria, & disciplina & agilitas motus: sicq; etiam sunt ꝑfectiones scientię & artes. Sicque & laudabiles consuetudines, quę omnes cum sint iuuãtes ad alia ab eis, ipsę sunt in se bonæ per se eligibiles. Et ipsa sanitas etiã est quid bo-
C num vtile. Hęc itaq, sunt bona q̃ omnes concedunt, & cõueniunt in eis, ꝙ sint bona & vtilia. & quando declaratur de aliqua illarum rerũ ꝙ sit bona, illa declaratio nõ est modo falsigrapho, & sophistico, quæ fit in hac arte. qñ vero declararetur de aliqua re contrariorum istarum ꝙ illa sit bona, & de his ꝙ sint q̃d malum, hoc fit in hac arte sophistice, hoc est per declarationem fallentem & hoc, quia malum iuuat per accidens, sicut declararet vir orator ciuibus alicuius ciuitatis: ꝙ pusillanimitas sit eis bona, quia si efficerẽtur fortes, exirẽt ab ipsa ciuitate, & adhęreret eis inimic⁹: sed pusillanimitas non est bona simpliciter, sed D
esset bona hominibus ciuitatis, qui bus hoc acciderit. vtile vero, & vt plurimum, & per se est ipsum bonũ sicut ipsum malum contrarium illi bono est vtile inimicis. & hoc, quia ipsa pusillanimitas est vtilis inimicis, quà est mala per accidens hominibus ciuitatis. Sed iam cõtingeret ꝙ aliquid quod esset quoddam malum alicui homini, ꝙ noceret suo inimico. & id, quod ei esset quoddã bonum, iuuaret suum inimicum: sicut est pusillanimitas hominum ci E
uitatis, ꝙ qñ exeũt à ciuitate, nõ habent vires, vt resistant suis inimicis. decet autem oratorẽ, vt sępe apprime consideret vtilem harum rerũ. hæc autem enunciatio non est vniuersalis: hoc est, quæ asserit ꝙ omne nocens inimico & dolere faciẽs eum, id sit vtile: & ꝙ omne iuuans inimicum & lętificãs ipsum, sit noxium: quia multotiens fit ꝙ vna res noceat alicui homini & suo inimico, & iuuet aliquem hoĩem & suũ inimicum. Exemplum aũt illi⁹ q̃d iuuaret ambos, & vterque gauderet eo, est recessus inimicorum à se in- F
uicẽ, qñ fuerit inter eos magna clades & iam satur sit vterq; eorum ꝑditiõe & morte suorũ, absq; ꝙ vter eorum pręualuerit alterutri. quia qñ illico post hãc rem gestam recesserint à se inuicem, vterq; eorũ gauderet illo recessu. & iõ illud vtile eẽt etiam vtile ipsis inimicis. Noxium vero ambobus est id, quod multoties cogit ad amicitiam inimici. & hoc, quando coęquarentur ad peruentionem mali incidẽtis in ipsos absque excessu alterutrius eorũ: &

G tollerantia plurium nationum diuersarum fit hac de causa, & ideo dicitur ꝙ malum aggregat homines. Et hoc etiam est vnum horum, quo malum fit vtile: hoc est, ꝙ noxium cadens in aliquem hominem cadat in eius inimicũ. hoc enim cogeret amicitiam inimici: & tunc ille inimicus, qui extrinsecus descenderet, appeteret contrarium eius, qđ appeteret vterq; duorum inimicorum, in quos descenderet exterior inimicus. & hoc, quia vterq; duorum inimicorum appeteret amicitiam alterius occasione auxiliandi sibi cõtra inimicum descendentem in eos ex-
H trinsecus. Ille autem inimicus, qui descenderet, appetit reditum suę inimicitiæ ad suum robur, aut illã augeri. Arist. autem dicit ꝙ ideo fit vt plurimum eius qđ faciunt excessiua dispendia, & operantur vehemẽtes actiones ad tale bonum, quo repelleretur vehemens malum. Bonificatur autem anima dispendijs ad tales res, pp manifestationem illius qui cõnexus est eis ex finibus illius quęsiti, & eius propinquitatis: adeo ꝙ quando reperiretur hęc res, reperiretur & ille finis, ac etiam excessi-
I uum malum cadens in inimicũ esset causa admissionis pauci boni, quod illi prius prouenisset. & nisi esset illud non admitteretur. quia sicut refert Arist. & illud idem scribit ipse poeta Homerus: accidit cuidã regi, qui inimicus erat Græcorum, qui hora conflictus captus fuit: quẽ posuerunt angustis carceribus mãcipatum per plures annos. in quib⁹ carceribus interfecerunt eius filiũ & ille petiit ab eis, vt darent ei eius cadauer, vt conquereretur, & deploraret ipsum, vt sui moris ẽ in suos mortuos: & fecerunt vt petierat, tri- K
bueruntq; ipsum illi: qui gratulat⁹ est eis pp hanc paruam rem, quam ei concesserant. Vtile autem bonũ & opus, quod magnificaret eius modum apud illos, ad quos talia fiũt & eius agenti prouenirer maximum bonum ab illis, ad quos illud fieret, est ꝙ homo eligeret aliquem hominem excelsi modi cuiusdam generis hominum: cui etiam esset inimicus excelsi modi alterius generis hominum, & ageret malum in inimicos illius hominis, & bonũ amicis suis. Sicut accidit Homero cũ Græcis & suis inimicis. ipse enim inten- L
dens de quodam magnate antiquę prosapiæ Græcorum, pręrogatiua laudis determinauit illum, & Græcos eius amicos. quẽdam autem extremum eius inimicum determinauit vituperatione, & suos etiã, qui erant inimici Græcorum in quibusdam bellis, quæ intensa fuerunt inter eos. Fuit autem ille magni decoris & excellẽtissimus apud Gręcos, & magnificauit illum omni magnificentia: adeo ꝙ putauerunt de eo ꝙ ipse esset vir diuinus: & primus doctorum cunctorum Græcorũ. Et vniuersalius inimicis malefacere M
& amicis benefacere est ex rebus expedientioribus. conditionis autem huius operis, qua laudetur suus casus, est ꝙ fiat ex eo id quo appareat, ꝙ vires sui agentis non sint vigoratę ab alio ab eo: neq; ali⁹ adaptauit eum ad illud, siue agens fuerit magnum in se, aut paruum: & ꝙ putetur ꝙ eius operatio non sit occasione timoris, neq; rei quam speraret, sed secũdum ꝙ eius appetitus & desiderium ferret ipsum ad hoc. quoniam per hoc actus perseueraret

ab

A ab agente, & essent ei faciles nostrę operationes, quę fiūt propter timorem: & per aliquod paucum tempo ris non molestarent ipsum quando autem prolongaretur eis tempus, redderentur molestię, & pausarent. quando autem cessarent ex hoc, fie ret odium agenti ab eis in quē actę fuissent. & ideo annexum est actui, ꝙ sit facilis agenti. Hęc itaque sunt cōditiones principij actionis bono rum, quorū casus est laudabilis, & vtilitas est inuenta. Præmium vero cuius casus nō est laudabilis, est illud prēmium, quod fit ſm id quod B cuperet naturaliter ille, de quo meretur ab omnibus hominibus: qđ est ꝙ careat beneficentia, quæ peruenerit ei aut quantitate, aut vtilitate: aut quia id quod est ipsum præmium esset superfluum menti, & non indigeret eo. Illud autem præmium est, quo sophisticè fallitur. Ille autem de quo naturaliter meret̃, est ille, qui expetit ꝙ eius prēmium sit ſm reliquam harum trium intētionum: quoniā ille, de quo meretur est, ac si esset auarus ad largiendum, ille autem cuperet, aut ꝙ non C contingeret inde ei defectus boni, quod peruenerat ei, aut ꝙ defectus sit paucior quā bonum quod ei peruenerit. Quando autem ipsum præmium fuerit talis descriptionis: immo conueniret beneficentię, aut genere sicut de aureis per drachmas, aut virtute, sicut fit prēmium diuitiarum per honorem, quo acquirerent aliquid tale, quales sunt illę diuitię, idq; est iustum prēmium, immo est ęqualiter conuertibile. Quādo autem ipsum prēmium non fuerit conuertibile ęqualiter, neq; fieret eo fraus, sed putaretur de illo de quo meretur, quòd omnino sit eius D arbitrij prēmium deficiens, neque excedens eius arbitrium ad id quod esset maius: siue eius prēmium ceciderit ad id quod esset minus, aut ad ęquale, aut ipsū simile. Illud itaq; esset præmium decens: quoniam eius præmiū per minus non fuit tale ex arbitrio, sed quia nō fuit ei aptum aliud vltra hoc. quando autē contigerit cum hoc, quòd ille actus sit ex his, quibus gaudēt amici, hoc est amici illius, de quo bene meretur per illum actum, & male fit suis inimicis, & cum hoc esset res excellens apud plebem: & hoc in habitu E dine eius ex quo prouenit, & maxime quando beneficentia fuerit ex his quæ decēt appetitū eius, ad quē fieret sicut mereretur: aut amator honoris beneficaret honore, & amator diuitiarū diuitijs, & amator victorię victoria. Hæc itaque beneficentia non solum est iocunda recipienti beneficentiam seu suscipienti prēmium, sed etiam sibi est valde laudabilis: & sic est dispositio reliquarum specierum bonorū. Actiones vero beneficentiarum, & præmiorum incipienti, & ei de quo bene meretur, sūt faciles, & deceret ꝙ F perseueraret agens in ipsis, quando esset secundum suam naturalem dispositionē aptus ad illas actiones, & iam peruenerit ei habitus, quo ꝓueniant ex eis illę operationes. De numero autem bonorum aptorum quę non putatur quòd imminuant benefactorē penitus: sunt directio ad viam vitę, & increpationes morales. Ex his itaq; modis orator susciperet prēmissas, ex quibus traderet persuasionem, quòd res sit vtilis vel inutilis.

G De locis inserentibus magis Iuuatiuum, vel magis Noxium. Cap. 10.

QVoniam autem aliquando orator significat ꝙ ipsa res sit vtilis, sed argumentaretur, ꝙ hic sit aliqua res, quæ sit magis vtilis, ideo oportetꝙ sint ei loca, quibus valeat declarare, ꝙ res sit magis vtilis, & magis laudabilis. Quorum quiddã est ꝙ id quod omnibus rebus fuerit vtile, sit magis vtile quã id quod est vtile quibusdam rebus. Et quòd id cuius vtilitas est durabilior, sit vtilius eo cuius vtilitas est breuior. Et
H maius est vtilius minori: & qđ plus est vtilius pauco, & quod amplecti tur plures descriptiones ipsius boni aut quod ambiret cũctas illas, id esset vtilius. Descriptio autem perfecti boni est, ꝙ res sint eligibiles propter se non propter aliud, & quòd ab omnibus expectatur, & studiosi animo & sapiẽtes eligant illam. Id aũt, quod amplecteret omnia hæc attributa, aut plura eorum est summe bonum & vtile, quod est finis aliarũ rerum, quæ bonæ denominantur. Res autem denominatę bonæ dependentes ex hoc bono; quod
I amplectitur hæc attributa, dicitur de eis ꝙ sint vtiles, quando vni illarum acciperetur vnum horum attributorum aut plura vno attributo: & quælibet harum rerum, cui insunt plura attributorum ipsius boni, illa est vtilior, ex quo vnũ attributum non est vtilius duobus aut tribus. Ac etiam quando nobilissimum vnius gñis est pręstantius nobilissimo alterius gñis, genus cui⁹ ẽ illud nobilius, est præstãtius altero genere. Illius aũt generis quod est pręstantius altero, nobilissimum ꝓ stantioris generis est pręstãtius no- K
bilissimo alterius generis. id autem est conuersum primi. exempli gratia: quia si mares sunt pręstãtiores fœminis, vir pręstantior est muliere: & si vir est pręstantior muliere, mares præstantiores sunt fœminis. Hoc autem ita fuit: quia proportio nobilissimi ad suum genus, ẽ sicut proportio alterius nobilissimi ad suum genus: & sit proportio generis ad genus eadem proportione nobilissimi ad nobilissimum. Pręterea quãdo res infert aliquam rem quæ non infert eam, illa ex qua infertur res, est eligibilior, quàm illa ex qua L
non infertur illa res. exempli gratia, principatus & diuitiæ. quoniã diuitiæ annectuntur principatui: principatus autem non annectitur diuitijs: ideo principatus est eligibilior diuitijs. Sicq; etiam est dispositio noxiorum: quia egestati annectitur auaritia: ideo egestas deterior est quàm auaritia. Inferens autem triuio partitur: aut ꝙ simul sint præcedens & annexum: sicut est esse albi & albedinis simul, & sicut est nexus hominis & animalis: aut quòd reperiatur ipsum annexum postremo succedens: sicut est nexus sapiẽ M
tiæ ipsi disciplinę, aut suus nexus sit in potentia, hoc est, ꝙ alterũ eorum operetur actione alterius, sed non cõuertatur, hoc est, quòd illud alterum non operetur actione primi. exempli gratia, de egestate & auaritia: quia egestati annectitur quòd homo operetur actione auaritiæ, sed non annectitur auaritiæ actio egestatis: quoniam egestas impedit maiores res quàm sit priuatio vsus diuitiarum, quæ est auaritia. Rursus id, qđ agit vtilius bonum est,

A est vtilius: gratia exempli, solertia & pulchritudo, ambæ sunt vtiles, & bonæ, sed secundum solertiam maius bonum fit quàm fiat pulchritudine: illa itaque est vtilior. Sicque etiam sanitas est maioris vtilitatis quàm voluptas: quoniam plura bona fiunt sanitate quàm fiant voluptatibus. Ad hæc quod est eligibile, ipsum simplex maioris extimationis vtilitatis est quàm id quod non est eligibile nisi appositum cum altero: ideo quia pulchritudo non est eligibilis: nisi composita cum sanitate: sanitas autē est eligibilis sine B pulchritudine: iccirco sanitas ē maioris extimationis vtilitatis quàm pulchritudo. Ac ēt qñ fuerint duæ res, quarū vna ē ipsa pfectio, & altera via ad pfectionē: illa quę est ipsa perfectio, est præstātior, sicut sunt sanitas & voluptas: quia sanitas est perfectio, & voluptas est eius generatio: ipsa autem generatio est via ad perfectionem. Præterea quando fuerint duæ res, quarum vna est eligibilis propter se ipsam, & altera est eligibilis propter aliam, illa, quæ est eligibilis propter se, est præstantior C eligibili propter aliā. exempli gratia, sicut sunt scīa & diuitiæ: quia scientia est eligibilis propter se, diuitiæ autem sunt eligibiles propter aliud. Adhuc illa res, quæ constituit eius possessorē minoris indigentiæ amicis, aut vllo viro, est præstātior quàm illa quæ ipsum constitueret indigentiorem. quia qui sufficientior sibi est, & non indigens hominibus, est ille qui indigeret paucioribus rebus numero, & inuentu facilioribus. Præterea quando fuerint duæ res, quarum vna ad eius acquisitionem indiget secunda, secunda

autem nō indiget prima ad eius acquisitionem, illa quæ non indiget altera ad eius acquisitionem est eligibilior. Cuius exemplum est de diuitijs & filijs. quia filij indigent acqsitione diuitiarum: diuitię autem non indigent acquisitione filiorū: sicq; diuitiæ sunt pręstantioris vtilitatis. Postea autē declarabitur ꝙ res quę est principium, non oportet ꝙ sit maior re, cuius illa fuerit principium. & hoc quia volūtas est ipsius boni principium: boni autē opus maius est quā boni voluntas: sicq; etiam est de disciplina & scientia. Quando autem fuerint duæ res E duo principia duarum rerum, quorum principiorum vnum est vehementius secūdo, illa cuius fuerit vehementius principium, est vehemētior. At conuersa huius ēt, quia qñ duæ res fuerint pricipia duarū rerū, quarum vtraq; esset efficiēs, vna autem illarum vehementior fuerit secunda: illa quæ fuerit principiū vehementioris est vehemētior. Sicq; ēt qñ essent principia, quæ essent fines. Qñ autem compararetur principium efficiens ad finem, posse eēt, F ꝙ putaretur ꝙ efficiens esset vehementius fine. & hoc, quia efficiēs ē quod efficit finē: & nisi esset ipsum, non reperiretur finis. Posse autē esset etiam, ꝙ putaretur ꝙ finis esset vehementior quā ipsum principiū. & hoc, quia nisi esset finis efficiens, esset superfluum. Exēplū itaq; eius quo cōstituitur finis vehemētior efficiente, est sermo eius, qui narraret turpitudinem alicuius, & diceret, ꝙ expediat, ꝙ referatur ad iniquitatē, quando magis hoc effecerit quā aliquis alius, qui cōsuluerat ei hoc. qa nisi venisset ad illū, nō ꝑueniret ab

G eo illud opus, ex quo nisi ipse non effecisset illud opus, nō accidisset illud damnum. Exemplum autem illius, quo agens cōstituitur vehemētior fine, est sermo dicētis, ꝙ quidā sit magis laudabilis hoc opere quā aliquis alius. quia ille talis cōsuluisset ei illud opus: & nisi consuluisset ei illud: nō egisset illud opus laudabile. vtrobiq; autem vtimur eo qđ est ante finem occasione finis. Rursus cuius esse est rarius est excellentius. sicut ē de auro & ferro. nisi qa si aurum esset rarioris esse, nō esset vtilius. Amplius etiam est oppositū
H huius quod est, ꝙ cuius sæpius est suum esse, est excellentius eo, cuius esse est rarius propter multitudinē suarum vtilitatum. & hinc dicitur, ꝙ aqua sit bona propter frequentiā sui esse, & communitatem suæ vtilitatis. Ac etiam id quod est difficiliꝰ inuentu, est excellentius. quia id cuius difficile est esse, imminuitur inuentio: id aūt quod est difficile inuentu, est extraneum, & homines gloriantur eo. Oppositum aūt huius est, ꝙ id cuius eē est facile, sit excellētius, quia illud reperiretur quoties expeteremus ipsum. Item res,
I cuius contrarium est vehementius, ipsa est excellentior. Ac etiam cuius contrarium est fortioris damni, illa est vtilior. Non conuenit autem ꝙ per vehementius & rarius hic intelligatur vehementia comparationis fm bonum solum, sed etiā fm malum, & fm id quod non est bonū neq; malum. Sicq; etiam est de finibus & rebus, propter quas fiūt hæc opera: qn̄ quidā fines fuerint intensioris boni q̄ aliqui alij & intēsioris mali quā aliqui alij, res pręcedētes hos potiores fines sūt potiores. Pręterea illi habitus, & virtutes, & vni- K uersalius res efficiētes, quę vehemētiores sunt, opera proueniētia ex eis sunt vehementiora. qm̄ proportio operum ad principia est eadē proportioni principiorū inter se. quia si visus esset eligibilior olfactu, aspicere est eligibilius quam olfacere. Sicq; est dispositio omnium operationum ad suas causas efficiētes nō essentialium solum: sed etiā earum quæ casu accidunt ex re: quia excellentis rei casus, quo accidit, ē excellens. Et accidentium etiam, quæ inexistunt rei, hoc est ꝙ rei excellētioris accidens ei inexistens sit excellē- L tius. Ac etiam qn̄ amatur homo dives, excellētius est q̄ ꝙ amētur diuitiæ: quia amicitia hoīs excellentior est q̄ amicitia diuitiarū. Præterea ipsę virtutes excellentiores sunt q̄ habentes virtutes. Et res, quarū appetitus est studiosus, p̄stantiores sūt q̄ illæ quarum appetitus non est studiosus: exempli gratia, quia appetitus sciētiarum est studiosus, appetitus autem cibi & potus non est studiosus, quia scientię sunt pręstātiores cibo & potu. Sicq; & econuerso videlicet ꝙ præstantioris appetitus est magis studiosus. sicut quia scien- M tia est præstantior coitu, ideo eius appetitus est magis studiosus q̄ appetitus coitꝰ. Rursus scientiarum q̄ sunt magis decorę, & studiosę, operationes sunt meliores & magis studiosę. exempli gratia, quia ex quo scientię speculatiuę sunt magis studiosæ quàm practicæ, earū operatio quæ ē ipsa veritas, est magis studiosa reliquis, quarum operatio est ipsa praxis. Et econuerso illæ scientię, quarum operatio est præstantior, sunt pręstantiores. & hoc

quia

A quia ex quo constituere ſm veritatem est præstantius q̄ ipsa praxis, scientiæ speculatiuæ sunt præstātiores practicis. Hæc autem duo loca sunt connexa: quia proportio artis ad artem ſt proportio operationis ad operationem. Et id quod iudicāt omnes vulgares, aut plures, aut prudentiores, & meliores iustæ mentis q̄ sit bonum & prestantius, est prestantius simpliciter & per se quando illorum iudicium fuerit ſm suā naturam, & qua prudentes sunt, nō ſm q̄ extrinsecus illud acquisiuerīt ex opinionibus. qm̄ homines prudentes ſm suam naturam dicūt virtutes, & bona q̄ sint, & quot sint, & circa quā rem sint: licet id quod cōstituerint ſm suā naturam, sit aliud ab eo, quod cōstitueretur ſm scientiam. Id autem quod dictum est in definitione ipsius boni, q̄ sit quod omnes expetunt, intendimus illud bonum, quod omnes expetūt secundum suam naturalem creationem, hoc est prudentem. quia quod expetit creatio prudēs, qua ē creatio prudens, est bonum simpliciter, aut p̄stātius bonum: sicut notitia eius q̄ fortitudo, & modestia, & solertia sint bona, & eorū appetitus illarū. Id autem, quod est bonum in habitudine alicuius hominis, est, sicut quod apparet hominibus studiosis q̄ ferre iniuriam sit præstantius q̄ iniuriam inferre. nam hoc bonum non comprehendunt homines secūdum suam naturā: sed hęc opinio apparet illi homini, qui fuerit ī vltimo iustitię & studiositatis. Et rursus bonū, cui connectitur voluptas, eligibilius est, q̄ illud, cum quo nō est voluptas. Et id bonum quod est maioris voluptatis, est eligibilius. hoc autem ita fuit, quia communitas vulgi propinatur ad voluptatē & quærunt eam: & illorum inquisitio voluptatis est ꝑpter ipsammet voluptatem, non propter aliā rem ab ea. Id autem quod fuerit talis descriptionis, hoc ē omnibus extimatu, dicitur q̄ sit ipsum bonum & finis: igitur voluptas est bona. ea āt, quę sunt intēsioris voluptatis sunt delectabilia, q̄ magis depurata fuerint, à damno & mœstitia, & magis perseuerantis permanentiæ. Voluptas etiam pulchri iucundior ē voluptate turpis: qm̄ ipsum pulchrū est per se eligibile, & si non esset iucūdum. Et illa est ex rebus quas expetit homo, q̄ esset causa sui eē, aut sibi, aut suis amicis. & vniuersalius quælibet res delectabilis, quę ē præstātior, est magis iucunda q̄ vilior. Et illa quæ durabilioris tēporis fuerit, est magis iucūda q̄ illę, quę fuerint breuioris temporis. & illud bonum, quod firmius fuerit nobis est iocūdius, q̄ quod infirmius fuerit. & hoc, q̄a ex quo sanitas ē firmior nobis pulchritudine, esse sanitatis ē iocūdius nobis q̄ eē pulchritudinis. res aūt nobis iocundę aut iocūdiores sunt illę, quarū causa essendi nobis talis dispositionis est altera duarum rerum, aut prolixitas vsus rei: adeo q̄ delectemur ea propter vsū, sicut est dispositio voluptatis prouenientis ex scientia: aut quia illę sūt nobis iocūdæ, & expetimus eas naturaliter. Sicq; ergo res sūt maioris voluptatis, aut longitudine temporis, aut appetitu & nāli conuenientia. omnes aūt res, quæ facile expediunt maiori conuenientia, conferunt nobis sua stabilitate & firmitate. Sumuntur quoq; ꝑmissæ expedientiores

G dientiores & magis studiosi ex locis similium & coniugatorum. & hoc, quia si fortitudo est eligibilior quã temperãtia: vir fortis est eligibilior viro temperato: id etiã quod eligũt omnes ẽ eligibilius eo, quod nõ eligunt omnes vulgares. Ac etiam id quod eligunt plures hoĩes, est eligibilius q̃ id quod eligunt pauciores: quia bonum, dictum est, illud qđ omnes expetunt. Atq; etiam illud quod elegerũt primi iudices, hoc ẽ illi, q̃ nõ assumpserũt iura ab alijs, qui sunt legum latores, prætantius est eo, quod illi nõ elegerunt. Illud
H etiã, quod eligerẽt illi, qui ordirentur iura ex horum verbis, præstantius est, q̃ id quod illi nõ eligerẽt. Illi autem qui ordiuntur iura ex verbis primorum iudicum, ex quibus sumũtur bases iurium, sunt duarũ specierum. aut solum audientes eloquentes ad alios: aut audiẽtes scientes, hoc est valẽtes acquirere ex illis basibus quædam iura, quę nõ exposuissent primi iudices. hi autẽ sunt etiam duarum specierum, aut commissi primorũ iudicum, aut nõ cõmissi qui sunt legales. hę aũt sũt res
I omnium specierum ordinantiũ dicta primorum iudicum, quibus eloquantur quod audiuerint, aut oculatim viderint à primo iudice. Quædam vero sunt, quę peculiariter attribuũtur sapientibus eorum: & est oratio rerum quæ argumẽtatur ex primis iuribus, quę elegerat primus iudex: & audientes non haberent sapientiã, qua possent loqui de his rebus. Ea vero, quę peculiaria sũt primis iudicibus, vt de illis loquantur, sunt bases, quę graduanť gradu prĩcipiorum. Reliqua autem, quę iudicarent audiẽtes habentes sapientiã,

hoc est commissi & legales, quę Aristo. vocat res excellentes. Iudicium K
autem excellentiũ hoĩum purę mẽtis, quorum moris est, ꝙ sumanť omnes, aut plures, est pręstantius: quia priuatio assumptionis putaretur vituperium: & defectus hoĩs studiosi nobilis & pauca acceptatio suæ orationis. Aliquando autẽ putatur res ecõuerso huius. & hoc, quia aliquã do hi, qui sunt puræ mẽtis studiosi sunt accep tę orõnis: & si nemo plebis assumeret aliq̃d ex eis, aut assũpsisset parum ex eis & hoc quia horum orationes putatur ꝙ aliter sint
acceptę: quoniã quod placet plebi L
est, quod per se nõ est acceptũ. pauci aũt ex plebe sunt discernẽtes. Ac etiã studiosi, qui celauerint suas virtutes à plebe sunt magis laudabiles licet sint rari ſm esse, magis aũt ostẽditur, qm̃ illi celauerant suas virtutes à plebe: ex quo timuerunt, ne ab illis aduenirẽt eis ignauia. Principale autem quod perficeret hoĩem, qñ ei aduenirẽt, est, ꝙ esset causa essendi has res aduenientes suis virtutibꝰ quæ intenduntur ab illis ad virtutes. Hinc itaq; sunt huiꝰ speciei orationes acceptę: sicut fuerũt acceptæ orationes primæ speciei huic cõtra
riæ, quę acceptę sunt illę autem sũt M
illę, ex quibus acceperat plebs. Oratio aũt speciei valdæ acceptæ ab hominibus est illorum, quorũ honor est maior, quoniã ex quo honor est pręmiũ virtutis, putatur ꝙ quanto honorabilior fuerit homo, tanto esset maioris virtutis. hoĩs autẽ illius speciei, quos offendisset maximum damnum & plurima pœna virtutũ occasione, illi sunt pręstantiores & maiores. hiq; sunt homines, qui qñ elegerint aliquam rem, alij autẽ ele-

A gerint aliam rem præter illam, illa quam hi eligerent, esset præstantior & eligibilior. Diuisio autem rei in suas partes conduceret putare de re ꝙ sit magna & præstans: & ideo Homerus, quando voluit magnificare malum quod contigit cuidam ciuitati, loco eius assumpsit suas partes, & meminit de interfectu infantiũ, & vlulatu propter eos, & combustione ciutatis, & alijs speciebus malorum, quæ contigerant illi. Sicque etiam compositio cõducit ad putãdum de re ꝙ sit præstantior, & est e contrario huius: hoc est, ꝙ acciperetur B loco particulariũ ipsum vniuersale, quod contineret illa. Causa autem prouentionis ipsius persuasionis in his duabus speciebus est trãsmutatio & commutatio. Ex quo autem res difficilioris esse secundum se & rarioris esse, putatur ꝙ sint præstantiores, res quæ sunt frequentioris esse secundum se, & facilioris esse videntur excellentes, quando reperiunť in locis, quibus suum esse est raro, aut tẽporibus quibus raro sũt, & ætatibus hominum etiam, quib⁹ raro reperiuntur. sicut esse hominẽ oratorem ętate puęritię, aut ea, quorum moris nõ est ꝙ reperiantur in C eo in successu sui temporis: sicut est ille, qui ageret breui id, quod ei⁹ cõditionis est ꝙ agat longiori tempore, aut illæ res prouenirent ex potentijs, ex quibus raro proueniũt. sicut si imbecillis ageret opus fortis: & æger opus sani. Omnia autem hæc, & eis similia sunt ex his, quæ cõstituunt excellentem & admirandum hominem, qui nõ est excellens. Ac etiam pars excellens vnius rei est ex excellentioribus rebus, sicut est cor animalium aut cerebrum, aut ver

ex anno, & iuuenis ex ciuitate. Præterea id quod expedit præstantiori, D est maioris vtilitatis q̃ id quod magis noceret imbecilliori, sicut est sanitas in senectute & morbus in ea: quia sanitas in ea est eligibilior q̃ ĩ puero: ægritudo vero est nocibilior in ea. Iterum id quod fit in vltimo vitæ, est præstãtius: quia res quę solent fieri hoĩbus in vltimo suæ vitæ sunt pręstãtiores: sicut est scĩa, & sapientia, & cæteræ virtutes, q̃ pficiuntur longitudine vitę. Item res, q̃ qñ fiunt aut accipiuntur, earum actio esset sua veritas, sunt excellentiores q̃ illę q̃ qñ fierent, nõ esset sua actio E veritas suæ perfectionis. Arist. autẽ vocat illas, quæ qñ fiunt, earũ actio fuerit sua veritas, eas de quibus intẽditur veritas: alias vero vocat illas, de q̄bus intẽditur laudabilitas, hoc est, quarum actio non est sua veritas. Et definiuit res, de quib⁹ intenditur laudabilitas, ꝙ sint illæ, q̃ qñ ignoranter, aut errore fierent, non laudarentur omnino. Illę autem, de quibus intenditur veritas, sunt res, quæ qualitercunq; fierẽt attigissẽt perfectionem. & ideo bonitas receptionis decentis est pręstãtior actione rei decentis quia qñ fieret errore F aut ignoranter actio decens, non acceptareť neq; laudaretur eius agẽs. ex bonitate vero passionis & receptionis ipsius qualitercunq; contingeret, eius recipiens iam acquisiuisset inde ipsum bonum. Ac etiam id, cui⁹ actio est eligibilis propter se, & si nemo cognosceret illud, est eligibilius eo, quod non est eligibile: nisi qua cognosceretur, sicut est dispositio sanitatis & pulchritudinis, quoniam sanitas est eligibilis propter se, pulchritudo aũt est eligibilis pro

pter

G pter aliud. Ac etiam quæ expediunt pluribus rebus sunt præstantiores: sicut q̃ expediunt lõgitudini vitę & decori victus, hoc est victui delectabili, & voluptatibus hoĩum & largitioni bonorum. Et hinc est quod putatur de sanitate & diuitijs, ꝙ ipsę sint excellentes, quia amplectunť dimissionẽ miserię, & actionẽ iocũdã: hoc est quia sanitas est cã actionis iocũdæ, diuitiæ vero sunt causa omissionis miseriæ. vtraq; aũt istarum per se est præstans, & p se eligibilis: hoc est demissio miseriæ & actiones iocũdæ. qñ aũt coniũgunť
H in hoĩe, constituunt ipsum magnũ & præstantissimum quorũcunq;, siue nouerit hoc quicunq; nouerit illud, siue ignorauerit illud. qm̃ hæc sunt bona, q̃ vere acquirunť non ex his bonis, de quibus intendiť laus. Existentibꝰ aũt ipsis diuitijs cã cessationis miseriæ, putant quidã viri, ꝙ ipsę sint ipsa felicitas. Alijs aũt apparet, ꝙ felicitas sit, cũ illis connectiť alia res, quod est necessariũ. quia cõueniẽtius est, ꝙ beatitudo sit cõstãs & tuta, q̃ ꝙ pericliteť. quia damnũ adueniẽs illi, qui hẽt duos oculos, et
I defecerit vnus eorũ, nõ ẽ sicut illiꝰ, qui hẽret vnũ oculũ, & deficeret ei. quia ab ipso monoculo auferreť magis amanda res, q̃ auferreť ab illo, q hẽret duos oculos. Et sic si felicitas eẽt diuitijs & alia re, damnũ adueniens ex ablatione diuitiarum non esset sicut ex ipsarũ ablatione, si ipsæ solæ essent ipsa felicitas. Sermo aũt de omnibus his rebus hic nõ est ẜm modum verificationis, sed locutio de eis est ẜm modum, quo indiget eis orator. Expedit aũt semp oratori, quando intulerit conclusiones ex talibus præmissis ꝙ eas cõfirmet exemplis sumptis ex viris, qui operati fuerint illas operationes, & aduenerit eis vtilitas, aut damnũ. Hinc ẽ ꝙ expedit oratori, ꝙ obseruet narrationes & historias. Hę itaq; sunt res, quibus constituitur ꝙ res sit vtilior, aut magis noxia. K

De rebus quibus fit bona persuasio, aut dissuasio statutorum. Ca.. II.

DE rebus vero, quibus fit psuasio & dissuasio, iam prius dictum est sufficienter. Præstãtior vero & excellentior earũ est sermo de rebus, quibus valemus ad bonitatẽ suasionis statutorum, & largitionis consilij de ipsis statutis, quibus nõ est quid præstantius. ideo expedit ꝙ perficiamus hic sermonem de eis. L
Et dicimus ꝙ largitio consilij statutorum iuuãtium, & perfecta suasio de eis contingit per notitiã specierũ politiarum & morũ & statutorum, quę peculiaria sũt singulis politijs. & hoc, quia ĩ vnaquaq; politia sũt statuta iuuantia ipsam, quę sunt statuta, quibꝰ fit euasio illius ciuitatis & eius stabilitas. Nobilia ãt statuta iuuantia sunt ipsa iusta, hoc est, q̃ M
iuste sunt imposita: quę descripserit primus princeps ciuitatis, aut commissus sup eã a prĩo principe. Differũt illa statuta nobilia, hoc ẽ iusta statuta poliliarum ẜm varietatẽ sui finis, & numerabimus ea numero politiarum. Exempli gratia, quia ĩ politia victorię iustitię est, ꝙ nõ sit ęstimãdum, quando imperator verberasset illum, qui esset sub imperatore. In politia autem nobilitatis iustitia est, ꝙ ille, qui est sub impatore, verberet imperatorem: sicut sũt verbera, q̃bus verberauerit ipsum in maxil-

A maxillam. Politiæ autem vniuersalius sunt quatuor: videlicet politia popularis, & politia tyrānidis, & politia regia, & politia vnitatis, quę est ipsę honor. In singulis autem his politijs intentum statutorum impositorum in eis est ipsa ciuitas, & cōmune, non priuatum. Ciuitas itaq; popularis est, cui⁹ principat⁹ est casu & fortuna, non cōuenienti decreto: ex quo in hac ciuitate nō est prælatura vnius ad alterum. Tyrānidis vero principatus est, in quo præponuntur magistratus super politicos ad omissionem ociorum & occasionum, non modo quo expēsa sit ad

Politiatū spés quatuor.

B cautelam & fortificationem, neque ad componendum thesaurū ad ciuitatem, sicut res se habet in alijs politiis: sed modo, quo collectio diuitiarum, perueniat primo principi: & si gratis distribueret illis portionē aliquam ex collectiōe illarum diuitiarum principatus esset collectio diuitiarum. Si autem non gratificaret illis aliqua portione illius collectionis diuitiarum esset principatus victoriæ, idest potētum, & esset in gradū serui ad primum principem: & eius cautela ab eis esset secundū gra

C dū cautelæ hominis à suo seruo. Bonum autem regium est dominium, quod fit modo morigerationis & educationis ad id, quod expedit ſm legem. qm̄ qui consulunt quod p̄cipit lex, dominantur bono regio. hoc autem est imperium, quo peruenit directio dispositionis hoīem ciuitatis & humana felicitas. & ideo hi sunt studiosi, & valentes ad opera, quę largirentur felicitatem ciuitati, & facit solertes & cautos ab his, quorum conditionis esset corrumpere ciuitatem interius vel exteri⁹. & ideo vocatur hęc politia hoc nomine. Hoc aūt imperium, de quo meminimus est duarum specierū: videlicet principatus regius: & est illa politia cuius opiniones & actiōes sunt sicut inferrent sciētię speculatiuæ. Secundus autem est principat⁹ optimatū, cuius actiones sunt studiosæ tantū. hoc autem vocatur sacerdotium. & fertur ꝙ inuētum fuerit ī primis à Persicis, vt narrat Abumazar. Vnitatis autem est principatus, quo amat rex, ꝙ peculiariter discernatur honore principali, & non deficiat ei aliqua res, quę communicatur alteri hæc autem est contra- D

E ria politiæ optimatum. Statuta aūt harum ciuitatum aliquādo sunt īposita determinata eis impermutabilia perpetuo vna: sicut est dispositio legum nautarum. & aliquando non hn̄t statuta determinata, sed dimittitur res imperatorib⁹ earū, ſm quòd magis expedierit pro singulis tēporibus: sicut hodiernis tēporibus est dispō plurium legū Romanorū. Non conuenit aūt, ꝙ lateat nos ex his quib⁹ descripsimus has politias finis singularum earū. qm̄ qn̄ nos nouerimus finem, cognosceremus res, quæ eliguntur propter finem.

F Finis autem politiæ popularis est libertas. finis vero tyrannidis est collectio diuitiarum. finis autem boni imperij est virtus & corroboratio legis. finis autem vnitatis est honor. Finis autem imponētis politias, in quibus non instituuntur leges impmutabiles, est cautela & tuitio ab errore occurrente legibus mutatione temporum, & locorum. Conuenit autem ꝙ scias, ꝙ hæ politiæ, de quibus meminit Aristote. non reperiuntur simplices, sed vt plurimum

inue-

G inueniunt cōplexę: sicut est dispositio politię, quę nunc reperitur, qa qn̄ perspiceremus eā, inueniremus ipsam amplectentē virtutem & honorem, libertatem & victoriam. Qn̄ aūt sunt notę nobis spēs politiarū, manifestum est, ꝙ nos possumus cognoscere mores, & leges, q̄ cōducūt ad finē vniuscuiusq; harū politiarū hoc est qui expedirēt eis. & intendamus habitum illorum morū nostrę animę, & possessionem speciei illarum legum, quibus intendimus suasionē: qm̄ orationes, quibus dissuademus, fm leges suadēt, qn̄ hi q

H consulunt sunt iusti & decori operis: adeo ꝙ hæ res hic prędictę sint nobis notę, & existant in nobis: ꝙ qn̄ nobis inexistat mos, quē suademus, nostra oratio de illa suasione est vehementioris suasionis. Et iō expedit, ꝙ nō cōsulamus, nisi de his quæ reperiuntur in nobis, & pciperemus, ꝙ nobis inexisterent. Notū autem est ꝙ constantia legum iuuātium finē acquiritur modo resolutionis & speculationis ad finē Iam itaq; expositum est ex hoc sermone vnde sumantur ea, quę suasionem vtilis largiuntur ex ipsis legibus sin

I gularū politiarum, & quot sint modi politiarum, & legū, versus quas versantur: hoc autem fit: fm ꝙ satis est huic arti. Sermo vero de his rebus fm verificationē habetur in libris Politicorum.

Sermo de laude & vituperatione.
Cap. 12.

POst hæc vero loquamur de virtute & vitio, honesto & turpi. qa hæc sunt, quibus aliqua res laudatur & vituperatur. & cōtingit ex nostra notificatione harum rerū, ꝙ notificemus res, q̄bus homo con K stitueret pręstātiā sui ipsius: ex quo hic est secundus trium modorum, quibus occurrit suasio, sicut ex nostro sermone prętmissum est. & hoc quia est specie laudis. hoc est, ꝙ rebus quibus possumus laudare alios valeam⁹ laudare nos ipsos: licet nō cōueniat omnibus reb⁹, quibus laudaretur alius. Sed hoc solum fit fm virtutes, quę sunt res, quę vertunt ad arbitrium. Quoniā autem sæpe accidit, ꝙ hoīes & spiritales laudentur virtutibus & rebus aliis vltra virtutes, & non solum laudibus horū hoc accidit, sed etiam laudibus rerū animatarū, & inanimataꝝ, hoc est, L ꝙ ipsi laudentur aliis rebus, exceptis virtutib⁹. Cōuenit itaq;, vt loquamur hic de rebus, ex quibus sumerentur præmissæ ad laudādum per virtutes, & per alias res à virtutib⁹, vt sermo de his sit vniuersalis.

Dicimus autem quòd honestum Honestū sit, quod est eligibile propter se, qđ est laudabile, & bonum, & iocundum, qua est bonum. quando autem ipsum honestū hoc fuerit, manifestum est, ꝙ virtus sine dubio sit honesta, quia est bona & lauda Virtus bilis Virtus autem est habitus, qui M metitur omnem actionem, quę bona est ratione illius mēsurę aut putatur, ꝙ sit bona, hoc est conseruās hanc mensuram, & efficiens ipsam. & ideo est qui facit esse omnem actionem, qua intenditur versus aliquem finem nobilis mensurę excellentis modi ad prouentionem finis ab illa. Partes vero virtutis sūt iusti Virtutis partes tia, hoc et vniuersalis ęquitas, & fortitudo, & magnificentia, & tēperantia. & magnanimitas, & humanitas & liberalitas, & prudentia, & scientia.

A tia. Quædam autem harum virtutũ sunt, quæ sunt virtutes solum in essentia studiosi: & quædã earũ sunt, q̃ sunt virtutes, quibꝰ agũt in alios hoĩes. Hæ aũt, quæ agunt in alios homines, p̄stãtiores sunt apud quosdam hoĩes q̃ apud alios, & aliquo tẽpore magis q̃ alio tempore. Exempli gratia, quia virtus fortitudinis ẽ eligibilior tempore belli q̃ tempore pacis: sed virtus iustitię est eligibilis in pace & bello simul. virtus autem liberalitatis & magnificentię est eligibilior indigentibus q̃ non indigẽtibus. Differt aũt virtus magnificentię à liberalitate ſm magis & minꝰ: q̃a vtriusq; actio est in diuitijs: sed B magnificẽtia est maior actio q̃ opus liberalitatis. Iustitia vero est virtus æqualis, qua studiosus largitur singulis hominibus portionem illis expedientem: & hoc ſm mensurã, quã præcipit lex. Iniquitas aũt est mos, qua homo accipit aliena, quæ lege non essent sumenda. Fortitudo verò est virtus, qua homo agit operationes decẽtes & expediẽtes ad solertiã, vt præcipit lex: adeo q̃ hac eiꝰ actione dirigat̃ ad legẽ. Pusillanimitas vero est contrarium huius. Temperãtia vero est virtus, qua homo operatur C circa voluptates corporis ſm mẽsuram, quam præcipit lex. Intemperantia aũt est contrariũ huius. Liberalitas vero est virtus agens honestũ circa diuitias, quod famosum fuerit. Auaritia autem est huius contrarium. Magnanimitas vero est virtus, qua fit decus excellentium actionum. Pusillanimitas autem & insensibilitas est eius contrarium. Prudẽtia vero est virtus intellectus, qua fit decus animaduertentiæ, & consilij, cum esse virtutum moralium illi, quę sunt ex rectitudine di- D spositionis. Hic itaq; est sermo de virtute & suis partibus, quatenus indigemꝰ eo in hac arte. Cõstituere vero reliquas res vltra virtutes quibus homo laudatur non est difficile. & hoc, quia notum est, quòd agentia virtutum sicut sunt intelligentia, & vsus rerum, quibus attinguntur virtutes, sunt res decoræ & laudabiles: res vero, quæ insunt ipsismet virtutibus, hoc est accidentia quæ insunt eis: & res, quæ connexæ sunt virtutibus, sunt illæ, de qui- E bus nunc loquemur, quę sunt signa virtutum, & accidentia connexa virtutibus. Laudatur aũt hõ suis actibus, quando fuerint decori & laudabiles: quia plures actiones virtutum sunt res, quibus nõ laudat̃. Siľr etiã sunt plura accidentiũ. Exẽplũ actionum & accidentium, quæ sunt laudabiles, sunt actiones fortitudinis in bello, aut illius qui actionem virtutis egerit in bello. & si non fuerit ex illis, quibus est habitus fortitudinis. Sicque etiam sunt accidentia, quæ adueniunt fortitudini, quibus laudatur aliquis. Exemplum vero F actionum, quibus aliquando non laudatur], est sicut distributio diuitiarum: quia est de numero actionum liberalitatis. sed hic est actus modi prodigalitatis. Exemplum autem accidentiũ, quibus non laudatur homo, est passio hominis ab ęquitate, & eiꝰ receptio. & hoc, quia actus ęquitatis est laudabilis: passio vero ab ea non est laudabilis: quoniam putatur de ea quòd sit depressio & dedecus. Et vniuersalius actiones virtutum sunt laudabiles, quando iuste metiuntur: operationes autem magnæ difficiles factu,

G ctu, quibus homo laudatur, quarũ præmium est honor, sunt laudabiliores q̃ operationes, quarum præmium sunt diuitiæ. Ideo quãdo esset hic actio amplectẽs ambas res simul, & suus agens qui operatur eẽt tantum propter honorem, laudaretur ex illa. Et quanto homo nõ operaret virtutes propter se, magis laudaretur. & si actus esset rerum, q̃ sũt bonæ simpliciter, similiter laudaretur suus agẽs. Ac etiam laudatur ipsis rebus, quę sua natura sunt bonę, & si sint noxiæ agenti: sicut est de actione iustitiæ: qm̃ sæpe iustus agit

H sibi noxium. Operationes autẽ quę propriæ sunt rebus defunctorũ, sũt laudabiles: qm̃ ex actionibus, quæ sunt viuentium, homo sępe intẽdit vtilitatem suijpsius. & vniuersalius quilibet actus, quo intenditur alienũ, & nõ recipit ex eo vtile suꝰ agẽs, aut inde aduenirет ei damnum illo, ipse laudaretur. Et actus etiam ipse est laudabilis benefacientibus hominibus, quia ipse ẽ iustitia, ex quo suꝰ agens non recipit ex eo vtilitatem. & ex his quæ significant hoĩem studiosum, est, quia ipse nõ operaretur

I actiones, quas tribuerent ei viri intemperati: immo increparet eos sermone & opere. Sicq; etiam cautio studiosorum, & eorum commendatio ex his, quibus laudaretur aliquis hõ, & pudere ex commemoratione turpitudinum est ex his, quę significant virtutem: quia putatur de illo viro, ꝙ verecundia prohiberet ei cõducere illud vitium. Ac etiam inuerecundia ad commemorationẽ turpitudinũ est signũ, quo homo laudetur, & hoc, quia putatur ꝙ pudore comprehendatur hõ, qñ commemorantur turpitudines quas egerit, aut ei peruenisset valere ad illas, aut eas percuperet. Sicut retulit Arist. ꝙ accidisset cuidã mulieri notæ sapiẽtię apud eos, cui quidẽ certus hõ obloquutus fuerat turpia: qñ dixit ei vellẽ tibi dicere orationẽ, quã ferre impedit pudor. Illa aũt trãsiuit, nec dedit rñsum illi turpi orationi, neq; adepta fuit inde tristitiam, neq; passionem aliquam. Nam ipsa sibi visa fuit: ꝙ occasione suarum virtutum nemo obloqueret ei, neq; nutu, neque cõi sermone, q̃ sunt duę spẽs locutionis: ĩmo tunc illa cõstituit narrare virtutes, & laudare eas hñtes cõ tristata eis exclamãs ad illas. Nec viri ẽt, qui secũ erant, irati sunt verbis illius viri, nec suo obloquio: cũ noscerẽt ꝙ talis matrona nõ suspicaret tale. Et ideo exclamatio ad res, quæ adipisci facerent laudẽ, & inflãmet ad illas, constitueret exclamantem ad illas, & eis inflãmatũ inter viros hñtes virtutes, quę non perueniunt hoĩbus, nisi vehementi inclinatione naturæ, sicut est tẽperãtia, & fortitudo, & cæteræ. & hoc qñ illi esset habitus ad reductionẽ suę operationis, & exclamare ad illas & excalescere eis: sicut acciderat huic mulieri, de qua mentionem fecimus cum illo viro. & hoc, quia talibus operationibus redditur vir de numero virorum habentium virtutes, quæ nõ peruenirent homini nisi maxima aduertentia. decus aũt boni, qñ ipse decorus nõ acquireret ex eo aliquam rem, est ex his quibus laudaretur. & ideo laudatur hõ æquitate & iustitia, qua sunt vtiles, sicut laudaret eis, qua sunt honestæ. Vendicari ẽt hominẽ ex inimicis & non parcere eis, est res, qua meretur laudem. quia vendicari ex eis est meritum: meritum

K (right margin, line 1) · L · M

A tum aũt est iustitia honesta. Amor etiam victoriæ ac amor honoris ẽ ex his, quibus laudat͛ homo: qa ambo sunt signa, quę significãt electionem virtutum, nõ occasione acquisitionis diuitiarum per eas. Amor aũt victorię significat electionẽ fortitudinis. Amor vero honoris significat electionem cunctarum virtutum. Et ideo optatę electæ virtutes sunt illę, quibus acquirens eas nõ intenderet acquisitionẽ diuitiarum. hoc. n. significat excellẽtiam virtutis. Illis autem actionibus laudatur
B homo, quarum moris est, ꝙ permaneat sua memoria perpetuo obseruata hoĩbus. Res aũt, quibus laudaretur hõ, sunt laudabiles dispositiones apud hoĩes, quas cõstituerẽt signũ excellentium sicut hoĩem esse decoꝝ versibus, poematib⁹, & hymnis apud Gręcos. hoc. n. significat nobilitatẽ & excellẽtiã: ex quo non cuique hoĩum facile est decus versuum & poematum. Nã decori poetę non facerent opus illius, qui nõ fuerit poeta decorus, neq; acciperẽt pro sua arte, quamcunq; artẽ quæ contingeret. Nobilitatis aũt condi-
C tionis est, ꝙ hõ non indigeat alijs, sed sibiipsi sufficiat. Expedit autem ꝙ accipiamus in laude, & vituperatione res proximas vitijs & virtutibus. Illa autem sunt vitia, ex quib⁹ reperiuntur opera virtutis, aut virtutes, ex quibus inueniuntur opera vitiorum. Laudatur autem homo vitijs, ex quibus inueniuntur opera virtutis, quando putatur ꝙ illę sint virtutes, quia illa opera sunt opera virtutum: & sic putaretur ꝙ virtutes sint vitia, quia accidit ꝙ ex eis inueniant͛ opera vitioꝝ. Exemplũ qdem vitioꝝ, ex quibus inueniuntur opera virtutum, & putatur ꝙ sint virtu- D
tes, ẽ vt defatigatus, à quo fiũt opera patienter tolerantis, & putatur ꝙ sit tolerans. Et torpens, ex quo reperiuntur opera circumspecti: & propterea putatur ꝙ sit circumspectus. Et similiter insensatus, qui putatur ꝙ sit temperatus: cũ sit ab eo opus tẽperãtis per accidẽs. & sic pręceps audax putat͛ ꝙ sit fortis: & corruptus mentis, ꝙ sit venerandus. Exemplũ autem huius quod putatur ꝙ sit vitium & non est vitium, ẽ, ꝙ accidit magnanimo, ꝙ timeat res paruas: & putatur ꝙ sit errans, & subdolus. Magnanimus autem faceret hoc in E
rebus, ex quib⁹ nõ adueniret ei magnus timor: neq; vehemẽs damnũ. & hoc etiã vbi decet eũ ꝙ negligat illas. Ac etiã putatur hic locus econuerso huius, ꝙ dicatur de timido ꝙ sit magnanimus. Et ex eo, ꝙ laudamus hoĩem distribuentẽ sua amicis & aliis q̃ amicis cognitis, & incognitis. nam putat͛ ꝙ excellentia virtutis liberalitatis sit distributio diuitiarũ omnibus. Expedit aũt, ꝙ laus sit corã amicis illius, q laudatur: sicut dixit Socrates, ꝙ facile sit laudare Atheniẽses Athenis: & expediat laudare singulos homines, qua sũt laudabiles suę nationi: & viris ei cõ F
ciuibus, ex quo hoc est varium. Ex laudibus aũt rerum quę sunt extra, est laus patrũ & cõmemoratio gestoꝝ Antiquorum. Et hominis laudis est, qua sua cogitatio ascẽdit virtutibus: & non satisfit his, qui ei ꝑuenerint. Vir autem magnanimus, qui nõ satisfacit suo aĩo his gradibus dignitatum, q̃ ei peruenerant, laudat͛ ambabus his rebus extrinsecis: hoc est, virtutib⁹ suoꝝ maiorũ, & quibus ipse acquisiuerit conuer-

G tendo se ad illas. sicut diceretur de quodam excellenti opere, quod incœpisset ex parte suorũ maiorum, & ad quod opus finiret ex parte sui animi. Ille vero, qui nõ animaduerteret ad adipiscendũ maiorem gradum dignitatis q̃ peruenisset ei, laudaretur tãtummodo ex rebus, quæ sunt exterius ex parte suorum maiorum. ac si putaretur hic ꝙ nõ conueniat, ꝙ satis sit hoĩ, laus glorię maiorũ suorum absq; eo ꝙ cũ hac laudetur propria virtute sicut veteri prouerbio dicitur; Nõ est nostra in prosapijs sustentari: & si nobiles
H extiterint nr̃i primi maiores equites. satis vero nobis est laus proprię virtutis absq; mentione maiorum. Vera autem laus fit opibus, quę sũt ex voluntate & arbitrio. qñ actus qui volũtate & arbitrio fit, est actus studiosus: laus aũt per res, quæ fortuna & casu fiunt, est, quia qñ illæ annectuntur virtutibus, esset eis decus & gloria: sicut est dignitas generis, qñ connectitur virtuti: & eufortunium quod connexum est actib⁹ virtutum. Tunc aũt actus qui fiunt fortuna, & accidentia quę per acci-
I dens, coniunguntur actibus qui voluntate fiunt, ingrediuntur laudẽ, qñ pluries ſm vnam descriptionẽ redierint: adeo ꝙ putetur ꝙ sint per se. & hoc, quia qñ eis acciderit hoc, putatur ꝙ sint signum virtutis, sicut multotiens puderet hoĩem casus in locis, quibus laudatur pudor. Ingrediuntur aũt hę res laudẽ, quia laus est oratio describens magnificentiã virtutis. hæ aũt res sunt, quibus magnificaretur virtus. Quando autẽ vtimur his rebus ad laudẽ, expedit ꝙ vtamur eis, qua factę sunt ex animaduertenia. Quędam aũt sunt rerũ quę casu fiunt, quarũ homo non K est cã neq; per se, neq; per accidens: sicut prosapia, & educatio studiosa. Et quędam earũ sunt res, quę accidũt ex operibus, quę cõtingunt ex animaduertentia. bona autem casu facta, quę accidũt ex actionibus, sumũtur vt signum virtutum. Ea aũt, quę casu fiunt, quę hominem præcedunt, sumuntur ad cõsistentiam & firmitatem virtutis, sicut ꝙ dicat in laude, ꝙ ex bonis creantur boni: & in vituperio ꝙ ipsũ turpe gignat turpe: & vniuersalius ipsę operationes sunt, quibus laudatur agẽs. Ele L ctiones vero actionũ sũt signa act⁹. homo aũt eis laudat, qñ ex illis constituerimus actũ. Bona ãt fortuna, quã diximus in præmissis, ꝙ sit ipsa beatitudo, vt sibi vr̃ vulgus, & reliquę res casuales, quibus laudat homo, sũt vna ſm gen⁹: sed ipsa & virtutes non sunt vna ſm genus, sed sicut directio dispositionis est superior, hoc est continens eam: sicut illud, quod fit casu, est quoddam genus cõtinens beatitudinẽ. Et Vtraq; hęc genera, hoc est ipsæ virtutes, & id quod fit casu simul, ingrediũtur capitulum laudis, & capitulũ consi M lij: sed duob⁹ varijs modis. Res aũt ita fuit: quia qñ nos sciuerimus res quas expedit fieri, iã sciuerimus res, quibus homo laudabitur, qñ factæ fuerint. Et ideo qñ de his reb⁹ fuerit facta mentio simpliciter, possibile est ꝙ ingrediantur cõsiliũ & laudem, & hoc cũ additione modi quo ingrediuntur consilium, aut modi quo ingrediantur laudem. Et hoc, sicut quispiam diceret ꝙ non expediat ꝙ debeantur magnificentia, & extollentia rebus, quæ fiunt homini per accidens, sed rebus, quę fiunt ex

A ex sua animaduertentia & arbitrio. quod qñ superadditur, non conuenit, ꝙ laudentur eo illi, quorũ beatitudo est à fortuna: sed expedit ꝙ laudentur illi, quorũ beatitudo est ex animaduertentia & arbitrio, sicut quidam qui ingrediebatur capitulum laudis. Quando autem huic addidisset dicens, ideo non expedit ꝙ expetantur res quę casu fiũt: sed illæ res, quę fiunt ex animaduertentia ingressę fuerunt consiliũ: rebus autem casualibus possibile ē ꝙ vtatur quis aliqñ ad laudẽ, & nonnunq̄ ad vituperium. Nam opiniones

B hoĩum variãtur. quidam.n.homines sibi vñr, ꝙ bonis, quæ casu fiũt, nõ expedit ꝙ ipsis homo laudetur: ex quo sunt res, nõ obiecta, neq; firmiter acquisita ipsi homini. Alij autem aiunt, ꝙ expediat, ꝙ eis homo laudetur, & ꝙ ipsę significãt diuinã prouidẽtiam ad illum, cui accidũt, Ille autem, qui laudatur rebus, quę arbitrio fiunt, semper eis laudatur: & qui illis vituperatur, semper eis vituperatur. Conuenit etiam, ꝙ vtaẽ ad laudem illis reb⁹, quibus res magnificatur, & extollitur, quod est ꝙ

De amplificatione.

C conducat ad putãdum de ipsa re, ꝙ potestate sit plures res. & hoc, quando diceretẽ ꝙ ille fuisset primus, qui hoc egisset: sicut ferẽ đ historia Habel & Cain: aut ꝙ pausillo tẽporis fecisset id, cuius cõditionis est fieri magno temporis spatio, & ꝙ mirabilia fecerit. nam omnia hęc constituunt excellentiam agentis. Et sic similiter, qñ diceretur ꝙ ageret tempore, quo sua actio esset difficilis. & hoc, quando fuerit, sicut expediret singulis hominib⁹. Pręterea si agẽs esset illorum, ex quibus actiones & orationes sępius succederent, eius

D actio esset excellens: & operationes, quas homo ex eis contraheret, non essent actiones, quæ fierent casu, sed illę operationes, quę volũtate & animaduertentia fierent. Has autem res possibile est ingredi consilium: hoc est res, quæ magnificarent illã rem: sicut consuleremus homini, ꝙ cõformeẽ primo laudabili illius generis: aut similis ei fiat secundũ illam laudem, aut ei consuleremus ꝙ esset vniuersitatis laudabiliũ, in quorum laudem nemo contendit: sicut sunt homines, qui foro & publice laudanẽ, aut illis fiat similis. E

Et ex eis, quibus magnificãtur laudabiles, est ipsorum cõparatio ad illos qui faciunt contraria suorum operum: & hoc mẽtionem faciendo suorum laudabilium operum. Expedit autem quòd his assimilentur illi, quorum conditionis estẽ, ꝙ similes fiant maxime laudabilibus, & cõtinuo se comparent illis, & suis consuetudinibus vtantur ad laudem: & si non peruenerint ad eorum gradum dignitatis. nam illorum virtutes sunt in continuo augmento. Comparatio autem ipsiusmet hominis cum alio non conuenit, nisi fiat ex studioso viro occasione affectus proprij amoris hominis ad se. Nam ille videret sua vitia esse pauciora vitijs alienis, & si essent maiora. suas autem virtutes faceret maiores, & si sint minores. iccirco non cuiuscunque est vis comparationis. Valerent autem ad illam studiosi homines, vt Aristot. refert de Socrate, quòd ipse comparasset inter semetipsum, & inter alios ab eo: & ferebat iudicium de propriis moribus circa dispositionem, quam animaduertebat inter F

G se & inter alios. & si eam inuenisset virtutem, commendabat se de ea: si autem eam reperisset vitium, puniebat se pro eo. Comparatio aűt expediens illi, qui vellet adolescere virtutibus, cőuenit ꝙ fiat ad valde laudabiles. Significať aűt ꝙ tales sint laudabiles, hoc est illi, quorű virtutes sunt in continuo augmēto, qñ coegerint suos animos, vt attingāt adeptionem studiosoꝶ. Si aűt defatigarenť ex hoc, eēt laudabile apud plebem. Manifestum aűt est ꝙ magnificatio rei ingrediatur laudē. quia magnificatio rei est eius excellen-
H tia, excellentia aűt est ex rebus, quibus aliqua res laudatur. Expedit āt, qñ velles magnificare ꝑ similitudinem, ꝙ conformares pluribus laudabilibus. nā hic actus est excellentię laudabilis, & ostensio suæ virtutis ad plebē. Et vsius sua oratio est specierum communium tribus generibus orationū. quia etsi magnificatio sit communis tribus generibus rhetoricarū orationū, propior tamen est laudi & vituperio. Nam homo laudať aut vituperatur reb⁹ existentibus, quarum esse oēs con-
I fitentur. magnificatio aűt rei propior est enti, q̄ sit ei quod est priuatum. & iō expedit ei, qui laudat aliquid ꝙ describat nobilitatem rei, & eius honorem & gloriam. Vsus aűt signoꝶ & exemploꝶ proprior est ipsi cősilio. qm̄ qñ ex rebus adeptis, q̄ iam exactę sunt, fit opinio de his, q̄ futurę sunt, quę largiatur causā & occasionem rerum, quę prædicatæ fuerunt, nos aptiores sum⁹ ad acceptandum & magnificandum suam enunciationem & iudicium. Notitia vero iustitiæ, & iniquitatis propria ē iudicialibus. & vniuersalius omnis laus & vituperium fit cōparatione laudabilium & vituperabi- K
lium, qui præcess erunt. Expedit ēt ei, q laudaret & vituperaret, ꝙ sciat corā quibus fiat ipsa laus aut vituperium; hoc est, ꝙ laudet corā amicis, & vituperet coram inimicis: sicut ei cōuenit, ꝙ sciat loca, vnde sumat laudem & vituperium: de quibus in pręmissis iam facta est mentio, quę sunt virtutes & earum agētes, & signa, & sua accidentia. Manifestum aűt est ex his, de quibus meminimus, ꝙ ex harum rerum diffinitionibus sciātur definitiones suorum contrariorum: ex quo contra- L
rium scitur per suum contrarium. Quando aűt hęc à nobis cognoscū tur ex suis contrarijs, & vituperium est cōtrarium illis, manifestū itaq; est, ꝙ ex hoc sermone nos non solū cognoscimus res, quib⁹ fit laus, sed etiam res, quibus fit vituperium.

Sermo de Accusatione & Defensione.
Cap. 13.

Postquam autē loquuti sumus de rebus deliberatiuis, & laude & vituperio, iam expedit ꝙ loquamur de tertio genere subiectorū hu- M
ius artis, quę est accusatio & defensio. hoc aűt fieret, qñ narraremus ex quot speciebus pręmissarum cōnectuntur syllogismi, qui fiunt ſm modum accusationis, & ſm viā defensionis, & notificaremus singulas illas species. Species autem pręmissarum, ex quibus fiunt orationes accusationis, vniuersalius sűt tres species. Quarum vna est præmissarū sumptarū ex efficiente, hoc est iniuriante. Secunda autem species est pręmissarum sumptarū ex patien-

A te, hoc est ex illo, in quem infertur iniuria. Tertia autem est pręmissarum sumptarum ex ipsomet actu. Acceptarum autem ex efficiente notitia fit, quando numerátur res, q̃ quãdo fuerint alicui homini, putatur ꝙ iam fecisset iniuriam, & ꝙ in medium feramus, quę sint illę res. Sumptarum autem ex patiente, est quando numerantur res, quę quan do fuerint alicui homini, erit ipse aptus, vt recipiat iniuriã. Sumptarum vero ex actibus est, quãdo narraremus quibus actibus fit iniquitas, & in qua dispositione actuũ in- B telligať iniquitas, & quo pacto hoc eis contingat. Expedit autem ante hoc ꝙ narremus quid sit iniquitas: deinde procedam⁹ ad sermonem de singulis his tribus rebus. Dicimus autem ꝙ iniquitas sit voluntarium nocumentum propter peccatum in statuti legem. Statuti aũt sunt duæ species. quia quoddam est propriũ, & quoddam est cõmune. propria aũt statuta sunt statuta scripta, quorum timemus ne obliuiscatur, nisi scriberentur, quę propria sunt singulis populis, & singulis nationib⁹. Communia vero statuta sunt statu C ta non scripta, quę omnes cõcedũt, sicut est honor parentum, & benefi co gratulatio. Actus autem voluntarie fit quando efficiens ageret ipsum eius cognitione nõ coact⁹ simplici vi, aut secundum aliquem aliũ modorum, de quibus infra fiet mẽtio: & cum hoc ille actus esset ex illis, quos ille cuperet & optaret. Quidam autem actus voluntari⁹ est, qui fit animaduersione & arbitrio præcedenti: quidam vero est, qui fit ex animaduertentia pręcedenti, sed ex imbecillitate animaduertentię occa

Iniquitas quid.

sione malorũ morum, aut abusus. D Manifestũ aũt est ꝙ qui ex animad uertentia faceret aliquam rem ꝙ ipse cognitione eam faceret. Quãdo aũt res ita fuerit, manifestũ est ꝙ q illam facerent ex animaduertẽtia, aut imbecillitate opinionis noxijs actibus aut latentibus, hoc est mixtis ex damno & ꝓfectu, illi sint iniqui: & ꝙ hoc fit aut eorum malitia aut imbecillitate opinionis. Et ꝙ ille, cui fuerit vna rerum, quę sunt cã imbecillitatis opiniois, & ille fuerit causa essendi illam rem, ꝙ ille tulerit malũ, & esset iniquus, sicut ẽ iniquitas diuitiarũ: cuius cã ẽ illarũ ap E petitus & iniquitas voluptatũ: cui⁹ cã est vehementia submersionis in venerem & ingluuiem, & ociũ: qđ ẽ causa iniquitatis circa plures res. Sicq; & pusillanimitas. & ideo timidus & pusillanimis recipit ab ei⁹ socijs, & deficit eis propter pusillũ pę nę, quod ei inferreť. Sicq; & Philotim⁹, qñ recedit à suis socijs ꝓpter honoris amorẽ: & sic amatores victoriæ recederent à suis socijs propter victorię amorẽ: & vir præceps ira furibũdus & iracũdus nocet suis amicis occasione cuiusdam iniurię, quam apprehenderet. Stultus vero F amens operať iniquitatem, quia cõplicať in eo iustitia & iniquitas. Pręceps vero est iniquus propter paucitatem eius appetitus laudis. & sic sũt illę, quę his similes sunt rerũ, q̃ sũt cã iniquitatis non ex animaduertẽtia. Res vero quę notificantur propter ea quę pręmissa sunt ex commemoratione virtutum, & ex commemoratione affectuũ, quę postea scribetur, & ꝙ vniuersalius sũt aut ex malo more, aut malo affectu. Mali aũt mores notificantur ex his,

G quæ præmissa sunt, hoc est ex notitia suorũ contrariorũ, quę sunt virtutes & affectus, qui notificabũtur in secundo libro. Postquam át hoc constiterit, iam peruenit nobis sermo, ꝙ narremus ꝑꝑ quid inferãt iniuriã iniqui, & quo pacto sit iniquorũ ꝙ inferant iniuriá: & quib⁹ reb⁹ inferant iniuriã, vltra ꝙ necessariũ sit, ꝙ incipiamus & exponamus q̃ sint illæ res, quibus iniqui inferunt iniuriam, hoc est res, quas qñ cupierint, inferrent iniuriá, & qñ easdem adissent, intulissent ẽt iniuriam. Manifestũ aũt est ꝙ tractatus accu-

H sationis expedit, ꝙ præcedat tractatũ defensionis. qm̃ qñ aliquis vult accusare quenquã, oportet ꝙ ei notę sint res, de quibus accuset, & quot sint, & quę sint. Loca vero defensionis nõ sunt determinata, sicut sunt loca accusationis: sed determinantur loca defensionis ẜm loca accusationis. Accusatio aũt est quædã vehemẽs res ad politiam humanam: ideo nos aspicimus plures, qui quãdo nõ accusant, nocẽt suis affinibus & cõsanguineis. Omnis aũt qui efficit aliquã rem inique, aut illã agit ex se suo voto, & eius arbitrio solũ,

Quæ sint causę alicuius iniquæ rei.

I aut non ageret illam ex se & suo arbitrio. & hoc, aut ageret ipsum contingenter, qui vocat casus: aut illud efficeret necessario. Is aũt qui ageret necessario, quidam est qui ageret illud per eius naturã, sicut si esset malorum morũ naturaliter: & quidã est qui ageret ipsum aliquo exteriori cogente, hoc est, ꝙ non sit voluntas principiũ illius operis, qđ ageret, sed aliqđ exterius latibulum aut inimicitia & consimilia. Id aũt, quod ex se agit, ẽ illa res, q̃ ipsamet sola est cã suę generationis, nõ alia res secũ extrinsecus cõnexa. Ille aũt

K qui agit, quidã est qui agit propter abusum, aut malos mores. Et aliqs est qui est ẜm appetitum & desyderiũ. Ille aũt qui desyderio ẽ, quidam est desyderio pręmeditato rationali, & aliquis est desyderio phantastico. Ille aũt, qui desyderio phantastico est, quidã est qui est iracũdo desyderio, & aliquis est rõne appetitus. Qñ aũt hoc fuerit, iniqui sine dubio inferũt iniuriã rõne septem causarũ: quarũ vna ẽ occasione casus: secũda occasione naturę: tertia vi: quarta abusu & malis moribus: quinta ratiocinatione: sexta ex ira: septima autẽ ratione appetitus. oẽs

Septẽ de causis iniquẽ iniurias inferunt.

L aũt excepta illa, quę fit ratiocinatione, sunt ꝑtes imbecillitatis opinionis. de qua facta est mentio in præmissis. Diuisio aũt iniquarum operationum ex parte ętatum & imaginationum, & eorũ, q̃ nouiter fiunt, nõ est diuisio essentialis. qa etsi iniquitas puerorũ sit maior, hoc nõ ẽ primo & per se, quã sunt pueri, sed qua pueri sũt iracũdi aut voluptuosi. Similiter aũt accidit pauperibus, ꝙ aueant plusquã diuites ꝑꝑ eorũ indigentiam. sicut accidit diuitib⁹, ꝙ appetant diuitias occasione oble-

M ctamentorũ nõ necessariorũ, plusquam pauperes. qñ aũt referrent diuites aut pauperes ad iniquitatẽ alicuius generis causa propinquitatis nõ essent diuitiæ & paupertas, sed appetit⁹ & mali mores, quos anima ex pauptate & diuitiis acqrit. Sicq; ẽt est res imaginationum, hoc est ꝙ si referrentur aliquę res earum ad iniquitatem, hoc nõ esset per se primo, sed qua imaginationes sũt causa vnius aut pluriũ illarũ septẽ causarum, quę sunt primo & per se causa

A ſa iniquitatis. Et ideo abſtinẽtes,& intẽperati, & reliqui, de quibus dicitur ꝙ agant ſm ſuas imaginationes, operãtur per vnam illarũ ſeptẽ cauſarũ prœmiſſarũ, aut per plures ꝗ per vnã,aut ex ſuis contrarijs. Illi aũt ſunt habentes imaginationes pulchras,hoc eſt intẽperati operantur illis cauſis,abſtinẽtes aũt ex ſuis cõtrarijs.exempli gratia,quia temperato annectuntur voluptates iucundę laudabiles:intemperato aũt conſequũtur malę voluptates. Ideo expedit ꝙ hic omittamus hunc diuiſionis modũ.vltimo aũt ĩferem⁹ B ſermonẽ de his rebus,qua sũt cauſę harum ſeptem cauſarũ: nõ qua ipſę eſſent primę cauſę opationis iniquitatis. Mentio vero cauſarũ,quæ ſunt per accidens,expedit ꝙ auferat̃ hinc omnino: ſicut ꝙ homo ſit niger aut alb⁹,pinguis aut macer:qm̃ per accidens adueniret his varietas morũ & voluptatum. Sed cõuenit, ꝙ faciamus hic mentionem de cauſis, quas numerauimus ante accidẽtia,quę variãt mores per ſe,ſiue fuerint animantiũ,ſiue corporeæ, aut extrinſecus:ſicut sũt ſenect⁹ & pueritia, paupertas & opulẽtia. qm̃ qñ C aliquis homo fit pauper,putat diminutã metam ſui animi, & pudet eũ cuiuſcunq; rei quã faceret. qñ autẽ ditatur,ęſtimat magnitudinem metę ſui animi,nec rei vllius rei pudet eũ. Sed đ his nos loquemur poſtea. hic vero redeamus ad illud iter, in quo fueramus. Et dicamus ꝙ iã expoſitę ſunt cãę effectiuę iniquitatis. & iam declaratę ſunt ſingularũ cauſę finales,Illis vero qui caſu agunt: non eſt aliquis determinatus finis: ideo illorum iniquitas non eſt permanens neq; vt plurimum, neq; fit

Quę caſu fiant.

habitu & meditatiõe ſtabili hoc autem notũ eſt per naturam eius qđ fit caſu.& hoc,quia caſus eſt cauſa rerum vt in paucioribus,ſicut dictũ eſt in libro Poſteriorum. Iniquitas vero, quę ſit ex natura ipſius iniqui & ſuis elemẽtis,fit ex diſpõne ſtabili firma:& operationes,quę ab illa natura proueniunt,ſemper ſunt vnius deſcriptionis. & hoc,aut sẽper, aut vt plurimum. Suus autem finis eſt finis malorum affectuũ, de quibus poſtea loquemur.ea vero,quę ab illo fiunt ex diſpoſitione pręter naturam,ſicut eſt demẽtia, & reliqua offendentia, quę non currunt proceſſu naturę, putatur ꝙ referantur ad caſum,& nõ attribuant̃ alicui rei ꝑ ſe. Operationũ vero,quę vi fiunt, hoc eſt,quę arbitrio ſunt,ſed ſuum initiũ eſt vis illata, finis eſt finis iniquarum operationum, ꝗ arbitrio fiunt: ex quo vis accidit cũctis operationibus, quę arbitrio fiũt. Finis vero iniquitatis,ꝗ fit animaduertentia & ꝑmeditatione, eſt aut illæ res ꝗ putantur ꝙ ſint vtiles,quæ ſunt illæ res,de quibus mentionẽ fecimus in capitulo largitionis cõſilij,ſeu de liberationis. hęc aũt eſt res,de qua putatur,ꝙ ſit aliquid bonũ,qua putatur de ea, ꝙ illa ſit finis proficiẽs, immo ꝙ ſit maxime vtile. aut ſunt res iucundę, & ideo ipſi intemperati ſępe agunt iniqua rõne voluptatis. Finis vero iniquitatis,quę ira fit eſt expetitio vlciſcendi ſanguinem. ſanguis autem vindictę expetitio, eſt aliqua res vltra pœnã. Nam pœna recipitur pro cõdẽnato. & hoc, aut conuenientiori ei,aut expedientiori ipſi ciuitati, aut occaſione delectationis ob eſſentiã dationis ſuæ pœnę. hæc aũt eſt hypocritica, ſeu

D

Quę nã.

E

Quæ vi.

Quę ꝑmeditatione

F

Quæ ira.

G ficta condemnatio. Ille aūt, qui sumit sanguinis vindictā, intendit coęquationem delicti ipsi delinquenti, hoc est ꝙ sumatᷣ ab eo, quantū dederit, & hic est finis sanguinis vindictę, quam in suo animo constituit ille, qui eam intēdit. De notitia vero definitionis irę, ꝙ ipsa sit, & notitia suaꝝ passionū, postea loquemur mentionem faciēdo de ipsis affectibus. Illius vero, q̄ fit morib⁹ aut abusu, est occasione voluptatis. & similiter illius qui auidus est. & ideo oēs res, de quibus putatᷣ ꝙ iocundę sint, fiunt vna istarū quatuor causarū: quibus homo ex se operatur, hoc ē animaduertentia serio, & ira, & mo-
H ribus, & vsu. Cupido aūt & voluptates, q̄ morib⁹ & vsu fiūt, sūt plurib⁹ modis. hoc est, quia quędā earum est naturalis, & quędam non naturalis. sed ea delectatur ratione vsus. Et vniuersalius oēs, qui iniquitatē ex se operantur, hanc faciunt propter res, quę vere sunt bonę, aut de quib⁹ putatᷣ ꝙ sint bonę, seu ꝑꝑ res, q̄ vere sunt iucūdę, aut propter res, de quibus putatᷣ ꝙ sint iucūdę: qm̄ qui ex se operantur, agūt occasione ꝑsentanei boni aut futuri. Ideo ali-
I quando agūt occasione mali quod eis prouenit, qn̄ putant ꝙ eo adipiscantᷣ maius bonū, q̄ sit illud bonū, quod eis aufertur aduētu illius mali. aut putant ꝙ per hoc propellatur ab eis maius malū, postea aūt inde proueniens esset parū. Ideo etiā aliqn̄ eligimus celeres angustias & noxias voluptates; qn̄ eis speram⁹ ꝙ ī futurū ꝑueniamus ad aliquod maximum bonū, aut ad minus malū, ex maximo malo quod fieri timemus, nisi illa res fieret. Hæc itaque est ratio intentionis secundi mo-

di. Ex quo aūt iam declaratum est, K ꝙ illud quod iniquus optaret, aut est vtile vel iucundū, expedit ꝙ hic feramus vtilia & iucunda, quot, & q̄ sint. de rebus vtilib⁹ iam pręmissus est sermo ī capitulo deliberationis. Sermo aūt, qui singulariter est tractandus, est tractatus iucundorum. Sermo autem de eis hic, & perfectio suarum definitionum fiet, quod satis sit huic arti, quæ sunt famosæ definitiones.

De Iucundis, & Testibus. ***Cap.*** 14.

Dicamus itaq; ꝙ oblectamētū est transmutatio ad dispositionem subito factam ex naturale sensatione rei, quæ sentitur, hoc ē, qn̄ sensatū fuerit naturale ipsi sentienti. Tristitia autem & angustia sunt huius contrarium, hoc est, quia sūt transmutatio ad dispositionē subito factam ex non naturali sensatione. Quando autem hæc fuerit descriptio oblectamenti, manifestum est, ꝙ iocundum sit sensatum, quod ageret hanc animæ dispositionem. Contristantia autem sunt huius cōtrarium, hoc est, ipsa corrumpētia, quę agerent contrarium huius dispositionis in animam sensitiuam. M
Quando autem ipsa iocūda fuerint hęc, necessariū est ꝙ id quod naturaliter fuerit talis descriptionis, sit maioris voluptatis: & ꝑsertim qn̄ hęc dispositio esset passibilis qualitas, non passio. Id vero quod moribus aut vsu fuerit, fit iocundū: quia res, quæ moris est aut vsus, redditur sicut res, quæ naturaliter est continuo iocunda: quoniam vsus similis est naturæ. & hoc, quia id quod est pluries, est prope rem naturalem: res autem naturalis fit penitus

Oblectamētū q̄d sit. L.

A nitus sine vi. Ideo vis est habitus, quo dolet cõtristans animam: sicut in poematibus Grecorum scribit, ꝙ omnis res, quę vi fit, est mẽtis dolor & animæ tristitia. Cur autem rei, & astutia, & labor sunt quędam res cõtristantes, quia vi fiunt, & coactione fiunt, nisi homo eis assuesceret: eorum vero contraria sunt iocũda sicut est ociositas, & omissio metiendi actiones secundum legem: quies autem & somnus sunt res, q̃ placent, quia nulla res earum fit vi. quando autem appetitus est nomẽ
B obectamenti, fit quia appetitus est oblectamentorum desyderium. Appetituum autem quidã sunt rationales, quidam vero irrationales. Intendo autem per irrationales, quicquid appetitur non per animaduertentiam & meditationem: & hi sũt de quibus dicitur ꝙ sint naturaliter optat: sicut sũt appetitus relati corpori: quemadmodum est appetitus nutrimenti, quæ famis vocatur: & aquę appetitus, quę sitis nuncupat. & appetituum species propriæ singulis saporum speciebus. & vniuersalius quicquid refertur sensui tactus,
C & sensui olfactus, sicut est coitus, & cibus & potus, & boni odores. Appetitus vero auditus & visus rationalitate quadam appetunt, hoc est ꝙ ortus suorum appetituum non denudatur à quadam principij rationalitate, sicut est dispositio appetit⁹ coitus, & cibi. huius autem cã est: nam hi duo sensus sunt maioris incõuenientię ipsi rationalitati quã alij. & hoc, quia auditus conuenit rationalitati ex parte dictionum: visus autẽ communicatur rationalitati ex parte radiorum & insinuationis, q̃ fit in commercijs. Auditus autem est vehementioris conuenientię rationalitati quã visus. & ideo visus valde appetit, ꝙ videat id qđ audiuit, & non appetit ꝙ audiat id quod vidit. nam sensitiua passio est potior ſm speciem quàm passio corporea. D
Phantasia vero est imbecillis sensatio, quę semper agit aut memoriã aut spem. qñ autem priuatur reminiscentia priuatur spe. & hoc, quia spes est cõnexio possibilis futuri ad res, quę in pręterito fuerant sensatę: & illa est ipsa memoria. quando autem Phantasia, est quędam sensatio. Manifestum itaq; est ꝙ oblectamentum reperiatur in memoria & spe. nam ambę ipsæ sunt quędã res sensationis: adeo ꝙ omnia oblectamenta necessario repetiuntur secundum sensationem: adeo ꝙ. quando sensata fuerint in actu, oblectamentum fit per suam obiectionẽ & sensationem: & qñ illa fuerint in pręterito oblectamentum est illorum reminiscentia. quãdo autem illa fuerint de futuris oblectamentum ẽ ꝑ spem. & hoc, quia sensatio est propria rerum præsentium, & memoria pręteritorum, & spes futurorũ. E
Iocunda autem obiecta nõ sunt ea quæ olim sunt tempori pręsenti ꝓxima, immo reperiuntur quædam res, quæ quanto suum tempus fuerit propius, tãto erunt iniocundiores: & quando sunt remotę, sunt iocundę. Et reminiscẽtia hominis de fatigationis & laboris, qui iam veluti fumus consumpti sunt, & ab eis euasit, ẽ ipsa valde iocunda. & hoc, quia vir laborans ęgrotus oblectat memoria defatigationis & laboris, qñ i his sua negocia ꝓspera successerũt: aut in illis euasit à malo. nam euasio à malo ẽt est cã oblectamẽti. F

Res

G Res vero delectantes; quæ speran tur, sunt illæ, quæ, quando fuerint proximæ faciunt gaudere, aut adiu uant. & hoc, quando extimatę fue rĩt nobiles vel vtiles cũ sua nobilita te, quando suę vtilitati non adueni ret damnum & vniuersalius speran da iocunda sunt proxima tempori præsenti leuis inuentionis. & ideo ira fit iocunda. & hoc, quia ira fit, quando homo speraret casum mali iræ, quem irascitur de illo. & cum hoc illud est possibile casu. & ideo dixit Homerus, ꝙ illa sit melle dul cior. Et ex quo ira fit, quando vindi

H cta possibilis fuerit, neq; pręsens ne que impossibilis, nemo irascitur in imbecillem, in quem cecidit malũ: neque in nimium excellentem, in quẽ desperaretur ꝙ cadat in ipsum malũ. & ille est, cuius grad' ad gra dum irascentis in illum, non est ali qua proportio: sicut sunt dęmones & angeli & sic nemo irascitur in ad modum minimum, ad quem non habet proportionem. Et plures vo luptates sunt, quas nõ sequitur ob lectamentum: & illæ sunt in actu, hoc est, sensatę: sed sequitur eas ob lectamentum, quando sunt imagi

I natę. Et ideo illis qui reminiscũtur rei desyderatę quomodocunq; re cordentur eius, aduenit quoddam oblectamentum. & sic qui sperant vincere aliquam rem, aduenit eis quoddam oblectamentum de illa victoria. Et ideo febrientes, quibus Medici prohibent potum aquę, ob lectantur propter reminiscentiam sui potus, & eorum spe ꝙ conuale scãt & potent illam. Et illi qui petũt ab hominibus id quod est eis bonũ aut scribũt de illo literas, aut nego ciantur ad illud. Inquisitione itaq; & negociatione oblectãtur, nam il K li sperant, ꝙ eis perueniant sui cor di s expeditiones, adeo ꝙ ipsę adsint eis. & oblectentur illarum sensatio ne in actu. Res autem, quas omnes amãt vero amore, sunt tres res. qua rum vna est, ꝙ res iocunda sit præ sens: & secunda est, ꝙ illã imagine tur quando nõ est præsens: & hoc aut sui reminiscentia, vel sui spe. & tertia est citum solatium angustia rum & tristitiarum. & ideo homi nes oderunt lugubriũ visitationes, & non comparent in locis vlulatus & suspiriorũ: nam illa augẽt mœsti tiam. Et in quibusdam voluptati- L bus inest tristitia & oblectamentũ simul. & hoc est, sicut reminiscẽtia amici absentis vel mortui, quando recordaretur quis, & cogitaret qua lis vir ille fuerit, & qualia op: fue rint illius gesta. Et ideo illis qui cõ stituunt elegiam, inest oblectamen tum, & contristatio simul nam Ari sto. ait, ꝙ in elegia sit reminiscen tia laudum ipsius mortui voce plo ratus seu querula. Quamob rem optime dixit Homerus de hac re: quando ait, ꝙ ex quo elegis elegia conquestus est laudum ipius mor tui voce deploratus amaritudinũ M quæ ẽ ipsa elegia, auditores vocife rauerunt voce amara delectante. Et expetitio redẽptionis sanguinis pu tatur ꝙ numeretur esse huius capi tuli. nam expetitio redẽptionis san guinis delectat & contristat simul: & posset putari ꝙ numeretur inter res delectantes solum. Et ipsarũ re rum delectantium est, ꝙ non succe dant prosperæ res inimici. Et ira scens, quando nõ peruenit ad id qđ sperat de exactione pœnę simul de lectatur & contristatur. cõtristatur quidem,

A quidem, quia non peruenerit quod volebat de pœnæ exactione: sed delectatur qua est ei spes ad offensionem. Victoria autem placet, non tãtum victoriæ amatoribus, sed etiam omnibus. Nam victoria est quædã superationis voluptas, hoc est, ꝙ vbi ipsi vincenti sit quidam certus excessus apud homines. superationem autem omnes appetunt: & si in hoc differant secundũ magis & minus. Quando autem victoria est iucunda: traditiones etiam & exercitia, q̃ sunt loco victoriæ, sunt iucundę: ex quo expediunt vt eis perueniat oble
B ctamẽtum ex illis. nam victoria de illis est vt plurimum: & hæc sunt sicut ludus pilæ & luctæ, & trochorũ, & taxillorum, & peritia omniũ cõsuetarum traditionum, hoc est, solitarum, quibus intenditur adeptio cuiusdam habitus. Harum autem solitarum traditionum sunt duæ species, quędam sunt, quę non delectant illico, donec homo assuescat eis, & propter vsum erunt iucundæ, & sunt traditiones, quas non sequit̃ oblectamentum, quod sequitur habitum vltimo prouenientem ex illis traditionibus: sed ab initio sequi
C tur eas solus labor, sicut est scientiæ adeptio. Et quędam sunt, quę illico delectãt, sicut est venatio & scachorum ludus. nam initians illas res, cõmunicat cum perito in illis in fine quem intendunt, qui est victoria: & delectatur solo intuitu, & ab initio rei, sicut delectatur perfectus in eis, & recta victoria est iucunda Victoria autem, quæ fit deceptione & errore, placet Sophistis, qui vsi sunt vt illis perueniat quis in sua intenta suasq; cogitationes ex exterioribus bonis, sicut sunt diuitiæ, & honor.

Et ex iucundis rebus sunt honor & D magnificentia, nam honores cõducunt honoratum, ꝙ suo animo putet ꝙ sit studiosus: aut ex his q diligenter procurant virtutes, quando honores fuerint ab illis, ex quorum venerationibus accideret honorato talis imaginatio, & animæ meditatio, hoc est, ꝙ conducant ad putandum ꝙ ille sit studiosus. Patefacere autem virtutes ipsis honorandis, dignius est huius operis quàm eas abscõdere: cum illarum euidentia testetur de illius dispositione, qđ non testaretur ipsarum latentia. Et ideo quando homines venerãtur aliquẽ E virum, ille homo honoratus putat, ꝙ illi ipsum honorauerint propter aliquam virtutem, quam nouerint in ipso. Venerationes autẽ cognoscentis digniores sunt ad hoc quàm venerationes illius, qui non nouerit ipsum honoratũ, propter ipsam eãdem rem. Et hoĩes suæ ciuitatis digniores sũt ad hoc quã remotiores & præsentes etiam digniores sunt q̃ successuri postea: hoc est, ꝙ illi qui ipsum viuẽtem venerantur, digniores sunt huius rei quã qui eũ venerãtur post eius obitum. Et veneratio- F nes maioris partis hominũ digniores sunt huius rei quàm minoris. Et expedientius est quòd verificetur sermo harum specierum hominum, quãdo fuerint habentes intellectum, & maior pars hominum, & eorum testimonium est maioris ꝑsuasionis, quàm species quæ stabiliuntur ab hominibus, qui sunt gradus puerorum & bestiarum, & illi sunt ignari & plebs. Et amici etiam sunt ex rebus iucundis, qm̃ amicitia est iucunda. & quicunque amat aliquã rem, illa delectatur. Et ideo vinum

G num non delectat eum, qui nõ adamat ipsum. Huius autem causa est. nam amatum est apud amantem ex numero boni, quod omnes cupiũt: per omnes autem intendo illos, qui sentiunt & imaginantur. Quòd autem homo amet creaturas, est propter ipsummet proximum, nõ propter aliud delectãs apud hominem amatum, hoc est, ꝙ sit amatus propter se. Et similiter ꝙ homo sit admirabilis apud alios, hoc est, ꝙ admirentur ipsum: & sit etiam aliud à iucundo propter hanc causam, hoc est, propter bonum, quod omnes ap
H petunt, nam alij admirãtur ipsum, quando ignoratur bonum suę conditionis, ꝙ non insit maiori hominum parti. & hoc, quia res, qua homo excedit maiorem partem, est iucunda. Et quando intendunt ꝙ alij admirentur ipsum, illi sunt sicut viri, qui congregant homines ad ostẽdendum eis, ꝙ faceret ex assumptione rerum excellentium & laudabilium. Assentatio etiam est iucunda: quoniam assentator cõducit ad decipiendum hominem, ꝙ ipse sit ab eo admirandus, & quòd sit ex his
I quos amat. igitur assentator est fictus amator, vel falsus exaltator. Et repetitio eiusdem rei est iucunda, quia eius repetitione prędominatur animę. consuetum autem est iucũdum. permutatio autem & translatio ab vna re in aliam est naturaliter iucunda: quia iam acquiritur ꝑ eam sensatio rei, quę nouiter fit. Et ideo res, quæ naturaliter successiuè fiunt in mundo, sunt iucundæ: sicut est translatio castrorum, ciuitatum & regni permutatio, & vniuersalius permutationes, quæ fiunt in hominibus, & ipsorum hominum permutatio. Huius autem causa est: quia res, quę reperitur, est in termino illius, de quo anima adimpleuit suã indigentiam, & non remansit ei aliqua res, qua illud aeqrat, & eo magis quando diu durauerit suũ esse, & anima expeteret inuenire quietẽ in rem nouam, ex qua acquireret quod nõ est apud ipsam, & id cuius generatio est rarioris temporis, ipsum est iucundius. Et disciplina etiã vt plurimum placet: appetitus autẽ disciplinæ ipsius plebis fit ꝓpter hominum voluptates, vt ẜm suam animam sint admirãdi, vel ꝙ homines admirẽtur: ex quo ambę hę res sunt per se iucundę. Ac etiam disciplina, ex quo est ipsius generis comprehẽsionis, qua naturaliter proceditur à potentia ad actum, est etiam iucunda. Et vniuersalius decus actiõis & decus passionis sunt de numero rerum iucundarum. decus autem passionis delectat nõ propter se, sed occasione cupidinis perfectionis prouenientis, quę putatur ꝙ proueniat inde. operis vero decus delectat hominem propter se, & propter alium in quem cadit operis decus. Et rectitudo affinium est iucunda, & eẽ cõtẽtũ & sufficientia opportunorum sunt iucunda. Quando autem doctrina est iucunda, & similiter hominem esse admirandum, aut ꝙ ipsum admirentur homines. Assimilatio itaq;, & confictio etiam assimilationis doctrinæ sunt iucundæ. Et hæc est sicut confictio picturarũ & sculpturarum & reliquorum operũ quibus intenditur confictio primorum exemplarium, hoc est ipsarum rerum, quæ sunt præter opera, quibus confinguntur res, quæ nõ sunt. nam ea, quibus cõfingimus res, quę non

A non sunt, non delectant, quando illæ imaginatæ formæ fuerint decoræ seu turpes. sed ex quo illis est q̄-dam ratiocinationis species & notificationis latētis, quod absconsum est imaginatur per id, quod magis patet, quod est ipsum exemplar, qđ suo loco est stabilitum. Sicq; ergo illius loco quodam modo est quædam doctrinę species, quę fit per syllogismū. & hoc, qa assimilatio constituitur in illis in gradu præmissæ, & res cuius assimilatio intenditur suiq; intellectus largitio constituitur in gradu conclusionis & ꝑpter B hanc similitudinem, quę est inter assimilationem & doctrinam, assimilatio est iucunda. Astutia etiam, & euasio à violentiæ illatione est iucunda. Confictio vero, & doctrina sunt iucundæ. nam hæ fiunt per assumptionem vnionis, quæ est inter res: notitia autem vnionis, quæ est inter entia, naturaliter est ab homine concupiscibili: & ideo assimilationes & exempla placent. nam homo delectatur homine ei consimili, & equus equo, & puer puero. Et hinc oriuntur prouerbia, quę dicūt ꝙ puer gaudet puero: & grassator C docet grassatorem: & auis aue venatur: & rapax non odit rapacem, & consimilia. & vniuersalius vnita, & consimilia omnia sunt sibi iucūda. quòd autem vnusquisq; reperiat delectamētum in suo simili, est res famosa. Non aduenit autem consimilibus odium nisi per accidens: oblectamentū autem est per adeptionē vnionis, quæ est inter duas illarum rerum, quę sunt in mundo. Et vnusquisq; hominum amat se, sed in hoc excedunt se inuicem, & cuiuscunq; cui magis inest amor sui, suum oblectamentum & amor cōsimilis est D maior. Ex quo autem homo amat seipsum, suę dispositiones sunt indubitanter sibiipsi iucūdę, hoc est sua opera, suiq; sermones. & ideo inuenimus multitudinem hominum, hoc est ipsam plebem, ꝙ ament opera decora, & honorem, & filios propter amorem proprium. & hoc quia filij sunt quędam ipsorum substantia. Et opportunorum sufficientia ex hac parte est iucunda. nam ipsa est quędam sua operatio, sicq; similiter & imperium. Et quando homo reputatur ꝙ sit sapiens, est quid iucundum propter hominis amo- E rem sui. sicq; & amor honoris est iucundus ex hac re. Et ex hac parte ē͞t adiuuare affines est quædam res iucūda. & illis prædominium est quid iucundum. Et hominem vti rebus, quibus adipiscitur virtus seu excellētia, est iucundum & nobile. nam opinatur ꝙ iam adeptus fuerit illas virtutes, quibus vtitur. Et ideo laudauit* Homerus quendam hominem, qui diuiserat suū diem in plures partes, in quarum vnaquaq; parte operaretur aliquod opus, quo acquireret aliquam speciem virtutis, F ꝙ ille iam adeptus eēt illas virtutes qua diuiserat suum diē in illas partes, & ꝙ ille esset perfecte studiosus illarum. Et iocosę etiam res sunt iucundæ: & lętificantes blanditię sine dubio sunt iucundę apud homines & operibus & sermonibus. Sicq; definiuimus res, ex quibus fiant acyrologiæ nimium excessiuæ: (seu sermones modum excedentes, ad laudem vel vituperium:) & exhortationes seu dehortationes in libro Poeticæ, & quo modo fiant. Postquam autem ex hoc sermone declaratum est

*Euripides.

G est quid sint ipsæ res iocundæ, iam hinc declaratū est quid sint res dolorosæ contristantes. nam sunt illarum rerum contrariæ. quādo autē cognoscitur vnum contrariorum, cognoscitur & alterum. Postquam autem ex hoc sermone declaratæ sunt res, propter quas, & quib⁹ iniuriam facit iniquus, iam expedit ꝙ ꝓcedamus ad sermonem qualitatū & dispositionum, per quas facilis est iniuria, & promouetur ad illam: & quæ dispositio sit illa dispositio, ex qua fit iniuria hominibus.

H *De rebus quibus fit iniuria.* Cap. 15.

ET dicim⁹, ꝙ fiat ex illis iniuria quando putant illud opus esse ex his, quæ sunt in sua potestate, & illis posse fuerit. Et ꝙ sit ex his, quæ latent & non sciuntur, vel fuerit ex his, quæ pausillo temporis mandantur obliuioni, si non fuerit ex his q̄ latent. Et si fuerit ex his quę neq; latent neq; obliuioni mādantur, fuerint tamen illa ex quibus non prouenit ipsi iniurio suo opere malum aliquod penitus, neq; sibi nec vlli cui faueat. nam ille esset apud eum, sicut propria persona. Aut malum I inde proueniens esset minus quàm vtile, vel oblectamentum, quod ei proueniret ex illa iniuria. & hoc vel ipsi iniurio, aut illi qui ei faueret. De rebus vero, quibus fiat op⁹ possibile, in vltimo, hoc est in secundo libro, fiet mentio, nam sermo huius amplectitur omnes tres orationes. Veruntamē de dispositionibus, quibus nunquam adipiscitur omnino aliquod damnum, vel adipiscit̄ de illo infra ipsum bonum, quod inde speratur, vel op⁹ ipsum fuerit ex his quæ latēt, vel pausillo temporis mā dantur obliuioni, loquemur hic, ex K quo hoc est huic loco proprium.

Putatur autem ꝙ hominibus sit vis ad iniuriam vltra alios ab eorū specie: cum ipsi putent, ꝙ eis sit prę ualitudo alijs. Et ꝙ ipsi tuti sint, ne eis aduenturum sit malum, quando iniuriam fecerint. & hoc sibi, & suis fautoribus. Hi autem sunt duarum specierum, aut speciei, q̄ faceret iniuriam virium præ valetudine, vel speciei, quæ efficit illam arbitrio & circunspectione: adeo ꝙ mediteretur in se modum & rationem, quibus euaderet à malo: & hoc sua longa experientia & vsu præcedenti. Iniurij autem vltimo sui negocij L euadunt ab iniuria, quando habuerint plures cōfratres, vel fuerint singulares diuites: & tāto magis si manus fratrum secum fuerit in re, hoc est, ꝙ ex iniuria sequatur illis vtile, vel oblectamentum: quia tunc maior esset suus valor ad iniuriam. Et similiter si illi, quibus tangit res sua cum illis qui eis associātur, fuerint fratrum fratres, vel fratrum ministri aut stipendio conducti à fratribus, vel partem secum habētes, seu sui socij. Nam quando iniurij tales fuerint, haberent vigorem ad iniu M riam faciendam, & ad cauendum à dando pœnas vel talionem. Et aliquando accidit eis, ꝙ lateant sua gesta, & obliuioni mandentur: lateāt quidem propter suos socios, & obliuioni mandentur. nam ipsi non inciperent primo iniuria afficere aliquem virum iniurium. Ex his autem, quibus facilis est iniuria, est, ꝙ iniurij sint amici illorum, quos affecerint ea. vel sint amici ipsorū iudicum. ex eorū esse amicos eorum, quos iniuria afficiunt, fit quidē duabus

A bus ex rebus, quarum vna est: nam amicus nõ cauet suos amicos: & iõ facile ab eis afficitur iniuria. altera aũt est; qa qñ ei fecerint iniuriam, minima re ipsum placarent ante aduentum ad iudicij tribunal: nam amici est obtemperare amico. propter iudices autem esse suos amicos fit; quia iudices suis amicis iniquũ proferunt ius, & ex parte voluptatis. & hoc, aut quòd illum liberent omnino à pœna; aut ipsum condonent in rem paruam. Hic autẽ adsunt quędam res, quæ sunt contrariæ illarum rerum, quæ attributæ sunt potestate: quæ quando insunt B iniurio, sunt causa illius omissionis iniuriæ. & hęc sunt sicut morb⁹, imbecillitas; & egestas. nã imbecillis, & æger reputantur, quòd nõ faciant iniuriam quia non ferrẽt pęnam suis corporibus. egenus vero, quia nõ habet, vnde soluat pœnas. Iniurij autem opus, quando fuerit in summo euidentiæ, paruifacit ipsum, & putat, ꝙ nõ sit iiuria. & hoc quia quando iniurij opus simile est operi errãtis vel iocatoris, fallit homines: & reputant ipsum non esse iniurium. Et rursus quia nemo est, C qui caueat se ab iniuria, quæ publice fit; propter sui casus raritatẽ: sed cauet ab iniuria, modo quo consueuit esse, quæ est ipsa latentia. nemo vero, cauet modum inusitatum. & ideo homines non cauent eos, qui non habent vigorem contra ipsos, neque fratres, neque filios. Et quidam homo est, qui non cauet suis operibus, vt ex hoc putetur, quòd ipse ignoret quod agit, aut obliuiscatur eius, & aliquando fingũt eos latere quasdam res illis accidentes, adeo quòd nõ putetur de eis, quòd ipsi initient penitus iniuriari cuiquam. Et adiuuat iniuriam potestas ipsa celãdi. & hoc aut qua apud eum sunt loca latentia, vel quia ei insunt quædam dispositiones, quarum conditionis est quòd abscondant sua gesta, vt id quod de eo pateat sit, quod liquet de eo, cuius nõ reputaretur aliquod turpe opus. Et nonnunquam quidam homines, quorum iniuria non latet, possidẽt ipsam iniuriam, quãdo iudices sunt iniqui secundum alterum duarum rerum, aut extorquendo ipsum ius, vel moram trahẽdo ad veritatis sententiam, adeo ꝙ deficiat facultas actoris & omittat suam actionem. & ideo quando iniurius habuerit vim euadendi à pœna, aut à talione vel ille fuerit egenus, facilis est ei iniuria. Ac etiam illis, quibus vtilia, quæ ex iniuria acquirant, fuerint manifesta, nota vel magna, aut proxima præsentanea: & damna inde prouentura fuerint pauca, vel latentia, vel remota tempore tarda, facilis est ipsis iniuria. & hoc, quia illi non omitterent verum vtile propter noxium, cuius casus sit ignotus. & ideo non omitterent vtile cito venturum, propter noxium tardum, neque vtilia multa ꝓpter noxium paucum. Et ex his, quæ iniuriam facilitant, est, quando ipsa est operatio, qua laudaretur iniurius, & memoria de eo haberetur: sicut accidit illi, qui expetit nonnunquã ab illo, qui culpam commiserit contra ipsum, & suum patrem suamq; matrem, sanguinis redẽptionẽ, cũ sit vnus virorum cuiusdam ciuitatis. At ille interficeret cũctos ciuitatis viros, & præcipue, qñ damnum illis proueniens esset in opibus, & vilipen-

G vilipensione. nam hæc esset maior pars illarum rerum, quibus laudaretur. hi autem iniuriam faciunt subtractione & detentione: subtractione inquam eorum, quæ non sunt sua, & detentione illorum, quę sua sunt. Hæ itaq; sunt res, quæ constituunt iniuriam facilem habentibus cogitatum & animaduertentiam: harum vero contrariæ sunt secundum mores & opinionē, quæ sunt deiectæ opinionis & morum. Iam enim promoueret eos ad iniuriam casus paucæ vtilitatis ignotæ, hoc
H est non vere, ꝙ sit prouentura, vel non sit futura prouenire. Et aliquādo ꝓmouet eos ad iniuriam timor pauci damni, quod casurum est in eos, non ꝙ per suam iniuriam acqrant aliquam rem, quam adipiscantur, sed ne perdant paruam rem ex pluribus, quas haberent. Et aliquādo hanc hominum speciem promoueret ad iniuriam, quia ipsi iniuriā fecissent, & fefellissent suum intentum, nec prospere successisset quod exquisiuerat ex iniuria. & hoc ferret, eo ꝙ multotiēs successiue inferrent iniuriam, sicut pluribꝰ illorū,
I qui in bello vincuntur, accidit, qui redeunt ad interitus, locum rebellādo, postquam bis & ter superati fuerint. Ac illi etiam, qui promouent ad iniuriam, quibus est initij rei oblectamentum cum dolore in vltimo, aut præcipites ad vtile primo cum casu damni in vltimo, ipsi ēt sunt huius speciei. nā tales inueniūtur imbecilles ingenio ad quicquid appetunt: horum autem contrarij sunt illi, quos moueret ad iniuriā. quia contristans nocens eēt eis prius, & iucundum vtile posterius, aut post multum temporis. & hi sunt, qui habent intelligentiam & aīositatem ī summo. & illi sunt viri maximę malitię. K nam putaretꝛ ꝙ illa vtilia & oblectamenta posteriora nō proueniunt eis ex parte suę iniurię, & ꝙ id quod eos prouenire fecerat ī casum iniuriæ, est damnum, quod subito præcessit, aut tristitia illa, & nō reputaretur eis penitus iniuria. Et aliqñ habentes astutiam & versutiam, ipsos promouet ad iniuriā, quia ipsi illam educunt dispositione, qua non reputatur ꝙ sit iniuria. L
Hoc aūt fit pluribus modis. quorū vnus est ꝙ reputetur, ꝙ illud opus fuisset contingenter, aut reputaretꝛ fuisse vi, aut reputaretꝛ ꝙ fuerit pp quandam naturam, & ꝙ fuerit errore vel ignorantia non ex intentione deliberantis, & ꝙ fuerit ex parte cōsuetudinis, quę pręcesserit, aut ꝙ opus sit modo, quo non acquiratꝛ ex eo aliqua res, qua conferatur vtilitas in p̄senti vel futuro. nam id, quo non acquiritur aliqua res in pręsenti, reputatꝛ ꝙ non sit hominis intentum, & ꝙ non indigeat eo, & ꝙ nō M
expediat nisi qua illi qui eo īdigēt, indigent altera duarum specierum, vel necessitate sicut pauperes, vel lasciuia velut diuites. Et magis excusationē habet iniuria, quę fit necessitate, quā iniuria, quę fit lasciuia. Et ideo hi cauent nimium: & si nimiū secūdarentur, & aīosis cautis qñ ꝓspere sibi successerit res, pp quā fecerint iniuriam, videtꝛ ac si nō placuisset eis res illa, neq; ea lętarentur. habentes vero imbecille ingenium videntur gaudentes illo, qđ eis p iniuriā puenerit. Et iā verificatæ essent cōiecturę illorū, qui iniurij sunt pp vllam harum causarum facilitātiū iniuriam, quando ꝓspere eis successisset,

A fisset, quod hinc sperassent. Hęc itaque est summa eorum, quæ dicta sunt de rebus, quæ facilem reddunt iniuriam ipsi iniurio, & ipsum promouent ad illam.

Viri vero quibus iniurij nocent, qui sunt illi, quibus naturaliter īfertur iniuria, hoc, est, quos habentes malitiam sperant iniuriari, sũt illi qui ignorant quod fit contra eos, & non videtur eis ꝙ sit iniuria: aut q cito obliuiscuntur illorum, quæ ex iniuria fuerīt cõtra ipsos: & si illud nõ ignorarent, aut aliquid huic cõsimile esset illi, qui nõ haberent fra-
B tres, aut haberẽt egenos fratres. Iniuria autem, quę fit in opes, cadit in illum qui habet opes, qñ in illis opibus fuerit aliqua res, qua indigeat iniurius. & hoc aut loco necessitatis si esset egen⁹: aut loco lasciuię, si esset diues, cuius intentio esset opum congregatio tantum: aut loco voluptatis, si eius intentio fuisset opum dispendium, & oblectamẽti in illis. Et in illis, qui vniuntur propter expeditionem sui iuris, cadit nimium iniuria. Et silr in affinibus & fratribus. & hoc, qa homo nõ cauet suũ
C amicum: & quando fecerit ei iniuriam, ignoraret ꝙ eẽt iniuria. & omnes hæ species impediunt illos vendicari ab iniurio. aut redẽptoris priuatio, sicut est egestas & fratrũ priuatio, aut vindicationis ipsa tarditas, & ipsum esse morosum. & ideo plurimum ꝙ secundę res prædatorum suorum affiniũ succedunt, est qñ ignorant suam iniuriam ab initio rei, adeoꝙ lateat & obliuiõi mittatur. Et illa hominum species, qui cauent malum remouẽtes se ab eo, qui se nimium tutantur ab ignominia ꝑ contentionẽ, est illorum, quibus nimiũ infertur iniuria. Et silr D
accidit viris, qui non cauent sua negocia ab his, qui habent veram malitiam, & cõfidunt in eis, & reputantur apud eos recti: hoc est, quia illi semper sperent, & iam posse esset, ꝙ hi ignorarent has res, & nõ multũ obstaret inferre eis iniuriam. Et piger & vecors acquirit omnem iniuriam, & silr ignorantes quid sit iniuria & ęquitas. & vsus ea, quę sũt a iudice decernẽda. nam debiti eductio est iudicum. Et ex illis, qbus infertur iniuria, sunt homines illi⁹ speciei, quibus præualet pudor. nã nõ habent versutiam, neq; deceptionẽ E
ad sua vtilia expetenda. Ac etiam illi, quibus plures viri intulerunt iniurias, fit iniuria. nã illis iam deiecti sunt animi, & tutũ esset eis malum inferre. Et illis, quorum iura nũquam venerunt in lucem, quando in iudicum & imperatorum tribunalibus cõparuerint, ex quo nõ valent, fit ipsis iniuria. nã vt, dictũ est, horum potestas perpetuo imminuta est. Et illis etiam, qui diligẽter multotiens procurauerant trahere aliquid, & nullam rem traxerint, ipsis faciẽda est iniuria. nam ambæ hæ duæ species sunt deiectæ: nec F
sunt cauẽdi nec simplr neq; aliqñ, ex quo sunt homines viles. viles aũt non oportet homines cauere, quia non habẽt tutorem: hoc autem ita fit. nam hi nõ absoluunt suam mẽtem nec suum habitum. nam timẽt loqui, neq; valent permittere vel inhibere. & hoc, quia nemo horum euaderet, quin reperiret aliquem hominem præsidem ei, aut ipsum vilipendentem, aut faciẽtem ipsum fugere. Illi aũt inter quos & aliquos viros esset antiqua inimicitia, aut

G propter suos maiores, vel pp suos patres, aut propter seipsos, aut pp suos partes, sunt apti, vt illi hoïes inferant eis iniuriam maiorem iniuria pręcedenti. & silr si vilipēdissent eos vel suos parētes, aut suam familiam. & ideo dicit vetus prouerbiū, ꝙ paruum malum excitat maius. Illis autem, quibus pręcesserit vetus aduersitas, si fuerint amici, & aduersitas fuerit pua, excusationis auscultatio esset eis facilis: nec eius casus esset abominabilis illis, qbus excusatio fieret. Si autem aduersitas fuerit magna, eius auditus esset iocun-
H dus apud illum, ad quē fuisset aduersitas. Et si essent inimici, suus auditus esset cum vilipensione, & non appareret illis stabilitas eorū, quæ audire facerent suos auditores, nisi dicerent aliquam rem, vel ꝙ oppugnent dicentibus, aut minuant sermonem vel augeant. Hic autē non sunt homines, qui afficiantur iniuria, & eis perueniat damnum & tristitia, non ad vtilitatem, sed loco oblectamenti. hi autem sunt alieni a ciuitate, vel familia, aut morib9, vel idiomate, aut lege. nam homo dele-
I ctaretur iniuria ī alienos aliquo horum quinq; modorum. Et iniuria cadens in istos est ipsa vilipēsio. nā iniuria fit opib9, & honore, & pace: & negligentes etiam ipsi afficiūtur iniuria. Placet aūt iniuria alienis. nam ipsi nesciunt quid sit paruifactio & vilipēsio apud viros illius ciuitatis, aut apud illam familiam. & sic res se habet de illis negligentib9. Et ex illis, in quos iniuria ē iocunda, est species hominū qui paucis rebus contristantur, & illis tremūt. hoc autem clarum est ex opibus iocatorum in hanc speciē hominum.

Et illis qui pluribus iniurijs affecerint homines, placet iniuria illorū nō propter aliquid vtile: & reputatur de eis ꝙ quasi iniuria in illos nō sit iniuria. Et hoc, sicut ꝙ vllus homo percutiat illum, qui obloqueretur hominum vituperia, & defectus percutiens & vulnerans. Et in illos etiam, qui iniuria inducunt aliquā rem turpem, & vituperosam apud homines, siue seriosè, seu inaduertēter, ipsa est iocunda decens apud homines: & huius opus non apparet iniquum. Et viri delectātur iniuria facta in illos, qui gaudēt horum ge- L stibus aut suis amicis, aut in illos q gloriantur horum operibus: & vniuersalius opere malum operātis. & sic vniuersalius ī imitatores malū facientes, aut secū degentes. sed delectantur homines eo,q inferret iniuriam in illos: qui affecissent iniuria homines patientes in veritate firmos. Et iniuria cadens in illos qui iniuriari cœperint, verisimile est ꝙ non sit iniuria. & ideo prouerbijs vtentes, dicūt initians est magis iniurius. hoc autem est, si interficeret hominem, qui veniret ad ipsum interimendum. Hę itaq; sunt res, quę quādo alicui homini insunt, pmo- M uent iniurium ad inferendū illi iniuriam, & illi sunt naturalr iniuriādi. Res vero, quib9 facilis fit iniuria & quibus omnes aut plures hoïes iniuriam inferunt, sunt illę res, quarum est indultus. & quę celantur & latent. Res autē, quarum fit indultus sunt res paucę viles. Et res, quæ celantur & latent, sunt res, quarum substantię cito corrumpūtur; sicut sunt sapores: & res, quarum figuræ aut colorum permutatio, aut quæ complexione & permistione mutētur,

A tur, sunt quid facile. Et vniuersalius res, quarum figurę possibile est ꝙ ĩ pluribus suis locis varietur, sunt faciliores & latentiores: & eo fortius, quando illarum variatio fuerit ĩ locis paruis. quia quanto rei variatio fuerit maior & facilior, sui etiam latẽtia esset facilior. Et similiter latẽt res, quarum similes notum ẽ fuisse apud ipsum iniurium, aut etiã dissimiles: sed eas introducit in summam consimilium illis, aut eas permutaret ad dissimiles illas, ex qbus notum fiet ꝙ sint apud illum. Et iõ B plures illorum, qui furari intẽdũt, pręmittunt emere de specie rei, quã furari intendunt, aut de specie illi⁹ rei, ad quam illam permutare intendunt Et quanto ille, in quem iniuria est commissa, erubescit iniuriæ ipsius fieri mentionem, illa est magis latẽda: sicut est de iniuria patrata ĩ mulieres, cuius manifestatio ẽ verecundię: & vituperium illarum, in quas facta est iniuria & suorum filiorum. Hę itaque res sibiq; consimiles sunt res, quibus facilis est iniuria, ex quo earum est indultus & latentia. Sicq; iam declaratæ sunt ex C hoc sermone res, quib⁹ iniurius iniuriam infert: & dispositiones, quæ quãdo alicui homini insunt, facile in ipsum ĩfertur iniuria: & dispositiones, quę quando cuidam homini inexistunt, viri iniurij sperant in ipsum. Reliqua autẽ est tertia species trium rerum, ex quibus sumantur præmissę, ꝙ iniurijs intulisset ipsam iniuriam, & est notitia operũ quę quando insunt, declaratum est ꝙ illi quibus insunt, iam patrarent iniuriam, & dispositiones: quę quãdo nõ fuerint, fit ipsi iniuria. Expedit autem prius præponere iniuriæ species, & species expedientis: hoc D est, quod non est iniuria. Iam aũt dictum est in pręmissis, ꝙ iniuriæ species sint circa duas res, quę sunt ipsum iocundum, & ipsum vtile. & quòd quando eis sunt, reperiuntur altero duorũ modorum, vel ad fugandum damnum, aut ad tuendũ vtile aliquod.

Statuta autem, quæ constituunt quid sit iniuria & quid non sit iniuria, quędam sunt propria cuidã sectę ciuium, & quędam sunt cõmunia cunctis ciuibus: & vtriusq; speciei horum statutorũ quædã sunt scripta, & quędam nõ scripta. Intẽdo aũt per nõ scripta, illa quę sunt E naturæ cunctorũ, aut quę dicuntur naturæ oĩum, ꝙ sint æquitatis vel iniquitatis: & si nõ esset ĩter singulos illorum cõueniẽtia ad hoc, neq; fœderis stabilitas: & hęc ẽt vocãtur cõia hoc modo. hęc aũt statuta nescitur, qñ fuerint constituta, neq; quis ea cõstituisset: immo vt plurimũ illa sunt contraria scriptis, & cadit in eis sufficiẽtia seu persuasio ꝙ nõ sint iniqua ea, q̃ ſm scripta reputatur ꝙ sint iniqua: sicut Aristo. retulit de quodam viro noto apud illos, de quo relatũ fuerat, ꝙ sepultus F esset pręter sepulturæ statutum proprium suę ciuitati: qui excusatur ꝙ ille sit sepultus secundum commune statutum, quod naturaliter, & ꝙ ei⁹ sepultura esset, ęqua, nõ iniqua. Statuta vero scripta propria singulis gentibus sunt sicut illud, quo videtur, ꝙ nõ expediat interficere animata, hoc est ipsa animalia, & ꝙ illud sit iniuria. nam hoc non est necessariũ apud omnes neq; naturalr. Quando autem statuta constituentia ęquitatem & iniquitatem,

Quę statuta constituant quid sit ĩiuria, & quid nõ.

G quædam sunt, quę sunt versus multitudinem, & omnes ciues: & quædam sunt versus singulos, hoc est, ꝙ quædam eorum sint, quę constituunt quid expediat fieri, & non fieri de re multitudinis: & quædā statuta constituunt hanc rem de re singulorum. Manifestum itaq; est, ꝙ species iniurię & opportuni, hoc est quod non est iniuria, continentur his duabus speciebus, hoc est, ꝙ iniuria & opportuni opus aut fiūt respectu vnius terminati, aut fiunt respectu omnium. Exempli gratia, q furatur aut vulnerat, patrat iniuriā
H respectu vnius terminati. ille autem qui separatur a communitatis modis, qui apđ Arist. sunt ciues mutuo se tueri, iam patraret communē iniuriam. Et sīl'r qui se abstineret a custodia, hoc ē a custodia ciuitatis ab ijs, qui eam grassarentur ab extra & nō transiret ad suam custodiam, ciuitatis terminos: aut ille qui tergiuersatur regimini exercitus, & separatur a militibus ciuitatis: quorum animus ardet in viros alienos ad superādum suos præpositos, aut seipsos vel suam ciuitatem. nam quando vnusquisque horum non opera
I tur suum opus, ciuitas ex hoc adipiscitur communem iniuriam & maximum damnum. Hæc itaq; diuisio cadit de cunctis iniuriæ speciebus, hoc est, ꝙ quædam earum sint communes, & quædam respectu vniuscuiusq;. Postquam autem retulimus species iniuriæ, iam expedit itaq; ꝙ referamus quid sit iniuria, hoc est res, quæ quādo cecidisset in aliquem hominem, & patretur ab illa, vocaret̃ iniuriatus. Et dicam⁹ ꝙ iniuria sit, ꝙ homo tollat aliqd ab alio homine inique, sua sponte eiusq; arbitrio. & hoc, quia iniqui- K
tas, vt iam dictum est in præhabitis est damnum, quod sponte fit. Iniuria itaq; ergo est, ꝙ noceatur homini voluntate iniuriantis. Et oporteret hic numerare species rerum noxiarum. sed iam numeratæ sunt in præmissis, & hoc in capitulo deliberationis. nam ex quo ibi dicta sunt expedientia, fuerunt declarata sua contraria, & sīl'r etiam relatæ sūt in capitulo vituperationis sicq; etiam iam pręcessit sermo de speciebus rerum, quę spōte fiunt. Accusationes autem vniuersaliū communes, & proprię continentur quatuor specie L
bus. Quarū vna est, quę fit sine præcognitione agētis, & est illa, quæ casu fit. Secunda autem est, quę fit cū cognitione sine volūtate, & illa est violenta. Tertia autem est, quæ fit electione, & animaduertentia. Et quarta quę ē ex aliqua passionū, & plurimum, quod hęc fit, est ex ira. de ipsa ira vero & his, quæ ex ipsa fiunt, dicetur postea. de illis vero, q̃ fiunt electione, & animaduertentia iam dictum est in præhabitis. Et nō solum accusans īdiget cognitione specierum iniuriarum, & operationum, quæ sunt iniquę, aut noti- M
tia conditionū, quibus opus est iniuria, & iniquitas: sed etiam excusans. nam multotiens cōcederet accusanti esse rei, quam argumentaretur contra ipsum, sed negaret conditiones, quibus illud opus esset iniuria. & hoc quia ipse cōcederet ꝙ accepisset, sed nō ꝙ furtum commiserit, & ꝙ interdixerit, sed non ꝙ blasphemauerit: ꝙ cōcubuisset legitimo concubitu, nō ꝙ patrasset adulteriū. Et ideo expedit accusanti & excusanti, ꝙ sciāt quid sit furtum,

&

A & quid sit blasphemia, & qd sit adulterium. & hoc secundum legem communem & propriam illis viris, quorum ille est. Nam ex notitia harum rerum possibile esset accusanti ꝙ constitueret, ꝙ opus sit iniuria & iniquitas: & excusanti ꝙ illud non sit iniuria, nã lis est, an ille sit iniurius vel nõ iniuri⁹. Vera aũt iniuria quę non suscipit excusationem, est iniuria, quæ fit ex præexistenti animaduertentia, & electione. Sunt ãt hic quædam iniurię, quarum noĩa ipsa significantia sufficiant ad concessionem, ꝙ sint summæ iniuriæ, B & præexistentiæ electionis, & animaduertentiæ, absq; ꝙ ad hoc indigeamus sua definitione: sicut est furtum & adulterium. nam non concipitur ꝙ aliquis furetur, aut adulteretur absque præelectione. Et ideo quando concesserit hæc nomina, q bus ipse arguitur, nõ relinquitur illi excusationis locus. Expedit ergo semper excusanti, ꝙ caueat concessionem horum nominum. & si concederet non concedat illa nisi secũdum genus: sicut ꝙ cõcederet, ꝙ interdixerit, nõ ꝙ blasphemauerit: & C diceret, ꝙ blasphemia sit hominis vilipensio, vel sui patris vilipensio ꝑ adulterium. & hoc, quia vituperia ꝑ vitia excedunt se inuicem. nam hic sunt q̃dam vitia, quibus homo nõ afficeretur verecundia, si ei stabilirẽtur, sicut est auaritia. & sunt hic q̃dam vitia, q̃ quando stabilirentur homini afficeret̃ illis maxima verecundia, sicut est adulteriũ. De quibusdam autem iniuriis, & de quibusdam, quę non sunt iniuria, sunt statuta: sed de quibusdam nõ sunt statuta. & illarum, de quibus sunt statuta, de quibusdam sunt statuta scripta, & de quibusdam sunt non D scripta. & quodlibet horũ describit ęquitatem & iniquitatem, & bonũ & malum. Bonum autem secundũ statuta non scripta sunt ipsa opera, quibus quanto homo magis accresceret ĩ infinitum, tãto augeret̃ sua laus eiusq; cõmendatio, suusq; honor & exaltatio. sicut est amicorũ auxiliũ, & gratitudo beneficij. Malum autem secundum statuta non scripta est opus, quod quãto homo augeret tãto magis afficeretur inde turpatione, vel vilipensione. & hoc etiam in infinitum, sicut est reĩpro peratio beneficentię & maleficẽtiæ E ipsis amicis. Bonum vero & malũ secundum statuta scripta est mẽsuratum, vltra quod nõ est addendũ, nec ab eo est minuendum. Ex quo autem res ita fuit, & statutum mensuratum non conueniret cuiq; viro neq; omni tẽpore, nec omni loco, nec sufficeret de bono & malo, ꝙ mensuraretur negocijs singulorum hominum: opportunitas ergo additionis & minutionis est secundum ꝙ decerneret statutum no scriptũ. Oportet ergo, ꝙ horum statutorũ non scriptorum sit directio & magnificatio ad scripta: & illud aut ẽ F additio ad statuta scripta, aut diminutio ab illis & si additio eẽt vltra bonum scriptum, vocatur beneficẽtia: & si additio esset ad malum scriptum vocatur pęna: & si esset minutio a malo scripto, vocat̃ indultus, & tolerantia, & similibus nominibus. Hoc autem accidit statutis scriptis suis cõstituentibus, vel necessario, aut per se. sunt vero per se, quãdo ipsi errant & ponunt terminationem communem, & non est cõmunis, sed propter ipsam rem in se est.

G quia nemo poteſt conſtituere ſtatu tũ commune ſm omnes homines omnibus temporibus & oĩbus locis: quia hoc eſt infinitum: hoc eſt permutatio vtilis & noxij. Finis ãt experti ad conſtitutionem ſtatutorum eſt, ꝙ conſtituat ex his qđ fuerit vt plurimum, hoc eſt pluribꝰ hominibus, pluribus tẽporibus, & pluribus locis. Quanto autem ipſe cõſtituens diligẽtius procurauerit, ꝙ ſtatutum quod conſtituerit, fuerit vtilitatis lõgioris temporis & pluribus hominibus, tanto ſtatutum eſſet præſtãtius. Quando autem res
H ita fuerit, neceſſe eſt ꝙ ſtatuta coniectata nõ ſint ſemper & ꝑpetuo vera, hoc eſt, de omni homine & omni tempore, & ideo indigebimus additione & minutione eorum. Tibi autem declaratur hoc ex legibus ſcriptis hoc noſtro tẽpore, additio autem & minutio præſtat, quando afficeret̃ hoc laude vel honore. Tollerantia autem vniuerſaliter eſt excuſatio diminutionis rei ſcriptæ, aut illius ablatio in loco, quo aduenit huic laus vel honor, cuius exemplũ eſt, quod retulit Ariſto. ꝙ ſtatutum erat apud eos, ꝙ nemo ferret annu
I lum: qui autem hoc ageret, mulctaret̃, & ꝙ ille habeatur iniquus. Nõ ſcriptum autẽ ſtatutum decernit, ꝙ tali indulgeatur. talis ergo indultus eſt ęquitas. Et qñ hæc eſt tollerantia, manifeſtum itaque eſt, quæ res ſunt ipſius tollerantię, & quę res nõ ſint eius: & q̧ homines ſint tollerantes, & qui non ſint ita. nã homo eſt tollerãs res, quarũ indultus eſt decorus. Licet aũt ſpecies maleficentiæ & iniuriæ nõ ſint vna ſpecies, ſed plures ſpecies, nõ conuenit coęquare inter illam earum, quę accidit ex parte erroris, & eſt quæ fit K
errore & deceptione: & inter illam, quę nõ accidit errore, quę fit dolo & malitia. Maleficentia autem poteſt eſſe ex ignorantia non ex malitia. Iniuria vero fit ex malitia non ex ignorantia. Præmiſſæ autẽ, quibus oraret qui peteret indultũ peccati, cuius agentem lex ſcripta mulctauerit pœna, hoc eſt illę, quas retulit Ariſt. in hoc lib. ſũt vndecim. Quarum prima eſt, quod ipſe culpãs dicat mulctatori ꝙ expediat ꝙ in hoc nõ imitetur merũ ſtatutum de ea pęna, qua ipſum mulctauerit ſed ꝙ induat habitum cõſtituentis L
illud venia & pietate. Sc̃da præmiſſa eſt, ꝙ nõ expediat, ꝙ ſpeculetur literale orationis legiſlatoris ĩ hac pęna, quam ſtabiliuit, ſed ſuum intentum: & hoc in eo loco quo intellectus textus eſſet contrarius illi, qđ decerneret ſua litera quo ad pœnã. Tertia eſt, ꝙ dicat ꝙ nõ expediat ꝙ cõſtituatur pęna ſm euidens ipſius operis, ſed ſm meditationem & electionem. & hoc, quando putaretur, ꝙ illud opꝰ nõ fuerit ab eo electione factum. Quarta eſt, ꝙ dicat, ꝙ nõ expediat ꝙ mulctet̃ de eo quod factum ſit ab eo raro & in paucioribus, ſed de eo, quod reperitur ab eo M
qui deliquerit. & hoc, qñ nõ ꝓceſſerit prius ab eo hoc opus. Quinta eſt, ꝙ dicat ꝙ nõ expediat ꝙ homo mulctet̃ ſm pręſentem ſuam diſpoſitionem, donec ſpeculentur ſuę diſpoſitiones pręcedentes & ſuę futurę diſpõnes. & hoc apud illum, per quem illę diſpoſitiones tunc incipe rent initiari. Sexta eſt, ꝙ reminiſcat̃ bonorum, quę prouenerint ab ipſo delinquẽte ad illum, in quem patratũ fuerat delictum. nam hoc ipſum pro-

Vndeci[m] [præ]miſſis pe[c]cati idu[l]tũ oram[us]

A promoueret, vt cõsequeretur indultum ab illo ex summa illorũ beneficiorum. Septima est, ꝙ reminiscat virtutum delinquentis, suęq; nobilitatis suorumq; maiorum generositatis nobilitatisq;. qa hoc ipsum promoueret, ꝙ non consideret malum perpetratum. Octaua ẽ, ꝙ exhortetur ipsum ad maturitatem ad iniuriam puniendam, quando diceret ei, ꝙ non expediat homini festinare, quãdo in eum illata fuerit iniuria ab aliquo homine, vt reddat illico illi suum talionẽ, sed expectãdum est. nam forte in huius vltimo perueniet ei bonũ aliquod. Nona
B est, ꝙ dicat ꝙ expediat homini ꝙ leniter se gerendũ sit cũ hoĩbus. ex qbus solũ verbũ deberet sufficere absq; effectu, & ꝙ nõ sit vehemẽtis inquisitionis. Decima ẽ, ꝙ dicat ꝙ expediat homini expeditũ eẽ a litibus & pœnis. Vndecima ẽ, ꝙ dicat, ꝙ tollerãtia & ĩdultus seu venia hui⁹ sit qd studiosum. Et audaces & vim inferẽtes concedunt hoc pp eorum assimilationem tollerãtibus, tãto fortius alij. Hinc itaq; declaratum est quid sit virtus & tollerãtia & venia. & quid sit tollerãs & indulgẽs, & ex
C quibus modis præmissarum sumitur ratiocinatio tollerãtię & indultus. Et quia ille, in quẽ est delictũ, magnificat iniuriam cadentẽ in ipsum, delinquens autem minorat ipsum, expeditaq; hic, ꝙ loquamur de speciebus magnæ iniurię, & iniurię paruæ. Ex magnis autẽ iniurijs est, quę fit a potente homine in imbecillem: & illius ẽ, quę fit a diuite in pauperẽ. & ideo iniuria, quę fit de rebus paruis, est magna, aut propter ipsum malum in se quod reperitur ĩ hac re parua: aut ex vehemẽ-

De maior ac mĩore iniuria.

tia damni magnitudo quidẽ damni in parua re est, sicut illius, qui expoliat aliquem hominem suppellectili suæ domus, quando est paucus, sed non hẽt ꝙ emat alium. Malum vero, quod est in se vehemens, & si opus sit paruum, est, sicut relatum est de homine quodam; qui iniurius fuit officialib⁹, qui apud illos vocabantur offerẽtes, & illi sunt peculiares officijs sacrorũ, qui proprij sunt diuino cultui in tribus drachmis sacris ex bonis proprijs tẽpli. Tres itaq; drachmæ sunt parua res ſm conditionem iniuriæ opũ: sed tollere illas eo modo, quo sũt ex bonis sacris ab officialibus offerẽtib⁹ est maximum malum. & hoc, quia hoc significat vim mali, quod est ĩ illorum acceptione, ex quo iam patrauit sacrilegium in Dei dono, & sacris eius bonorum. & ideo q hoc facit, non videtur caueri penitus ab iniuria, sed attigit illius summũ. quando vero consideramus mensuram damni surreptionis triũ drachmarum, non est ibi iniuria sensibilis. Talium aũt iniuriarum, in quæ offendũtur ad templa Dei, suorũq; prophetarum, non est venia neque tollerãtia. nam illarum venia & tollerantia non iudicatur æquitas: immo oportet ꝙ iudex in talib⁹ decernat sñiam mulctę oĩno, aut pp vĩdicatiõẽ a dliquẽte solũ, aut qua puiſecit cõem ęqtatẽ. & pp hũc locũ dixerunt legistę apd nos, ꝙ q dixerit d legistis ꝙ fimbria suę clamidis sit coĩqnata, teneat mori. Et maxĩæ iniuriæ ẽ, ꝙ aggreget cõtra aliquẽ hominẽ surreptio suarũ opũ, & illi⁹ afflictio. Et maxĩę iniurię ẽt ẽ, ꝙ ęqui & iusti & studiosi cõterant propter suas virtutes. Et ideo iniuria cadẽs ĩ D E F

G istos est eis gloria,& nō paucus honor. Et ideo nos videm⁹ multos tyrannos, qui intendunt vilipendere sapientes verberibus,& reliquis malis. Hoc autem fit illis ad gloriā ipsis viuentibus & post eorum obitū: sicut accidit ipsi. Mallet,& reliqs legistis. Et silr illis istorū, qui interficiuntur a regibus ex hoc, qa post mortem accidit ipsis maximus honor: sicut peruenit socijs Hiesu Nazareni post eorum mortem honor a suis sequacibus Et vniuersalius ille,cuicunq; nocetur propter aliquā H rem,qua homo honoraretur,per illud damnum acquirit summū honorem. Et summæ iniurię est,ꝙ illius iniuriæ species sit noua, quam non fecerit alius pręter ipsum, nec ante,neq; post illum. Et ex his quę magnificant iniuriam,est, ꝙ ille sit primus eorum, qui fecerint illā, & omnes successores qui illud opus egerint, imitati essent illū: sicut de Abel & Cain. Et maximę iniuriæ est conducere vltimam perditionē illorum,quorum intentum est conducere bona ipsis hominibus: sicut est iniuria,quę cadit in legumlatorem. Et summæ iniurię est mulctan I di excessiuis pœnis secundum leges scriptas, sicut apud quasdam nationes est tradi feris. Et maximę iniurię est illa iniuria, quę infertur ab aliquo homine in suum affinem,eiusq; socium. nam hæc fit propter suum odium & cordis liuorem. dānum autem affinium,suumq;odiū infert eis excessum malitię. Et maximę iniurię est dolo vti in confidentes. Et periuriū, & fœderis violatio & consimilia his ex rebus, quæ narrantur scriptis historijs. & ideo horum pœna non est sicut pœna reliquorum iniuriorum: immo expe- K dit vilipendere illos in capitibus tribunalium vna cum ipsa pœna, sicut est pęna falsorum testium. nam nō est satis habendum per suam pœnā nisi fiāt erubescere in tribunalibus iudicum,& vilipendātur, & induāt vituperij indumentum. Et turpior esset dolus, & iniuria,quādo fierent illi a quo præcesserit beneficentia illi,qui dolum commiserit & iniuri⁹ fuerit. & quando appareret benefaciendum, & eius intentionis esset ipsum malum, illud est huiusmodi. Et iniuria in leges nō scriptas: hoc L est illarum transgressus est vehemētior q̄ iniuria ī leges scriptas:& hoc quia statuta non scripta sunt ac si esset quędam res, ad quam homo cogeretur, ex quo sunt sicut res naturalis illi;sicut est honor parētum & gratificari benefico. Statuta vero scripta nō sunt homini necessaria. & si transgrederetur statutum scriptum,iniuria esset abominabilis iniuria, & illa est, sicut īterfectio īfantium & mulierū. Et illos mulctari de rebus,quibus nō est pœna in statuto scripto,est maximę iniuriæ. & ideo est potissima causa corruptio- M nis principatus. Iam itaq; ex hoc declaratū est q̄d sit ipsa iniuria sūma & parua, ex quo paruū est cōtrariū maximi: res autem cognoscitur ꝑ suum contrarium. Modo autē expedit, ꝙ loquamur de constitutionibus,quæ vocātur inartificiales, hoc est,quæ nō fiūt penitus ex syllogismo rhetorico. nam conuenientissimus locorum,de quibus faciēda est mētio,est hic locus: ex quo illę sūt magis proprię iudicialibus, q̄ sint duobus reliquis generib⁹ rerū rhetoricarum,hoc est,deliberatiuis, &

de-

A demonstratiuis. Hæ autem inarti-
ficiales constitutiones sunt quinq;
numero: quarũ vna est ipsa statu-
ta,& secunda testes, & tertia consti
tutiones,& quarta torméta,& quin
ta ipsa iuramẽta. Sermo autem de
illis hic est, quomodo vnaquæque
earum fiat in accusatione, & excu-
satione.

De Statutis. *Cap.* 17.

PRimo itaq; loquemur de statu
tis. & dicamus ꝙ ex quo quędã
statuta sunt communia,& quędam
scripta, expediat itaq;, ꝙ si statutũ
B scriptum esset contrarium rei, quã
intẽderet declarare accusans vel ex-
cusans,ꝙ ratiocinandum sit per sta
tutum commune secum cõueniẽs,
hoc est contrarium statuto scripto
ipsumq; confirmet: & tunc inhabi-
litaretur statutum scriptum. Vnius
autem locorũ, quibus meminit ꝙ
inhabilitandum sit statutum scri-
ptum,est ꝙ dicatur, ꝙ expediens sit
assumptio statutorum non scripto-
rum Nam quando homini satis es-
set quod affirmat statutum scriptũ,
non esset benefaciens, neq; tolerãs,
neq; indulgens: ex quo homo deno
C minatur his rebus,quãdo imitatus
fuerit statutum commune, sicut de
claratum est. & vľius laus & honor
dirigitur per statuta non scripta. nã
qui facit debitum non laudatur. &
ideo qui largitur mensuram opum
debitam secundum statutum scrip
tum, nõ vocatur liberalis. Secundus
autem locus est, ꝙ dicatur, ꝙ statuta
scripta sufficiũt multitudini homi-
num, apud quos nõ est animaduer
tentia. & hoc, quia illæ sunt res per
fectę apud illos. Imitatio vero statu
torum non scriptorum, illorumq;
coniectura, est animaduertentibus
& egregiorum hominum. Tertius D
autẽ locus est, quia statuta scripta
contristant, ex quo cogunt hoĩem
ad determinatas res: statutã autem
communia conueniunt naturis ho
minũ: & hoc est præstantius. Quar
tus autem locus ẽ, quia multo ex-
cellentius, & vtilius, & præstãtioris
boni est relinquere statuta scripta:
ex quo res determinata non conue
nit cuiq; homini, neq; omni tẽpo-
re. statuta vero nõ scripta coniectã-
tur modo conuenienti cuiq; homi-
num, omniq; tempore. Quintus au
tem locus est, quia statutum nõ scri E
ptum est perpetuum ĩuariabile: nã
est secundum naturam hominum.
statutum autem scriptum est pmu
tabile & variabile. Et fertur de qua
dam muliere nota apud illos, quæ
excusata est de quodam viro, qui se
pultus fuerat præter statutum scri-
ptum, dicẽs Nõ sepeliui illũ secun-
dum statutum hodiernũ, quod e-
rit cras, sed secundum statutum, qđ
nunquam perditur. Sextus locus ẽ
quia statutum scriptum acquiritur
meditatione: ex quo fuit receptũ au
ditu ab alio. statutum aũt non scri
ptum non est receptum ab alio, sed F
est naturalr notum. Et oratio expe
diẽs ad hoc esset, ꝙ diceretur, ꝙ sta
tutum commune est, quo iudex a-
git operationes diuersas secundum
expediens singulis viris & tempori-
bus. & ille iudex est ad modum de-
purantis argentum a scoria. Et ideo
oportet excellentem iudicem, ꝙ nõ
satis ei sit solum statutum scriptũ,
sed vtatur ambobus statutis simul:
adeo ꝙ sic ei declaret veritas, & me-
tietur apud illum oratio propria de
creto quo iudicaret. & ideo, quãdo
iudicaret de aliqua re, & statutum

scri-

G scriptum esset contrarium non scripto, vel essent duo statuta cōtraria, expediret ipsi iudici, ꝙ faciat statutum perpetuum tempore, hoc est, non scriptum quodam loco, & renuat ipsum alio loco. & sic ē dispositio statuti scripti. hac enim dispositione aufert ipsa cōtradictio, quæ est illis iuxta literam: & verificaret aggregatū. Hoc autem quod dicitur, manifestum est in actu legistarum. & hoc est apud nos de statutis scriptis contrarijs. Quando autem ei dubius esset aggregationis mod⁹ expediret illum sistere pedē, & nō
H transgredi alterū duorum statutorum: sed moram contrahet in iudicio, donec ei declaretur locus dubij & ambiguitatis inter duo statuta, & transeat cum communi vtili, & cū scripto debito. Hæc itaq; ē summa eorum, quæ dicta sunt ad redargutionem statutorum scriptorum, qñ essent contraria alicui rei, cuius cōstitutio intendit. Quando vero statutum scriptum conueniret rei, cuius stabilitas intenditur, commune autem contrariatur, vnus itaque illorum quibus inhabilitatur statu-
I tum non scriptum contrarium, est quòd dicatur, ꝙ statutum cōmune sit sermo subiecti & sermo temporum, & vniuersaliter ipsum ē indeterminatū, sed indiget limitatione & terminatione: scriptum vero est completum. Et quando statutū cōtrarium nō scriptum esset dubium & ignotum, tunc etiam nobis conueniret statutum scriptum notum, iam expediret credere, ꝙ nō debeatur ꝙ iudiciū trāsgrediatur ipsum statutum scriptum. Alius autem locus, quo inhabilitatur statutū non scriptum, est, ꝙ statutum non scriptum decernat vniuersali sententia K sicut benefacere tuo benefico: scriptum autem decerneret terminato iudicio, quę est mensura illius beneficij, suumq; tempus. Vsū autem cōmuni nullus vtitur, sed bene vtūtur particulari. illud ergo, quo vtēdum est, expedit cōstituere. Alius autem locus roborat statutum scriptū. nā si constitutio statuti scripti debeat, suus itaque vsus debetur. & nisi sic esset, quid conferret vtilitatis rei cōstitutio, si nō vteremur illa? Et alius locus est fortis ad statuti cōstitutionem, qui est, quia illa constituentis proportio secundum sui prioritatē L congruæ mentis ad vulgus est proportio medici ad illos, ꝗbus medetur, & vsus habitudo artificum ad illum, qui non esset illius artis: & sicut nō expedit homini, ꝙ negligat medicum, aut tergiuersetur in recipiendo suum dictum seu suam opinionem, sic res se habet in receptione dicti constituentis statutum scriptum. immo damnum oppugnationis statutorum imponētis est vehemētius damno oppugnationis medici. Et hoc, quia ex oppugnatione medici cōsequitur damnum vnius M hominis, ex oppugnatione autem statutorum imponētis prouenit deperditio ciuium omnino. Et ali⁹ locus est, quia stabiliuntur ciuitatū iudices illi, qui noscunt statuta scripta, non statuta nō scripta. nam in illorum comprehensione tota multitudo est ęqualis. Quando āt hoc ita fuerit, expedit itaq; ꝙ constituātur statuta scripta: & nisi sic eēt fuisset iudicum constitutio vana & incassum. Hæc itaq; est summa eorū quę dicimus de statutis.

De

A *De Testibus.* *Cap. 17.*

TEstes vero quidā sunt viri priores tpe, & quidam sunt noui & pręsentes. Et ex nouis quidam sunt qui communicant illis in eo bono, quod sperant, aut in malo, quod timetur. Intēdo autem per testes priores pręcedentes tempore notos accepros apud multitudinem hominū, quorum dignitas est famosa. nam testimonium horum reciperetur de rebus pręteritis, siue retulerint, ꝙ ipsi vidissent illas, siue non retulissent hoc. quia iam susciperetur sua intētio vl'r de eo, quod narrauerunt de

B illis ſm verificationem. Testimonia sunt rerum pręteritarum: & sunt illa, quę non cōprehenduntur eo tēpore à maiori parte entium, vel testimonia de re præsenti, aut de reb⁹ futuris. Testes vero de reb⁹ ꝑteritis sine dubio sunt tpe priores. Rerū vero pręsentium nr̄o tpe testes sunt ex illis, qui præsentes sunt nostro tpe. De rebus vero futuris quidā testes sunt viri præcedentes, & quidā sunt viri nostro tpe pręsentes. Testes autem rerum futurarum sunt duarū specierum, habentes experientiam, siue sua experientia fuerit per artē,

C siue sine arte. Et homines vtētes solitis exemplis, quę ꝓhibent vel permittunt illud opus: sicut quod dicit' Honora parentes. nam iam dixit legislator, ꝙ parentum honor addit vitam, & consimilia. Accepti vero, & quorum testimonio vtimur, pręsentes testes sunt illi, quos experti sunt viri sibi affines, hoc est, sui vicini, vel sui consanguinei, aut sui conscij: & eos reperierunt constantes super rebus, de quib⁹ recipitur suū testimoniū, inuariabiles in illis. Pręteritorū vero testium dispōnem perscrutandam habemus apud acceptationē: D & iō non indigent experientia. Per acceptationem autem intendo aut testimoniū quod testati fuerint de reb⁹ ꝑteritis: aut veritatē inexistētię habituum illis, de quibus referūtur res futuræ, si sua testimonia fuerint de rebus futuris. Conditio vero, quę debet esse ad acceptionem testimonij nouorum testium, est, ꝙ non cōmunicēt illis, ad quos testati fuerint in bono quod sperarēt, neq; in malo cuius casum timerēt: sicut patres illorum, ꝓ quibus testantur aut filij, vel affines. & hoc, quia si illi rebellent de eis, ꝙ mentiantur nonnū- E quam, vt Arist. ait, mentirentur. De tempore vero prioribus nō est imaginandum hoc, ex quo iam priuati sunt. Nouorum vero testium testimonium acciperetur, quando testati fuerint, ꝙ res ita fuerit, aut nō fuerit. non acceptatur autem suum testimonium, ꝙ res fuerit iniqua, vel æqua. Priori vero tempore testimonium, iam accipitur de hoc: cum ipsi non sint suspecti, quia non communicant cum illis, pro quib⁹ testātur: tum qa suus sermo ferret, ꝙ iudicium ita fuisset antiquo tempore. Verificationes autem iam accidunt pp testimonia: & aliquādo accidūt F propter ipsas res comprobantes res dubias, & stabiliuntur loco testimoniorum. Iudicium autem rerū cōprobātium res dubias est operationum iudicum habentium prudentiam & peritiam. Et ideo expedit iudici, ne erret in rebus dubijs falsigraphis: sicut non decipitur cambiator de argento sophistico. Quando autem hæ res constituunt iudicem super rē ipsam verā, aut si esset falsum testimoniū eis contrariū, digniores sunt

G sunt constituere super ipsam, quando nō esset ibi testimoniū, aut quādo testimonium secum cōueniret. Et ideo apud iudices hę res existūt loco testium. nam nihil refert, siue iudicent per testes, aut iudicent per has res dubias, quas loquentes cōprobarent. Hę autem res sunt aliæ a signis, & ideo numeratę sunt cum testimonijs. Quoddam autem testimonium fit de re, circa quam ē lis: & quoddam est de ipsis testibus, & quoddam est de duobus contendētibus. Testimonium autem de ipsis testibus, quoddam est ad eos corro-
H borandum, & quoddam est ad eos falsificandum. Testimonium vero de duobus contendentibus est iustificando vnum, & culpando alterū. Testimonium autem de testibus erit, aut ꝙ sit ille amicus vel inimic⁹: aut mediocris inter actorem & reū, qui non est amicus neq; inimic⁹ alteri illorum. Hic autē sunt alię differentię testium pręter has dr̄ias: & rursus infra dicetur de illis, quādo loquemur de locis vl̄ibus, ex q̄bus fiunt enthymemata: & hoc in s̄cdo
I libro hui⁹ libri. Hęc itaq; est sūma corū, quę dicta sunt de testimonijs.

De Constitutionibus. Cap. 18.

Constitutiones autem sunt cōditiones, in quibus cōueniunt quidam homines. Conditiones autem, in quibus conueniunt, sunt vtiles duabus rebus, quarū vna est parui faciendo se operans, quando illas cognouerit, & ipsius vituperiū, quādo non stabiliret illas: & eius laus, quando vere proferret de illis. Secūda autem vtilitas ē in verificatione actoris & falsificatione rei, quando illam propositam actionem negaret. Et in hoc loco nō est dr̄ia inter eos & inter testes. Et quādo conditiones fuerint scriptę, aut attestati essent eis testes, ipsæ habentur loco testiū in dispositione rei de qua est lis, & in declaratione dispositiōis litigantium: hoc est, quo modo sint suę dispositiones per virtutem & vitium. & hoc, quia cōditionis nexus significat virtutem, & illius omissio significat vitium. Quando autē contendens concederet ipsam cōditionem, & allegaret ꝙ ille non connectetur illi, indigeret itaq; loquēs tradere persuasionē necessitatis nexus ipsius cōditionis, q̄n diceret ꝙ cōditio sit proprium & particulare statutum. & expediret illius stabilitas, sicut expedit stabilitas statutorum. Quando autem statutum fuerit differens a conditione, dixit itaque ꝙ statutum non iudicet ipsam conditionē, neq; ei prędominetur. nam statutum decernit vl̄em cōstitutionem. Cōditio autem est particularis constitutio: particulare aūt iudicat ipsum vl̄e. sic igitur cōditio est caput statuti, & statutum nō est caput conditionis. Si autem nō differret ipsa conditio, diceretur ꝙ ipsa conditio sit ex statuto, si statutum apud ipsos esset impositum per constitutiones: aut ꝙ ipsum statutū cōducat stabilitati conditionum, si statutum esset apud illos per Dei prophetiam. Alter autē locus est, ꝙ dicatur, ꝙ conditiones sint, quę decernunt constitutiones proprias singulis viris & t̄pibus cōueniētes: & si cōdōnis stabilitas nō eēt, destruerent cōstitutiōes: & ꝙ cōdō sit, cui hō vniret per suam electionem & aīaduertentiam. Id autem, quod est talis dispositionis, nō habet excusationē, nisi ipsum constituat. Et pręter hūc sunt

K (right margin, top) L (right margin, middle) M (right margin, lower)

A sunt loca ei similia, in quorum relatione protraheretur longus sermo: si intenderemus illorum perscrutationem in hoc loco. Hoc itaq; est, quod dixerunt de rebus, quibus cōstituuntur ipsæ conditiones. Res vero, quibus falsificantur cōditiones, qñ oratori videretur, ꝙ decētissimū & conuenientissimum sit, ꝙ conditio falsificetur, sunt ipsa statuta scripta, & statuta cōmunia: sicut dicitur ꝙ ipsa statuta scripta sint fortioris assimilationis & habitudinis ad ipsas constitutiones. nam statutum scriptum est commune: ipsum autē

B commune est vl̄ior cōstitutio q̄ ipsum proprium, quę est ipsa cōditio, communis autem constitutio pluris facienda est q̄ constitutio ꝓpria. Alius autem locus est, ꝙ dicatur, ꝙ iudex sit ęquitatem perscrutās & ipsam patefaciens: hoc est ipsam ęquitatem, quæ est secundum ipsam ciuitatē. Et ideo ei expedit, ꝙ perscrutetur ęquitatem, quam suis animis conditionauerunt constitutionum institutores. & si in ciuitate æquitas esset, permitteretur conditio: si autē non esset æquitas, destrueretur ipsa conditio. Ac etiam statuta non im-

C ponuntur vi neq; ex errore, in conditionibus autem hoc esset possibile. & vl̄ius expedit, ꝙ contraria conditionum sequantur ipsa statuta: & si non inueniremus illam in statuto antiquitus scripto, inueniremus illam in ipso statuto vl̄i: & per hoc falsificaremus ipsam. Si autem illā inueniremus in scripto, indigerem' destructione illius: siue illud statutum fuerit statutum illius ciuitatis, aut statutum ciuitatis, quę esset metropolis ad illam ciuitatē. Et ex his, quæ ipsas constitutiones destruunt, est ꝙ sint ibi contrarię constitutiones, vel illis priores aut eis posteriores. Et vt plurimum posteriores iudicant priores, & nonnunquam priores iudicant ipsas posteriores, quando priores fuerint veræ, & posteriores deceptoriæ & subdolæ. Silr̄ etiā expedit illi, qui falsificaret ipsam cōditionem, ꝙ consideret suas dictiones. & si eis insit aliquid, quod posset diuertere, illud diuertat & educat ab intellectu, quod decerneret enunciationis dictio. Hoc autē posset facere, qui haberet euidentiam ęquiuocarum dictionum, & similiū rerum. Hoc itaque est vltimum, quod Philosophus dixit de constitutionibus. D E

De Torturis. *Cap.* 19.

CONfessio vero per torturas est dicti illius, qui torquetur testimonium quoddam, quo sit ei credulitas quædam. nam homo timeret, ne si negaret, rediret ī ipsum pœna. Et quatenus etiā putaret ille, quòd ꝓlatio veritatis esset euasio ab illo malo, quod inde accideret, nisi quia est quædam veritas quę illi renititur. & ideo difficile est comprehendere res, quibus posset stabiliri cōfessio, quæ fieret sub tortura, quando illa esset conueniens pręponenti eā, & ꝙ falsificetur, quando conueniret aduersario. non ꝙ eius falsificatio & astutia sit ipsamet veritas. nā non esset confessio falsi per torturas loco contristationis paucior quàm confessio veritatis. sed illi confitentur quicquid ipsi interrogantur loco euasionis à torturis, & si esset falsum. Ac etiam, quando illi tulerint torturam, & non dicerent verum, ꝓpinant ad falsum: vt de illo putet, ꝙ sit ipsum verum, & per hoc cito F

quic-

G quiescere illos faciant ab ipsis torturis. Et ideo iudicibus expedit, ne vtãtur hac specie sumptionis significationis: sed vtantur & faciant alias significationes. Nam plures homines propter suorum corporum robur, & suorum animorum experiẽtiam vehementi tolerantia, ferrent pœnam, & non confiterentur veritatem. Pusillanimes vero, & imbecilles homines confitentur de se ipsis falsum, antequam videant tormenta: ideo non est ipsarum torturarum aliqua res, in qua expediat confidere.

De Iuramentis. Cap. 20.

H IVramenta vero sunt propter locũ quatuor rerum. & hoc, quia qui iurat, aut iurat dare aliquam rẽ & assumere aliquam rẽ, sicut fit in emptione & venditione: aut nõ sumere aliquam rem neque dare rem aliquam: aut sumere & non dare: aut dare & nõ sumere. Si autem hominis iuramẽtum fuerit dare, fit de alijs rebus ei nocentibus, hoc est, si eas renuerit, & non tradiderit. Iuramentum autem fit ab actore, aut à reo in quem agitur. Nulla res autẽ verificationis est iuramento, quãdo
I scitur ꝙ iurans sit vir transgressor. Quãdo autem iudex præciperet iuramẽtum alteri litigantium: ille autem ipsum renueret, iam de illo cõfirmaretur actionis argumentatio. nam per iuramentum expetere determinat veritatem. Quando autẽ renueret iurare, confirmatur de eo actionis argumentatio. Ex quo autem per iuramentum expetitio vertitur inter duas necessitates, quarum vna est id, quod ꝓuenit ꝓpter iuramentum. quãdo periurus esset, quæ est Dei vilipensio, suiq; honoris paruifactio. Secunda autem est K coactio, quę ad eum peruenit sumẽdum aut dandum. nam homo semper agit minus noxium duorum ei necessariorum. Et ideo quidam homines quando iurant, verum proferunt: & quidam falsum ꝓnunciãt. Et hoc est vnum eorum, quæ significant, ꝙ fallatur communitas per iuramenta: sed studiosus vir verum profert, & videtur quòd verum ipse proferat, ꝙ si non iuret: sed illius veritatis assertio non est, quia non iuret, sed propter eius dignitatem. & quia ille non est talis, ꝙ sit trãsgressor, & nõ inueniretur in eius ore mẽ L daciũ sine iuramento: & tanto fortius cum iuramento. Fuga vero sustentandi quęsitum per iuramentũ est necessaria, illa quidem quæ fit à viro trãsgressore, est ad vincendum ipsos fide tutos. Nam eductio confidentiæ à iuramento, est ex his, quæ inducunt verificationem dictis trãsgressoris. Et hoc est sicut, ꝙ audax vinceret timidum, aut fit ei obuiam vt illum vincat, & diuerteret ab eo: qa ipse timidus fugeret ipsum: sed si res ita fuerit apud fide tutum, nõ fieret quòd sumat sine iuramento, quando aduersarius non videret ip- M sum tutum: immo nõ sumeret nisi iuraret. Quando autem vehemens fieret iuramenti inductio in fide tutum, in quem esset actio, si ille vellet attribuere Deo gloriam, & non ferre eius nomẽ in vanum, oporteret ipsum nõ negare falsam actionem, quãdo daret quod peteretur. nam si negaret & daret, ferret ad putandum, quòd actor protulisset veritatem, & ꝙ ipse dedisset occasionem iuramenti in vanũ, quod ei opportunum esset. Et ideo non expe-

A expedit, ꝙ se inducat ad hoc, ꝙ ab eo petatᷣ iuramẽtũ. quia qñ q̃rereᷣ iuramẽtũ, & non iuraret, putareᷣ de eo ꝙ sit mendax. Notũ autem ē in proprio & cõi iudicio, quo pacto hõ excusetur, quando suum iuramentum permutatum fuerit: & qualis sit increpatio rebellis iuramenti suaq́; castigatio. nã de rebus, quib⁹ commutat iuramentum, sunt illæ quatuor res, quibus iuraretur: & illæ sunt, quas singuli hoĩes cupiũt. & hoc ꝙ sumat & tradat, aut non sumat, & non tradat, aut sumat & non tradat, aut det & non sumat.

B Quãdo aũt hõ iurauerit ꝓ aliqua harum quatuor rerum, non euadit itaq; quin sermo, quem fert ad illi⁹ rei constitutionem, sit conformis illi, de quo iurauerit, aut sit difformis. & hoc, qñ iuramento negaret. Si autem esset difformis, vnum eorum, quibus assereretᷣ mentitũ fuisse iuramento, difforme est, ꝙ dicatᷣ, ꝙ iuramentum sit quędam lex: qñ aũt sponte hõ ipsum permutaret, & eo mentitus esset, iã fecisset iniquitatẽ. nã iniquitas est permutatio legis spõte. Ille vero, qui excusatur ex iuramenti difformitate, ipse excusa

C retᷣ ꝙ eius iuramentũ fuisset vi, aut dolo, aut latenter seu ignorãtia. qa qñ ille iurauerat, nõ cogitabat eam rẽ, de qua iurauerat: sed sua cogitatio ipsum deuiauerat in aliud. Aut ꝙ illud, qđ illum subduxerat ad ipsum iuramentũ, sit debellatio, & oppugnatio, liuor, & impatientia, & nimia paruipensio, & ira cõtra aduersariũ: & vsius, vsus, q̧ ei inest ad iuramentum, & peruenire in ipsum subito: & prompta velocitas in ipsum, & ad abnegationem & mẽdacium. Ex his aũt, quæ fiunt ad constitutionẽ statutorũ, & iuramento

D rũ, & corroborationem illorum est, ꝙ dicatur ꝙ iam expediat vobis virorum vniuersitas, ꝙ stabilita vestra iuramenta, & non varietis ipsa. nã iuramentum & legale ius, quod hõ asserit ex se spõte, & cognitione, expedit ergo ei ne ipsum variet. Illi vero, qui dolo aut ignorãtia, vel ꝓuentu ad abnegationem, & veloci promptitudine ad iuramentum iurant, non stabiliunt sua iuramẽta, & aliæ res pręter has his consimiles sunt huius tractatus, quibus magnificaretur & exaltaretur. Hic itaque est sermo de verificatiõibus seu ap-

E probationibus, quæ fiũt sine ratiocinatione: & modis illarum vsus in hac arte. Hic itaque completæ sunt res, quas continet hic liber, q̧ est primus. Laus sit soli Deo, cuius nomen exaltetur, & eius commemorationi benedicatur. Amen.

AVERROIS PARAPHRASES IN II. LIBRVM Rhetoricorum.

F

De necessarijs generi Iudiciali
Cap. I.

EX quibus vero orationum speciebus fiat persuasio, & dissuasio, & laus & vituperatio, & accusatio & excusatio seu defensio: & ex quibus præmissis, & enunciationibus sumantur harum orationum partes, quæ faciunt fidem, seu quę veritatem inferunt in hac arte, iã dictũ

est

G est in primo libro, ꝙ orationes de rebus particularibus fiāt propter has sex intentiones, quas dixim⁹, & syllogismis & præmissis, quas numerauimus in prehabitis. Ex quo autē impoſſe est in oratione sine iudice, q determinet alteram duarū orationum Rhetorum: ex quo oſones, q̄ in illa fiunt, non sunt veræ. & ideo indigentia iudicum in concionatiuis, seu deliberatiuis est maior, ex quo sunt de rebus possibilib⁹: sicq; indigemus illis in iudiciali, & laude & vituperio. sicq; hic expedit ꝙ speculemur non solum orationes con-
H stituentes & destruentes seu confutantes, sed etiam secundum orationes, quæ acquirere faciunt iudicib⁹ passiones, quę ipsos cogunt iudicia inclinare secundū varietatem fidei præstationis ipsius iudicis ꝓponentis verbis. Proponentis autem fidei præstatio iudicis iudicio esset, quando proponens cognosceret quis vir sit ipse iudex secundum suam amicitiam aut inimicitiā erga ipsum, & iudex cognosceret quis vir sit ipse proponēs secundū eius virtutem suamq; sapientiam. Cognitio autē
I iudicis de proponente cōfert vt plurimum in rebus deliberatiuis. receptio autem vtilitatis cognitionis ꝓponentis de dispositione iudicis, vt plurimum est in litibus. nā non est vnum iudicis iudicium de eo quē amat, & de eo quem odit, neque de his qui contra eum irati sunt, aut non irati, aut ipsum timētes vel nō timētes ipsum: sed iudicum iudicia sunt diuersa secūdum hoc dr̄ia magnæ mensurę & prouentus. Quando autem iudicium proferrēt de eo quem amant, nisi illi minuant aliquam rem vel parum minuant ab eo. iudiciū vero de eo quem odiunt K
est huius contrarium. Et siľr est differentia ꝙ iudex iudicet contra proponentem, qui esset nobilis meditationis, aut iudicet, quando ille esset pauci momenti, & tolerantię & contristans se de illo. Loquentes autē sunt suis oratiōibus veridici vt plurimum propter tres causas. nam aliquando homo fit veridicus his tribus absque oratione confirmante. Hę autem tres sunt, scientia, & dignitas, & sumptio cōsilii societatis: hoc est, ne se separet ab illo q ei consulit, aut occasione suæ ignorantiæ illius, aut propter ipsum esse distin- L
ctū ab illo genere, vel loco, aut idiomate. Consules autem sunt non veridici sed mentiētes aut propter priuationem, seu defectum harū triū rerum, vel defectu quarundam earum nam aut ipsi non consulerent conuenienti opinione propter suā ignorantiam suumq; errorem: hoc est, quia ipsi consulerent id, de quo nō recipitur aliqua vtilitas propter suę mentis imbecillitatē: aut ꝙ sint sapiētes studiosi oportet difformes esse illis, quibus consulunt. & hoc: quia quādo ipsi fuerint hui⁹ dispo- M
sitionis, possibile esset eis, ꝙ cognoscant rem magis studiosam & non consulant ipsam. Manifestum autē est, ꝙ pręter hos tres habitus nō est aliquis habitus, qui, quādo inest loquenti, posset eo esse veridicus apd̄ audientes. Vnde vero sciatur, ꝙ loquens sit talis dispositionis, aut cōfirmetur apud illum, qui non nouerit eū, ꝙ sit talis dispositionis, illud est ex rebus, de quibus facta est mētio in capitulo laudis, hoc est, quia ipse est habens sapientiam & virtutem. ꝙ vero ille sit socialis creaturis

&

A & amicus, & sermo de his est pars sermonis de pręmissis, & ex quibus cōstituuntur passiones, pp quas differunt iudicia iudicum: & illæ sunt quę eis inferūt voluptatē aut dolorē: sicut sunt ira, & timor, & eius cōtrarium, & his similia. Iam autē expedit ꝙ loquamur hic de illis. hoc autem fiet, qñ speculabimur vnamquāq; harū passionū tribus rebus: hoc est, rebus agentibus illā passionē, & viris aptis ad illā passionē, & cui hęc passio sit incidēs pręualens.

Sermo de Ira. *Cap.* 2.

B HVius autem exemplū de speculatione iræ est, ꝙ dicat͛ qua dispōne hō sit iracundus: & q̄ sint res agentes irā: & qui hoīes sunt, in quos est naturaliter ira. nā oīno reperit͛ ira, qñ cōgregantur hæc tria, & qñ quędā eorū inueniunt͛, & quędā nō inueniunt͛, sine dubio nec ira inuenitur. Et vſius nos faciemus in hoc genere, sicut fecimus in præcedentibus capitulis, hoc est in capitulo litigiorū seu iudicialis, & in capitulo consilij, seu deliberatiui, qñ definiuimus res quarū constitutio intenditur: & rursus res, quibus ordinaretur suū eē: hoc est vtile vel noxium, æquitas vel iniuria. Duæ autem C harū triū rerū sunt, ex quibus componuntur præmissæ, q̄ qñ homo procederet in eis, conducerent ipsum ad illam passionem: hoc est, in illos, qui illam agerēt, & in quos caderet illa passio. Reperiuntur vero ex dispōnibus illorum, qui coacti sunt ad illam passionem, q̄dam, quibus illi apti sunt affici, & eis ꝓmoueri ad illam passionē, exempli gr̄a, quia ꝓmoueres hominem ad iram, qñ ei anunciares esse rerum cooperantium ad irā; & hominem in quem deberet irasci. dispōnibus D vero quibus hō aptus est irasci: cōstitueretur ꝙ ille irasceretur. Sed harum dispositionū notitia expedit illi, qui vult irasci. nā ille sciret tēpus quo hō sit aptus ad receptionē orationis, quę ipsum promoueret ad illā passionē. * Ira autem est dispositio, vel impressio animalis, ex qua sit animæ appetitus pœnę, q̄ videatur opportuna illi, in quem est ira pp eius vilipensionē in virū irascentē, aut in eū qui sit eius pedissequa, & ei continuus. Vilipensio autē est, quam Arist. vocat pusillanimitatē. nam anima recipit vilipensionē: ac si ipsa minueretur rebus paruis, quę E in ea imaginantur. & qñ hęc fuerit iræ definitio; Ira itaq; fit ex aliquo hoīe demonstrato, aut aliquibus hoībus demōstratis, ī aliquē hominē demonstratū, vel aliquos hoīes demonstratos, nō in ipsum hoīem vſem & hoc pp aliquā rem, qua irascens fuerit iratus, vel in aliquem illius pedissequam. Omnē aūt iram semper sequit͛ aliqua pauca res voluptatis. nā irascens sperat vindicari ab illo, in quē fuerit iratus. quando autem sperat, acquirit voluptatem. nā spes illa est quędā eius imaginatio, qñ futurus est vincere vi- F rum, in quē irascitur, qua illud est quasi impoſſe in aliū. & illa est pœna, quā anima sperat. & iō irascens magnificatur in sua aīa, qua ipse reputat in ea vigorē ad illā pœnam. & ideo hō non irascit͛ in illū, qui nimiū est supra suū gradū, neq; ī hominē qui est infra se nimis. Et quā pulchrū est, qđ dixit poeta de ira, ꝙ id ꝙ inde anima mouet͛ & tremit, sit res dulcior melle: & ꝙ ille qui tegit mentē eius, est similis fornacis

*Iræ definitio.

G fumo. Et ideo iracundi non intelli
gunt neq; animaduertunt. Dicitur
autem de ea, ꝙ sit dulcior melle, oc
casione voluptatis, quæ in ea est ex
imaginatione vindictę. nam imagi
natio optatæ rei ipsamq; agitari in
anima est quid iocundum, quãdo
ibi non fuerit meditatio, quę secum
intendat abominabilem rem con-
nexam optatæ rei: neq; res, quæ im
pediat aduẽtum suæ possibilitatis:
sicut est dispositio phantasmatum,
quibus homines delectãtur in som
nijs. Rei autem vilitas, & vilipẽsio
sit propter res, ad quas nõ habet vi-
H gorem, neq; conuenit ꝙ homo pro
uideat de eis: hoc est, ꝙ illas acqui-
rat, si fuerint quid bonũ, aut ad ea-
rum expulsionẽ ingenietur, si fue-
rint malum aliqđ. Et iõ putat̃ de bo
nis & malis simul, ꝙ ipsa opportu-
na sint ꝙ prouideatur de eis: & silr
res cõsequentes bonum & malũ, si-
cut mali timor, & boni spes sunt e-
tiam laudabiles. Illi rei autẽ vident
hoĩes, ꝙ nõ cõueniat aliqua res ꝓ-
uidentiæ: quia putatur ꝙ non insit
illi bonum, de quo sit sperandum:
I neq; malũ, cuius sit timor: & ꝙ illa
sit omissa & nimiũ parua. Vilipen-
sionis autem species, quam Aristo.
pusillanimitatem vocat, sunt tres,
delusio, & iocatio, & derisio. Delusio
autem est vituperiorũ memoratio.
& hoc, quia vilis, in quem fiunt cõ-
traria operationum magnitudinis,
est plebis vilipensus. Deludit autẽ
hõ illum, quem videt, ꝙ non sit di-
gnus vt ei loquatur: & sic ille, quẽ
hoĩes deridẽt, est ẽt vilipẽsus. Qñ
aũt derisio fuerit rei, impedit suum
appetitum, suamq; volũtatem. De-
risio aũt, q̃ est talis, est qua eã agens
nõ intendit aliquam rem, quam ac-

quirat ꝑter damnũ illius, quem de- K
ridet. Et hoc, quia ex quo ille, quẽ
deridet, est vilis, notũ est, ꝙ ipse nõ
timeat, ꝙ ab eo sibi proueniat dam
num. nam si hoc putasset, timeret,
& nõ vilipenderet eum. Illi vero, q
deludũt, vt illa delusione eis proue-
niat aliquid vtilitatis, cõuenit ꝙ vo
cẽtur iocatores, & astutis: sicut sũt
mimi, quos reges voluptatis cã su-
mũt: & non introducũt illos ad hoc
genus, sed ingrediũtur genus astu-
torũ. Et silr blasphemia: hoc est de-
fectuum commemoratio est ẽt bla-
sphemati vilipẽsio. Blasphemia au-
tem, q̃ est hmõi, est deceptio & ver- L
sutia, qua intenditur contristatio
blasphemati de re, quę qñ de eo de-
clarata fuerit, puderet ĩde ipsũ bla-
sphematũ, & nõ est blasphemia de
fectuum commemorationis, q̃ est
hmõi: nisi qñ res, qua hõ blasphe-
mat, inesset blasphemato in pręteri
to non in futuro: & ꝙ blasphemia
sit turpis, qua puderet blasphema-
tũ: & ꝙ non intendatur per illam
aliqd vilitatis ipsi blasphemato. si-
cut est blasphemia, qua intendit ip
sa correctio. nam hęc non est vilipẽ
sio, sed est pęna. Blasphemia aũt de M
lectat, quia blasphemãtes putãt de
se ꝙ ipsi sint studiosiores ipsis bla-
sphematis. Et iõ blasphemantes &
deturpantes sunt ipsi diuites & iuue
nes. nam illi putant sibi excellentiã
vltra alios. Hoc autem manifestũ
est de cogitatione blasphemantiũ:
quia blasphemia est vilipẽsio. Vili-
penditur autem ille, qui non est di-
gnus alicuius rei: & est ille, cui non
ẽ aliqua res honoris: neq; ꝑꝑ aliqđ
bonũ, quod de eo speretur: neq; ꝑꝑ
aliquod malum, quod ab eo timea
tur. Illi autẽ, de quibus putatur ꝙ
eis

A eis insit quædam condõ opportuna vltra plures hoĩes gñrositate &vigo re & virtute: & vl'ius omnibus his,q bus aliquis homo alium superat, sicut est excessus diuitis ad pauperẽ & tranquilli ad laboriosũ, & architectonici ad principalitatis suscepti uum, vel cuius anima videtur apta ad principalitatem, & si non sit primus. hi omnes apti sunt irasci ĩ homines ex pauca re, quã putaret vilipensionem eorum. Et ideo fertur ꝙ vehementia iracundiæ & furoris & iræ insit filijs regum, & his qui regibus annectunt, qui soliti sunt ob
B lectamentis, & non offenderunt penitus nisi ea, quibus gauderent ex hoĩum honoribus, & decoris operibus. Et huic speciei cum iracundiæ vehementia insunt quædam res, q̃ conducerent iracundiæ ipsius vehementiam, sicut est nimia vĩdicatio: & ꝙ nõ sint contenti in illos, puniẽdo parua re, sed excessiua pœna. & hoc, quia incenditur sua ira contra illos pp suæ excellentię magnitudinem in se ipsis. Ex rebus autẽ, quæ qñ inessent alicui homini, redditur illis aptus, vt in eum perueniat ira,
C ẽ, ꝙ ille homo vsus sit, ꝙ ab ipso bonum ipsum proueniat, &nõ operaretur hoc in homine, ad quem vsus fuerat hoc agere, aut ad ei connexũ aliquem. & hoc, quando ille homo sciret, ꝙ hęc eius missio sit ad eius voluptates: vel sciatꝙ ipse cupiat tale, & si non obmitteret. nam iã numeraretur solitę voluptatis obmissio in iracundis. Quando autẽ hoc ita fuerit irę opus vl'r est ipsa vilipẽsio, aut id quod putaretur esse vilipẽsio. Viri autem apti ad iram, sunt illi, quibus insunt quędam dispõnes faciẽtes illos putare de plurimo ei⁹, quod in ipsum descenderet, ꝙ sit vilipensio Ea autem, quę apta sunt vt eis irascatur, sunt q̃bus alij putant, ꝙ maior pars operum, quę ex illis D
proueniunt, sint vilipensionis. Qñ autem vniuersaliter declaratum est qua de re fiat ira, & qui sint iracundi, & qui sint in quos cadat ira: iam expedit itaq; ꝙ numeremus hic has dispositiones.

De rebus iram promouentibus.

Cap. 3.

Sicq; ex dispositionibus, quibus homo fiat iracundus, est, ꝙ homo cupiat aliquam rem, & eius appetitus sit cum tristitia & angustia. E
nam in his festinatur ira, siue facta fuerit vlli eorum aliqua res, quę expediret ad iram, siue non fuerit facta: qa ille pp eius paucam tollerantiam putaret ꝙ hęc iam facta fuerit in eum. Et horum quidam sũt, quibus sunt aliquę res, q̃ ipsos contristant, & cupiunt remotionẽ illi⁹ contristantis. nam hi irascũtur de omni re & ex omni re: sicut sunt q̃bus occurreret aliquis morbus vel pauptas. nam hi cupiũt sanitatẽ, & res q̃ fiũt ad sanitatem, & diuitiarũ cõgregationem, & res aduenientes F
congregationi diuitiarũ. Et iõ non dr̃ pp id hui⁹ desyderij, quod firmat in horũ aĩs, ꝙ sit cã, ꝙ de eis dicatur ꝙ ipsi sint concupiscentes: immo hoc ẽ cã, ꝙ de eis dicatur ꝙ ipsi abhorreant suã vitã. & plurimũ ꝙ hi irascunt est, quo vilipẽdunt rẽ eis occurrentẽ, sicut sũt vilipẽdẽtes dolorẽ, qui occurrit patienti, qñ ei occurrit. & sic de his, qui vilipendunt indigentiam & egestatem, quæ occurrit alicui homini tẽpore suę paupertatis. & sic de eo, qui vilipendit iniuriam occurrẽtẽ alicui homini.

G Et huius generis est qui vilipendit hominis amicũ. Et vltius quicunq; vilipẽdit id, quo hõ cõtristatꝛ & dolet, aut quo delectatꝛ & gaudet. Et ĩ hoĩem, cuius spes fallit, festinat ira. nã ille cogitatus est cogitatione, & cessauit eius cogitatio. Iam aũt declaratũ est ex his rebus, qua dispõne ex hoĩs dispõnibus, & quibus accidentibus ex suę animæ accñtibus, & q̃bus annis, & spacio fiat vehementis aptitudinis ad irascendũ: & in quẽ homines irascũtur, & quẽ derident, & quẽ vituperant, quando in aliqua re fuerit aliqua harũ rerum dispõnibus quidẽ, sicut ẽ ira
H habentium principalitatem in quẽ non habet principalitatem: accñtibus vero, sicut est ira dolentium in gaudentes: spacio vero, sicut est ira potentum in pusillanimes: & annis, sicut est ira senũ in iuuenes. Ira vero, & vilipensio est, qñ res suorũ operũ, suorumq; sermonũ & suarũ dispõnũ est res illius, in cui⁹ operũ & sermonũ & dispositionũ aliqua re nõ recipiatur vlla vtilitas, vel putaretur hoc de eis. nam qñ experiremur res blasphemię & vilipẽsiõis, inueniretur ꝙ nõ transgrederentur
I hãc spẽm. & iõ putatꝛ ꝙ id vilipensiõis & derisiõis, qđ caderet ĩ studiosos & sapientes, sit res necessaria. nã vulgo vr̃, ꝙ ipsi ñ vilipendãt aliquã rem suarum dispositionũ, & similiter de reliquis virtutibus, quæ non sunt vtiles: & præcipue qđ ex illis peruenit post maximum laborem, & post eius aduentũ cõseruaretur ẽt maximo labore. & hoc, quia vulgus, ex quo putãt de talibus, ꝙ non sit eis aliqua vtilitas de eo, quod ex hoc acquirũt, neq; res in qua sit vis actiua, expediret ꝙ putaretur ꝙ nõ reciperetur ex illis vtilitas de illis rebus. nã ex quo non cõferunt sibi ipsis, dignius est ꝙ non cõferant alijs. K
qñ autẽ vulgus putat de pluribus harũ rerum, ꝙ in eis sit vtilitas, licet ipsas habentes nõ reciperent de eis vtilitatem, aliqñ ipsos reducunt ad bonum, & redeunt ad miserendum eorum, post vituperationem & hoc qñ eis indigent, & eis excusantur de eo qđ p̃teritũ est. De hoc autẽ reciperent vtilitatẽ, qñ præcedens vituperatio non fuerit excessiua, neq; p̃ter consuetudinẽ. nam qñ esset excessiua, putaretꝛ de eis, ꝙ ipsos deriderent tempore cõuersionis ad bonũ. Et qui benefaciunt, deinde cessant suę beneficentię, & qui nõ gratificantꝛ homini de suo opere, his q̃ L
expediunt ad illud opus, aut agunt cum illo contrariũ eius operis: & quibus benefici videntꝛ vilis dispõnis, & hoc, qñ recipiens beneficium putaret ꝙ illud bñficiũ sit vile, aut ꝙ eius vigor esset ad maiora q̃ ad hoc, in illos caderet ira. Omnia aũt hæc opera sunt prouocantia iram. nã de eis putatur ꝙ sint vilipẽsores. Sunt aũt hic quidã homines q̃ irascuntur ex vilipensione cadente in eos ex vilibus reb⁹: aut qñ ipsi sunt M
ĩter viles vilissimi: & sunt illi, quos nemo reputat alicuius momẽti: neque est eis res, qua exaltentur penitus, & nemo expeteret eorũ magnificationẽ. Non conuenit aũt, ꝙ res ita fiat, hoc est, ꝙ hõ irascatur ĩ eũ, qui vilipenderet eius minimas res, sed expediret ꝙ caderet ira ĩ illum, qui vilipenderet res alicuius hominis, quę sunt alicuius momenti. Et in amicos cadit ira, quando non dĩcunt de suis amicis conuenientem sermonẽ aueniente eis aliqua vi:

A vel tristantur, quãdo recordatur eorum in malum: & amplius, quãdo non benefaciunt eis, cogẽte eos necessitate: neq; fallunt in eo ipsorũ quod eis descendit. Et ideo dicit antiquum prouerbium. Amicus te nutriret, aut tibi mutuabit, aut contristabitur tua angustia. Cadit autem in hos ira, quia priuatio cõtristationis de vi, quæ in eos cadit, significat illorum vilipensionẽ. Et hoc, quia manifestum est ꝙ homo irascatur, quando nocetur illi, quem ipse curat: & similiter irasceretur ĩ amicũ qui malum suspicaretur in suum a-
B micum & malam cogitationem habet de illo: & in illum qui vilipẽdit id sui sermonis, qui ei peruenerit. nã his rebus illi similes essent suis inimicis. Et hoc, quia inimici sunt, qui nõ contristantur de vi, quę descẽdit in suos inimicos, neq; eis apparet malum illud malum, qđ eis prouenit. Amici vero contristantur malo occurrente suis socijs, & contristantur ex hoc, & dolẽt. Et aliqñ cadit ira in illum, quẽ vilipendunt, ex rebus homini extrinsecis. Tales autẽ sunt quinq; specierum. Quarum vnius est ille, qui vilipendit te,
C quando tu ipsum honorares. tu.n. irasceris in ipsum. Secundę autem est, qui vilipendit illud, quod est apud te admirandum, sed non esset admirandum apud ipsum. Tertiæ autem est, quando non admiraret illius, quod velles esse admirãdum apud hoĩes, licet non ita sit. Quartę autem est, ꝙ vilipendat homĩes, de quibus admirarentur, simul qui admirárentur de te. Quintę autem est, ꝙ ille homo nõ erubesceret de rebus, quibus tu erubesceres, & eas abhorreres. Et rebellio auget irã in vilipendentes his quinq; specieb⁹. D nam illi viri putant de eis, ꝙ illi nõ auxiliarentur eis ad actionẽ honesti, & non darent eis congruum cõsilium, & irascerentur in eos. Hæc autem ira est sicut ira patrum in filios: hoc est, quia illi irascuntur in eos, qui ipsi non auxiliantur eis ad honesta. Fit autem ira ĩ illos, de quibus putatur, ꝙ vilipendant vna harum quinq; specierum: licet res nõ ita sit. Hoc autẽ accidit multotiens viris primatibus cũ illis, quibus dominantur propter paucitatem suæ cognitionis. Et ex iram etiam agẽ- E tibus est obliuio rerum, quarũ obseruantia erat pluris facienda apud illos. sicut sæpe accidit homini, ꝙ irascatur in illum, qui oblitus esset sui nominis: & sicut accidit ex obliuione rerum, quę sunt facilis obseruantiæ, quæ essent extimandę. obliuio autem facit hominẽ irasci: nam ipse putat, ꝙ eius causa sit vilipẽsio obliti. Et qui incipiunt beneficiũ, & nõ perficiunt ipsum, qua irascuntur etiam in illos, qui eis nõ gratulantur, secundum quód oporteret. nam defectus ab opportuno induceret vilipensionem. Et in illos tu ira- F sceris; qui deridẽt rem, qua tu verificares opinionem. Et quando quidam homo, quẽ tu cognosceres, beneficaret alijs & non beneficaret tibi, tu irasceris in eum. Iam itaque declaratum est ex hoc sermone, qui sint homines apti ad iram, vt in eos irascant, & nõ irascant, & q̃ sint res agentes iram. Et illę sunt res, q̃ quãdo reperiunt homini, eis stabiliret ꝙ homo iratus sit. Et ex his eisdem trib⁹ reb⁹ sumunt irã placãtes seu reconciliationem agentes. Nã quãdo stabiliunt alicui viro contraria

G rerum iram agentium, aut lenitur eius ira, aut expedit ꝙ ei placetur: & similiter, quando alicui homini reperiuntur contraria dispositionum quibus fit aptus vt in eum cadat ira leuis esset linitio iræ ab eo, aut ei ĩesset placatio. Et similiter qñ homini insunt contraria dispositionũ, quibus fit iracundus, facilis fit eius placationis receptio, aut eius irę lenitio. nam iræ sunt duo contraria: quorum vnum est eius priuatio: & alterum est eius contrariũ, quæ est ipsa placatio. Sed Aristo. cum eius
H notificatione harum rerũ hic tulit res iram leniẽtes ẜm vsus modum.

Sermo de Iram lenientibus.

Cap. 4.

QVia irę cõtrarium est iræ lænitio, expedit itaq; ꝙ speculemur intentionem iræ lenitionis per contraria illarum trium rerum, quas prædiximus: hoc est, qua dispositione sint homines, quorum iræ lenitio fiat facilis, & cuius dispositionis sint homines, in quos irę lenitio facilis fiat, & quę sint res iram lenientes. Et lenitio seu reconciliatio ē irę priuatio, aut eius obmissio.
I Quando autem irę causa sit vilipẽsio, quę fit toto corde & libenti animo, manifestum est, ꝙ qui nõ vilipendunt, aut si vilipenderent, hoc agũt vi, aut inaduertenter, aut de q bus putaẜ, ꝙ sint talis dispositionis, ꝙ in illos nõ cadat ira: & ex illis fieret irę lenitio facilis. & aliqñ fit irę lenitio, quando in irascenti fiunt tormenta & martyria, quę omittere eum faciat vilipẽsionem factam in eum: quando suę irę causa fuerit ex intentione & voluntatis ad hoc. hoc autem facerent versuti habentes summas malitias. Et ex his, quæ iram leniunt, est ꝙ ille vir in seipso K faciat eas res, quas putauerat irascẽs in eius vilipensionem. nam hoc ferret ad putandum de eo, ꝙ nõ putet de illis ꝙ sint vilipensio: ex quo nemo putat ꝙ ipse vilipendat se ipm. Et ex his, quæ reconciliationem agunt, est peccati confessio, aut ꝙ voto polliceatur, ꝙ nõ redeat in illud, quę apud nos vocatur pœnitentia: & ꝙ cõuertatur in vilipensionis cõtrarium, que est ipsa magnificatio, Cõfessio autem lenit iram: quia cõfirmat ipsam pœnam. Pœnæ autẽ confirmatio est ex his, quę leniunt L dolorem eorum, quę gesserat, & eorum contristationem. Hoc autem manifestum est apud testimonium sensatatum mulctarum, quoniam nos pluries cõdemnamus seuere, & vehementius, sicut viros hęreticos, & in se arguentes. Ex illis vero, qui confitentur & cognoscunt pœnam eis illatam esse iure, deficit omnis ira: & vlteriꝰ quia causa negationis rei patentis est pręsumptio & ostentatio. Pręsumens autem est vilipensor deridẽs. Et rursus, quia cõfessio est humiliatio & defectus cognitio & secundum hoc imponitur gradꝰ pęnę cadentis in illos. Illi vero, qui M non confitentur, vidẽtur nõ timentes, neq; se humiliãtes irato in eos. Hoc autem est ex his, quæ conducunt ad imaginandum vilipẽsionẽ in eos irascentis. Et aliquãdo significant, ꝙ ira lenietur & quiescet ab homine, qui se constitueret contritum & spiritu depressum, seu nimis humanum. Quod apparet ex canũ opere: quia ipsi non latrant in homines sedentes & tardos, ipsos autẽ præcipites mordent. Et aliquando sunt quidã loci, quorum negationes

A nes non putatur ꝙ sint vilipensio, sed veritatis error. & hoc, qñ peccatum non esset manifestum. Ex speciebus autem illorum, in quos nõ irascitur, aut in quos iræ conditionis est, ꝙ quiescat, est species hominum, qui sunt boni animi, magnæ policię, nobilium morũ tollerantes. quos Aristo. illas vocat. Amplius in illos, qui sunt spẽi indigentis, minuitur ira occasione commiserationis illi⁹: ex quo necessitas cadens in illum est in gradu mulctæ. lenitur autem ira, quæ est in hominum speciem, qui humiliantur ex B causa aliqua, & nõ sunt pertinaces in litigio occasione humilitatis, & mansuetudinis, quę eis inexistit. Et non cadit ira in illum, qui non blasphemat alium cõmemorãdo suos defectus, neq; ipsum deridet, nec eũ odit, vel illum, qui hęc fecerit ĩ paucioribus. & si cecidisset ira, leniret ex eis cito. Et vniuersalius irã lenientia vt plurimum sumũtur ex suis contrarijs, quę numerata sunt in capitulo iræ Et in admirandos, aut ĩ illos, ex quibus homines erubescũt nõ cadit ira, quotiens perseuerauerint ĩ hac dispositione. nam impossibile est, ꝙ aliquis homo irascatur C in vllum hominem, & eum timeat simul vna dispositione. Qui autem vtuntur odio & vilipensione in aliquem hominem quando irascũtur in ipsum, aut in illos non irascitur, aut parum irascitur in eos Nã qui irascitur in aliquem hominem, nõ putatur ꝙ illum vilipendat, & in eũ irascatur simul. & hoc, quia nõ est damnum spreto per vilipensionẽ, siue per eam sit oblectamentum, siue non. Ira vero est oblectamentũ cũ damno, sicut in eius definitione dictum est. Lenit̃ aũt ira ab hoĩe, ĩ D quẽ esset ira, si erubesceret de illis, quę egerit. Res autem, de quibus si ira esset, esset turpis aut inhonesta, sunt quib⁹ hõ aut nõ irasceretur ipsis ex rebus iram facientibus, q̃ ĩ ipsum veniũt: & si irasceret̃, eius ira cito leniretur. & hoc est, sicut opus vilipẽsionis, quo hõ corrigitur & docet̃: sicut est docentis increpatio, & sicut est opus vilipẽsionis, quo intẽditur ipse lusus, quando etiam intẽtum ꝑ illud esset iocus. Et dñia est apud Arist. inter lusum, & iocũ. nã lusu intendit̃ beneficare aĩum illi⁹, in quẽ est lusus: non ꝙ eo lusus ꝑ E ueniat oblectamẽtum: ioco aũt intendit̃, ꝙ delectet̃ iocans cũ illo, in quem est iocus. & iõ boni ludũt & non iocant̃. & sic ẽt est opus vilipensionis, quo intenditur castigatio, & correctio apud impedimẽta, & mala accidentia. Et ex illis etiam est satisfacere necessarijs paucis reb⁹, quibus indiget abominator. nam non irasceretur illis, quando eis esset ei⁹ necessitatis satisfactio: licet sit parũ immo minimum & abominabile. Et vlius omne opus ex vilipẽsionis aut vilipendentis operibus, quãdo F eo non intenditur damnum spreti, neque turpe oblectamẽtum, aut secum connecteretur spes & expectatio, eo non irasceretur. Exemplum autem illius, cum quo non annectitur vilipẽsionis damnum, est illud quo homo corrigeretur. Et exemplum illius, cũ quo nõ connectitur turpe oblectamentum, est lusus, q non peruenit ad fornicationem. Et exemplum illi⁹, cui annectit̃ bonũ spei, est necessitatis satisfactio. Quãdo aũt tempus prolõgaretur, & nõ sequeretur ab illo, in quem esset

G ita, aliquod opus, qđ induceret iræ nouiter factionē, iam temporis pro longatio linirēt iram. Ex his autē, quę leniret vehementem irá, esset expetitio sanguinis redemptionis, aut primo ab ipso delinquente, vel ab annexis ipsi delinquenti. Et aliqñ non leniret ex petitione sanguinis redemptionis ab ipso delinquēte prīo, donec expetatur ab annexis illi, qñ putaret ꝙ primus delinquens nō sit eius compar, sed putaret, ꝙ illius annexus sit suus cōpar. & ideo aliqñ relinquit ipsum delin-
H quentē, & petit sanguinis redēptionē ab illis, qui illius sunt annexi. Et aliqñ lenit irá vīdicta ab alio q̃ ab iniurio, & ab alio q̃ ab illiꝰ cōnexis, sed à quocunq; homine contigerit. Sicq; ēt leniret irá casus maximorū malorū in ipsos delinquentes: licet hoc non fuerit eo quo in ipsum deliquerint. nam illi putant, ac si in illis esset sanguinis redemptio. Et qñ credunt de se, ꝙ ipsi sint iniurij, nō irascuntur de actibus eis occurrentibus ab illis, in quos iniuriati fuerint. nā ipsi putant, ac si adepti eēnt sanguinis redemptionem. Et q de
I se credunt, ꝙ ipsi sint iniurij, nō irascūtur ex actibus in eos occurrētibus ab his, q̄bus fuerint iniurij. nā illi putant ꝙ illi actꝰ sint ęquitatis: de æquitate aūt non est irascendū. Et ideo qđ conuenit ꝙ cōdemnans primo præponat & sermone declaret, est ꝙ condēnatus sit iniurius, & tunc eū condemnet. nam qñ res ita fuerit, non proueniret ei damnum à condemnato. Aliqñ autem contigit de aliquibus paucis hominibꝰ, qui sunt praui & robusti diuites, ꝙ sciant ꝙ ipsi sint iniurij: sed cū hoc irascantur & conquerant, licet multa eis prouenienss iuris fuerit. nam K
hi nō putarent ꝙ eis proueniret dānum. Qui autem nō coniectantur vilipensionē & spretū in eos prouenientē, non irascuntur. Hoc autem accideret pp ignorantiam. & aliqñ accidit pp magnanimitatē. nam illi putant ꝙ actus, quibus vilipēduntur, non sint ex his, qui eis inferrēt vilipēsionem. Et ideo magnanimi eligunt ꝙ auferant eis plures actus virtutum, quæ eis attribuuntur: vt videatur quo modo ex hoc susciperēt impressionem. nam quāto opus ablatum ab hoīe esset maius, & nō L
irasceretur de eo, tanto magis significaret eius magnanimitatē, & huius occasione, qñ quidam voluit referre magnanimitatē cuiusdā, qui apđ eos erat vir magnanimitate notus, dixit ei, tu nō numeraris ī summa ciuitatē regētium: vt nosceret, an irasceretur ex hoc, nec ne. & vniuersalius qui non contristatur vilipensione, aut pp minimum spreti momentū, vel pp spreti, & vilipensi magnum momentū, ille non irascitur. nā iam dictū est ī iræ definitione, ꝙ ipsa sit damnū cum cupidine vindictæ. In corruptos aūt non est M
irascendū. nam illi iam ceciderant in deterius q̃ sit malū, quod de eis speratur. Et hinc est, quo vsus fuit Homerus hac re ad leniēdū iā cuiusdam in aliquem aīum, qui habentur viri famosi apud illos, quando dixit de eo, in quem esset ira, sic ex nūc sepultis in obscura terra est ex qua nunquam separaretur. Res aūt ita fuit, quia eius misereret, quē offenderet mortis terror, ex quo est maximū terribilium. Sicq; iam declaratum est, ꝙ qui volūt lenire iram, aut ipsam sedare, conueniat,

ꝙ

A ꝙ sumant præmissas lenientes ex his locis, hoc est horũ locorũ particularibus. Et vniuersalius ira lenit, & sedatur de sex hominũ speciebus sicut dictum est: quarũ vna est ex admirand.. : & secunda species est ex illis, quorum pudet hoĩes: & tertia spẽs ẽ ex hominibus iniurijs: & quarta ex agẽtibus vilipensionem sine electiõe: & quinta ex illis, quos suppeditaret maius malũ q̃ eis appeteret ille, qui in eos irasceretur. & sexta ẽ, ꝙ iã perditi & corrupti sint. & hoc est vltimum eorum, quæ dixerat de ira, eiusq; contrario.

B *De Amicitia, & Amore.* *Cap.* 5.

QVi vero homines sint, qui naturaliter amant & amãtur, & quæ sint res amicitiam agẽtes, iam stabiliemus, qñ præponemus amicitiæ & amabilitatis definitionem. Et dicemus, ꝙ amicitia sit, ꝙ homo cupiat ipsum bonum alij homini ꝑꝑ illius hominis substantiam, nõ ꝑꝑ seipsum: & ꝙ ei insit vis & habitus, quo agat illi ipsum bonum. Amabilitas aũt est, ꝙ vterq; illorũ ad alterutrũ sit huius dispositionis. qñ aũt hoc ita fuerit, verus amicus ẽ, qui simul amat & amatur. Et putatur ꝙ hic ĩdigeamus ad perfectũ C amorẽ tertia conditione, quę est, ꝙ cum hoc ꝙ vterq; eorũ amet bonũ alterutrius ꝑꝑ sui socij substãtiam, sciat vterq; eorũ amicitiã sui cõparis ad illũ. qñ autẽ hoc suppositum nobis fuerit de amicitię definitiõe, manifestũ est ꝙ amicus sit, qui delectetur bono alterius, & communicet in dãnis & doloribus, qui in eũ descenderint, non ꝑꝑ se, sed propter ipsummet eius amicum. quãdo autem amicus fuerit talis dispositiõis, vnusquisq; suorũ amicorum gaudet & lætatur in eo. Et ideo viri, qui D communicant naturaliter in malis & damnis, sunt cõnexi. Inimici autem sunt horũ contrarij: hoc est, ꝙ contristantur bonis prouenietibus suis inimicis, & delectãtur malis illis cadentibus. Quando autem in amicitia hoc contingit, manifestũ est, ꝙ signũ quo stabilimus, ꝙ aliqs homo sit amicus & diligẽs, sit ꝙ cõqueratur de malo cadente in suum amicũ, & gaudeat bono illi proueniente. Et ex signis ẽt amicitiæ est communicatio in bono & ĩ malo. Et similiter suorũ signorum est, ꝙ actus amici sit contrarius actui inimici de vna & eadem re, qñ alterutris comparati fuerint: sicut ꝙ putaret aliquis, ꝙ ei suffragarentur duo E viri, quorũ vnus ei opitularetur, alter autẽ ipsum proderet. Nam ille, qui ei suffragaretur, esset amicus, & q eũ proderet, esset inimicus. Postq̃ aũt iam declaratũ est, ꝙ amicus sit, qui suo amico cuperet bonũ ꝑꝑ ipsummet suũ amicum, & ꝙ hi amici sint naturaliter, manifestũ est, ꝙ qui benefecerunt alicui homini vel hoĩbus, aut illis, qui pro eis sunt, illi sint horum amici, quibus benefecerunt. Et ꝙ beneficium sit vnus F actuum amicitiæ. Et similiter qui ĩ alios viros egerint maximas res laboriosas & defatigãtes leuiter & solerter, sunt etiã dilecti eorũ, pro q̃bus hæc egerint: siue illę simpliciter defatigantes res fuerint, aut solo tempore suæ factionis sint defatigantes: siue ipsimet hæc egerint, siue non egerint hæc ipsimet, sed ipsi esset causa aduentus illius excellẽtis rei illis. & illi, de quibus putatur ꝙ ipsi cogitẽt benefacere, sunt amici. Et amantes amantem sunt ami-

ci:

G ci,& similiter qui amantur ab amicis:& qui odiunt etiam illũ, quem aliquis homo odit,sunt illius amici,& sic illi, quos alicuius hominis inimici odiunt,sunt illius amici. Et oẽs hi, hoc est amici, videntur esse amici, qa illis vr̃ ꝙ horũ bona sint sua.& iõ optãt ꝙ bona, q̃ sunt sua, sint ẽt suorũ amicorũ, sicut sũt sua ꝑꝑ suos amicos: hoc ẽ, qa ipsi bñfaciũt eis,& illos venerant,huius occasione liberales & potentes venerantur,hoc ẽ,occasione, qua homines putant ꝙ eis conferatur vtilitas ex illis. Bonum autem, quod illis prouenit ex hominib⁹, est ipse honor. studiosi autẽ gratifici sunt, qui lar-
H giuntur vnicuiq; ex bono, sicuti ferre possunt ſm singulas suas dispositiones. Minima autem suarum dispõnum est, quia illi neminem penitus defatigarent,sicut dicit Arist. Talis autem dispõnis sunt,qñ non viuunt ex suis socijs: hoc est, ꝙ sui socij non tradant eis suum victum. sed suus victus sit ex suomet exercitio,& sui corporis labore. Horũ autem studiosior est ille, cuius victus est ex re nobili:sicut est victus, qui ẽ ex malitia,q̃ fit ſm legẽ nõ rerum vtẽsiliũ, aut su⁹ vict⁹ fuerit ex vena-
I tu & armẽtaria. Et vl'ius su⁹ vict⁹ ẽ ex modo,quo non indigent conciuibus,nisi eos ad hoc cõduxerit ipsa senectus. Et de hac specie hominum putatur ꝙ sint magis temperati q̃ alij nemini iniurij perfectæ cõuenientiæ. Et illi ẽt sunt dilecti, q̇bus conuenit ꝙ de eis fiant actus,q̇ de amicis fiunt, aut hoc elegerint. Hi autem sunt ipsi boni studiosi sibimet ipsis de se suisq; extrariis reb⁹ contenti. Et ideo qñ aliquis homo vellet amici beneficium gerere ver-
sus suos amicos, hoc eis beneficio K
vsus esset,ac felices fortunati ẽt siue cunctis bonis, hoc est animi & corporeis & exteriorib⁹: siue beneficijs illis,quæ solũ virtutes sunt: siue rebus:ex quarum prouentu homines admirantur: siue simpliciter, siue respectu horum,quibus prouenerint illi sunt amici. Et illi,qui boni animi sunt, & quorum societas placeret:& si tota die comitarentur occasione oblectamenti ꝙ ferrent, absque ꝙ suum colloquiũ sit fastidio, horum singuli sunt amici:quia eorum mores sunt optandi & faciles, & non vertuntur versus peccatum L
& malitiam.& illi,qui non seruant iram, neq; sunt versuti, neq; valde sensibiles sunt: hoc est nõ excitantur ad operandum malum,qñ promouentur. Et ideo quicunq; eis cõiunguntur, oẽs hæ turpes dispõnes sunt vim inferentis, hoc est vtentis hominibus terrore quodam,& clamoribus apud orationem. & similiter sunt rudes homines,qui robore suorum corporũ ferrẽt verbera, vel ferrent quamcunq; vim,quę in eos inferretur: vel in quibus congregantur ambæ dispõnes,sunt prompti ad lites & ad correctionẽ suorũ M
affinium,& vicinorum ac amicorũ. & hoc,siue qñ illi valerent illos corrigere, vel qñ ferrent cogitandũ,ꝙ sua correctio sit quodammodo cõmiseratio. Et illi q̇ laudant aliquos amant ipsos laudatos. nam sperãt, ꝙ communicent eis bona, q̃ apud eos sunt,propter quę eos laudarint & apud illos laudantes habẽtur amici illorum,quos laudant. & quãdo laus esset verbis, non est laudandus aliquis vllo bono, quod ei non insit. & vita eorum,qui ęgregij habentur

A bentur pp indumenta ornata, & vestes mundas, non est amanda. nam videntur q̄ venerentur hominē ea munditia, quæ non fastidiat eos turpibus aspectibus. Illi autē, quos nō pudet vitiorum, neq; corrigun tur ex patrata culpa, qui hæc committunt, violenti sunt. violenti autē odiendi sunt. per vitia autem intendo maleficia, quæ homo committit aduersus Deum, & p culpas eas, quas delinquit in socium. Illi autē qui non ferunt odium, nec permanent in animi rancore & odij obseruantia, sed cito placantur & aufertur sua ira, ipsi habentur amandi.
B & hoc, quia putatur de eis, q̄ sicut illi sunt talium conditionum versus hoīes, sic sint versus suos amicos: immo illi digniores ad hoc censentur. Et illi etiam sunt amici, qui nō obloquuntur neq; dignoscunt maleficia suorū cōsanguineorum, & vicinorum atq; cognatorum, & qua illi sunt boni, non est apud eos malū aliquod. Ac illi sunt amandi, qui non seruant iram contra illos, in quos irascūtur, vel suo animo vellent illis inesse bonū. nam qui contrarium huius sunt, contentiosi cen
C nuntur. Et quos admirantur ab eis specie differentes ac ipsi se ipsos admirātur, sunt amandi. nam nemo admiratur seipsum, nisi de re, quæ vere virtus sit apud eum, qua sit admirandus. Et congaudentes hominibus, qui sunt apud eos, sunt amici illorum quibus congaudent: & euidentius quando gaudium fuerit ex noto affectu, quoniam de illo putatur q̄ dignius sit illud gaudiū stabile esse, & q̄ ille non fingat illud gaudium. Et honorati amant honorantes eos: & honorati haben tur amici apud suos honorantes. D Et illi viri sunt amici, quos homo cuperet, q̄ ei æmulentur æmulatione, cuius non sit excusatio, neq; accusatio in ipsum. quia hō non cuperet hoc ab alio, nisi ab hoīe cui cuperet vt constarent suę virtutes. Appetit autem hoc ab illo, qua est apud ipsum dignus hui⁹ rei. & ideo qui apud te esset talis conditionis, aut esset tibi amicus: aut cuperes ipsum esse tuum amicum. quoniam quando est tuus amicus, dignior ē, vt ei constent virtutes, quæ tibi insunt. Et benefici habentur amici apud illos: versus quos egerit illud E bonum, nisi succedere facerent illi bono malum, quod sit vehementius, & fortius: sicut est magnū stipendiū, & graue seruitium. Et illi, qui amant affines, & remotos illos eorum, qui viui, & qui mortui sūt: hoc est, quorū mors est tpe proxīa, inter ipsos affines vel cōsanguineos vel ēt alienos, quia mortui nō coniunguntur nisi duabus cōdōnibus: quarū vna est, q̄ sua mors sit proximi temporis: & secunda, q̄ sint affines vel alieni ēt. qm̄ vnusquisq; hominū amat occasione iuris amicitiæ illorū. nam qn̄ hō amat extra- F neū, dignius ē q̄ amet affinē. & qn̄ amat mortuū, dignius est q̄ amet viuū. & ideo sunt de numero illorū hoīum, qui nimis amant suos amicos: & non parcunt amare eos. nā hæ hominū species sunt bonę. homo autē amat bonos qui non sunt sui amici, tanto magis amicos, & quorum amicitia nō est ficta, neq; sunt apparenter amici. Et illi sunt hoīs amici, quorū nō pudet eū mētionem facere eorum in turpē partem: quia amicus est ille, quē non pudet

G pudet omittere illas res, quas homo ageret laudis occasione. Et vir inuerecundus amat inuerecundum virũ: quia non timet ipsum, & tutus est de eo. Et similiter itaque homo amat, quẽ non timet, & confidit in eo. nam nemo amat virum, quem timet. Species vero actionum amicitiæ sunt comitatus, & cõuersatio cũ hominibus, & consimiles huius speciei ex his, quę mutuo amici alterutris agunt. Amicitiam vero agentes sunt amici sustentatio, & prouidere ei, & ꝙ hõ benefaceret alicui, qñ
H non indiget eo viro. & qñ egerit aliquod beneficiũ, non referret illud, & ostenderet ꝙ hoc egisset contemplatione illius, cui illud egerit, non occasione alterius rei. Hæc itaq; est summa eorũ, q̃ dixerũt de amicitia. In inimicitia vero, & odio expedit ꝙ sumant hę tres res ex dispõnibus harũ contrarijs: q̃ notę sunt cognitione harum, quas retulim⁹. Inimicitiam vero agentia sunt facere id, quo hõ irascitur, & vitij attributio, & accusatio. Intendo autẽ per vitij attributionẽ vilipensionẽ vniuersaliter: & per accusationẽ obloquiũ inter duas personas. Differentia au-

De inimicitia, & odio.

I tẽ inter inimicitiã & iram est, quia ira fit rebus, quæ fiunt in irascentẽ, aut in illũ, qui suo loco fuerit: odiũ autem & inimicitia fiunt, & si nihil inimicus egerit in suũ inimicum. qñ nos odio habemus vitijs mancipatos: & si nihil in nos deliquerint. & vl'us qñ putaremus de aliquo homine, ꝙ eius odiũ expediat, semper ipsum odimus. Et alia dñia est. nam ira fit in singulares: sicut sunt Zayad & Aomar, seu cõtra certos numero. inimicitia vero & odiũ posset esse contra genus. nam nos odimus Barbaros, & ipsi odiunt nos. & simi- K
liter inimicitia fit contra speciem, quia nos odimus latrones & bilingues, & homines oẽs simul odiunt illos. Et tertia dñia est, quia ira temporis curriculis pacatur, absq; ꝙ ille, in quem est ira, aliquid egerit, in irascentem, qđ auferret iram ab eo. odiũ autem non pacatur temporis lapsu: quotiens inimicus non egerit in aduersarium, quod inferret ei amicitiam. Ac etiã ira est appetit⁹, ꝙ occurrat q̃dã certa res in illũ, in quẽ est ira. odium vero est, ꝙ ab inimico occurrat in suũ aduersariũ res indeterminata: hoc est, ꝙ quotiens L
acciderit ei malũ, adhuc inimicus appeteret, ꝙ ei adueniat aliud malũ. & hoc, quia q irascitur, cupit ꝙ cadat in illũ, in quem irascit' q̃dam certa res, qua leniretur sui cordis æstus. inimic⁹ vero nõ cuperet hoc, sed indeterminatũ malum: hoc est semper pei⁹, q̃ accidisset. Inimicitia itaq; differt ab ira his discriminib⁹. Præterea quia noxiæ res faciunt odiũ, & magis nociuæ magis gignũt odium, sicut est iniuria & ebrietas. & vlterius, quia irascẽti aduenit dolor cũ voluptate, vt dictũ est: illi vero qui odit, non aduenit voluptas. M
Rursus, quia ira aufertur paucis rebus, quas hõ ageret, hoc est lenibus verbis: odium vero non aufert' per hoc. Præterea quia irascens cupit, ꝙ accidat in illũ, in quẽ est ira, aliqua vis tantũmodo cum hoc, ꝙ nõ priuetur esse. Inimicus vero optat, ꝙ suus aduersarius oĩno priuet' mundo. Notum aũt est, ꝙ his reb⁹, quas narrauimus, possum⁹ oratione stabilire, q sint inimici vel amici, aut eos ita constituamus & si ita non sint: hoc est, aut inimici vel amici.

Et

A Et similiter posse nobis est per notitiam harũ earundem rerum confutare rationes loquentes de amicitia & amore: hoc ē, q̄ talis sit inimic⁹, & talis sit amicus. Hoc aũt fit, vt diximus, per notitiã quid sit amicitia & inimicitia, & ira: & per notitiam illarum triũ rerum de singulis illarũ, hoc est eas agentia viros aptos, eas operari, & pati ab eis. Cõfert autem notitia constitutionis inimicitiæ & iræ ad constitutionẽ iniuriæ. nã vna causarum, quibus iniquus iniuria afficit, est inimicitia & ira. B vt q̄ cõstitueremus q̄ Zayad sit nobis iniurius: quia ĩter nos & ipsum sit inimicitia. Et hoc est vltimũ eorum, quæ dicuntur de amicitia, & inimicitia.

De timore. *Cap. 6.*

NOtitiam rerum illi⁹, à quo fit timor, & de quo fiat, hoc ē ipsum agentium, & illorũ qui timẽt, nos itaq; declarabimus hic, postq̃ definiuerimus quid sit timor, sicut in præcedẽtibus capitulis fecimus. Est ãt timor dolor, vel titubatio ex mali imaginatione, quem homo timet, ne ipsum corrũpat vel torqueat. Intendo aũt per dolorem mœstiC tiam & angustiam, quæ animę aduenit: & per titubationẽ errorẽ animaduertentię: & per corruptionem ipsam mortem: & per tormentũ id, q̄d est citra ipsam mortem. Adiectum autem est in malo terribili, q̄ corrumpat, vel torqueat. nam possibilitas essendi vitia homini sũt mala contingentia, sed hõ non timet ea, sicut sunt iniqui & pigri: neque corruptio oĩs, quæ sit pauca corruptio vel tormentum perterrens, sed q̄d sit vehemens. quia nemo timet q̄d paucum est. Neque etiam est timendum ea, quorum casus esset futuro & remoto tẽpore, sed quæ sucD cessura sunt proximo futuro tẽpore. quia nemo timet malum futurum, quod est remotũ. cuius signũ est, q̄a quilibet homo scit, q̄ sit moriturus absq; dubio, sed quia nescit q̄ citius futura sit de proximo, non timet mortem. Cùm autem timoris hęc sit definitio, notum est q̄ terribilia sunt ea, quibus putatur, q̄ ĩ- sit vehemens vis ad corruptionem, hoc est perditionẽ, aut ad inferẽdũ aliquã speciẽ damni conducẽtis ad dolorem vel tormentũ vehemens, aut corporeũ, sicut sunt morbi: vel animi, sicut sunt depressio & vtili- E tas. Quòd aũt id q̄d est talis conditionis sit terribile, est per se notum. Nam terribile est malum, q̄d putatur propinquum. & ideo periculũ, & inuasio vehemens est prope rem terribilem, quod agit odium, & irã in ipso timido, & ipsum promoueret ad propulsionem & obiectionẽ rei terribilis. Quãdo autem homo cupit malum, & valet ad illud, certum est q̄ eius malum est actui propinquũ, & necessario est terribile. Perterrentis aũt dispositio est, sicut dispõ iniq: hoc est, q̄a iniqu⁹ sit ini- F quus faciens cadere nequitiam his duabus rebus: hoc est, valore ad nequitiã, & desiderio ipsius nequitiæ. nam iniquus actu infert nequitiã, quando valet ad nequitiam, & vult nequitiam agere: quia iniquus sine dubio semper vult agere nequitiã, & eius appetitus præcedit suã actionem. Accidit autem ipsa nequitia, tp̄e, quo vim habet ad illius actionem. Sic ergo, quando ambo hæc congregãtur in eo, eius nequitia fit ꝓpinqua. & similiter timor etiam fit

Timor quid.

G sit ei in quo cōiunguntur hęc duo, hoc est valor, & voluntas. & ideo nemo timet imbecillium malum, licet velint malum inferre: sicut non timentur robusti, qñ nolunt facere malum, & plures hoīes impedit à maleficio ipsorum imbecillitas, vel timor mali perterrens eos, ne eis fiat. Malum autem cadens in aliquē, quod iam factum est in alium virū, est magis terribile. Et illos, qui habituati sunt facere vehementia excessiua mala, viri naturaliter ipsos timent. Et qui possunt sumere pœnas, sunt terribiles, nisi habeant morem indulgēdi. Et vl'ius qui habent valorem ad damnum, semper sunt terribiles apud illum, in quem possibilis est illa species damni. exempli causa, quia latrones pterrent diuites, non inopes. Hoc autem ita fuit: quia nequitia vt plurimum fit hominibus apud potestatem: hoc est, ꝙ vbi reperitur valor, ibi inuenitur nequitia. & illi, in quos aliqñ cadit nequitia, & putant ꝙ futurū sit, vt in eos nequitia inferatur, semper timent tales viros iniquos. Et illi, quibus semper prouenit oppositū eius quod sibi sperant, sunt timidi. Et illi, quorū naturæ est nequitia, qñ habuerunt valorē, fiunt terribiles. Et quicquid est, in quo non pñt duo communicare, id est vehemens & mirum terribile, sicut est principatus, & fungentes dominio, & imperio, semper sunt timēdi: & eo magis quando hæc fuerint nocere cupiētibus illis, qui in promptu occurrerint, & alijs dignitatibus fungentibus. Et illi, quos timent homines studiosi & habentes perfectiones, sunt timendi: siue sint de illis, qui non sint remoti ab hac dispositiōe: siue hæc dispositio eis peruenerit, qñ magnificati essent, & auctus esset suus valor. Et amici illorum, in quos facta sit nequitia, sunt timendi ab inferentibus in eos nequitiā. & similiter amici inimicorum sunt timendi, sicut est timendus inimicus. Viri autem iracundi, qui citius promouentur ad iram & choleræ effusionem, nō sunt timendi apud iram & furorem: nam citius aufertur horum ira. sed stabiles sunt timendi in ira & odio: & viri tenaces astuti, qui nō patefaciunt malitias quas intendūt, an sint propinquæ, vel distantes. Et illi sunt cōtrarij iracundorum. & hoc, quia de iracundis putatur ꝙ non ostēdant alijs vigorem, præter illum quem habent. Tenaces autem ostendunt hoībus valorem præter suam potestatem. Et omnes hæ res timēdæ magis terribiles sunt, quando corruptio casura ex re timēda fuerit ex his, quorum corruptio non potest propelli: immo suæ corruptiones essent totalitatis corruptiones. & eo fortius, quando suscipiens corruptionē nō posset reītegrari de sua corruptiōe, immo in eum acciderent contraria abhorrenda ab eo. Et illorum, ex q̄bus non est homini euasio, timor est vehemētior. Et vniuersalius mala terribilia sunt illa mala, quę fiūt alijs, quando illorū fieri in his alijs est ex his, quæ conducunt ad imaginādum suum casum in aliquo homine. & hoc occasione similitudinis, quæ esset inter illum, & inter illos alios, quibus accidit illud malū. Exempli gratia, quia iuuenis pauet à morte, quando videt ꝙ apprehendisset talem iuuenem, qualis est ipse, non quando accidisset seni, vel decrepito.

A decrepito. Hoc autem, quod retulimus de particularitate rerum terribilium, & rerum, quæ sunt fortioris terroris & vehementioris, proximũ est vt sit introductorium ad omnes alias, exceptis paucis, quas hõ posset ex se ferre. Quę vero sint dispositiones hominum, quæ quando eis insunt, fiunt timidi, nunc nos narrabimus eas. Et dicimus ꝙ terror sit hominis timor, ne ei veniat malũ terribile. Hoc autem est per se notum. quia nemo est qui putet, ꝙ ei nõ sit peruenturum aliquod malũ, & omnino timeat. neq; si meditatus fue-
B rit mala, quæ ei venient, timet illa omnino. neque etiam timet homines, de quibus putat, ꝙ ab illis non proueniret ei malum vllo pacto. neque timet, quãdo putat, ꝙ eum nõ apprehendat malum. Cum autem hoc ita fuerit, timor ergo necessario fit illis, qui putant ꝙ eis prouentura sint mala: & malorum, quæ putant ꝙ eis sint prouentura: & hominũ, quos putãt, ꝙ illaturi sint aduẽtum hmõi malorum, & qñ putant apprehensionẽ eorũ ab illis malis, & ipsa esse impressa. Cum autẽ vr̃r hi sint timidi, manifestum est, ꝙ il-
C li, qui putant ꝙ eis non sit futurum malũ aliqđ, sunt corporibus robusti admodũ decoratarum dispõnum ſm res, q̃ extrinsecus sunt. Et illi ẽt, qui putãt se habere has duas dispõnes, licet non ita sint: hoc est, & corporis decus, & conuenientiã rerum extrinsecarũ, dispõnumq; decentiã. Et hinc est, ꝙ hui⁹ speciei homines reperiunť, qui culpant hominẽ suis vitijs, & iniurij, & audaces tradẽtes se periculis. Cã autẽ huius imaginationis est valoris quidẽ ex iuuentute & robore. & hoc, quia iuuenis & robustus putat de se, ꝙ bene valeat: D
& si non ita sit. Decentis autem dispositionis propter res extrinsecas accidit hæc imaginatio duabus ex rebus, & nimijs opibus, & amicorũ copia. quapropter ęstimant se, vt signum ad sagittam cuiusq; aduersi. sed imbecilles ad mala, qui timent suum casum propter debilitatem, sunt illi, qui actu patiuntur ipsum malum. Sed est differentia inter illos. quia his inest spes euasionis: illi autem procurant suã adeptionem. Signum autem hoc ostendens est, quia illi apud timorem indigent cõsilio. Nemo autem timens consulit E
de eo quod timet, neq; de eo qđ timet & non sperat euasionẽ ab illo. Et iõ definitio timoris est, quo timidus sperat ex actu, quem ab illo intendit suam ablationem, est timor, cũ quo coniungiť spes euasionis ab illa re terrẽte eum. Et ille est timor, qui confert huic arti: hoc est, quem expedit oratori, vt ipsum stabiliat in animum illius, quem vult terrere: hoc est iudex vel auditor. & hoc, qñ illis constiterit, quòd possibile sit, quòd illis proueniat malum ex sua lite, aut quòd malum exitum habebit. vt quando diceret eis, ꝙ alijs F
hoc contigisset ex sibi consimilibus & talibus: & quòd multotiens accidunt homini mala, quæ non putat esse mala, aut mala, quæ homo putat quòd ei non succedant: vel ab hominibus, de quibus non putaret hoc, vel tempore quo non putaret. & consimiles orationes his. Hinc itaque declaratum est, quid sit timor, & res ipsum agentes, & homines apti ad hunc affectum.

De

G *De Fortitudine.* Cap. 7.

EXpedit ēt ꝙ declaremus qd sit fortitudo, & quæ sint res ipsam agentes: & quæ sint dispositiones, q̄ cum insunt hominibus, fiūt eis apti ad suscipiendū hunc affectum, hoc est fortitudinē. Et dr̄, ꝙ fortitudo & confidentia sint contrariū timoris. Illæ aūt fiūt apud imaginationem seu cogitationē spei euasionis, quæ sit quasi proxima: & imaginari timenda esse aut oīno ablata aut remoti casus: & putare res largientes fortitudinē esse proximas, ex quib' sequitur fortitudo. Et intendo p largientes fortitudinem, copiā diuitiarum, qua propellerent terribilia occurrentia. Ac ēt si hō imaginaretur repulsionē, & reuersionē hominis, qui ipsum terrefaceret per rem, qua perterrefaceret, illud est ex his, quas largitur ipsa fortitudo. Et similiter si putaret, ꝙ habeat plures fautores viros nobiles, qui eum cauerent, ne malum ei accidat. Et ex his, q̄ largiuntur fortitudinem ipsi homini, & ipsum tutantur, est, ꝙ ipse non sit iniurius pp timorem meritæ pœnæ ipsius iniuriæ, neq; sit lacessitus iniuria pp timorem reditus iniurię in ipsum. Et ex his quæ te tutantur ab aliquo homine, est, ꝙ inter vos non sit contentio, nec liuor alicuius rei omnino: siue putetur de te, ꝙ tibi sit vis ad contentionē, siue non habeas huiuscemodi vim. Et ex his, quę largiuntur confidentiā ab aliquo homine, est amor & intuitus sibi præcedens ſm effectum vel affectum: hoc est, sicut est condonatio bonorum aut commiseratio eorum. Et ex his, quæ largiuntur confidentiā de aliquo homine, qui esset timendus, est, ꝙ ille homo sit officiosus gestorum nobilium & excellētium virorum, & diligat cōnumerari eis, vel operaretur actiones ambarum specierum simul. Dispositiones vero, quæ quando insunt quibusdam viris, fiunt eis fortes, sunt hæ: quarum vna est, ꝙ putetur ꝙ parati sint propellere & corrigere mala eis occurrentia, prędominando rei quam timent collaturam eis illa mala: & ꝙ ipsi non dolerent ea, vel non prouenire ex eis perditio: hoc est ex illis malis eis casuris. Et illarū est, ꝙ iam sæpe passi fuerint flagellū summi mali, & ab eo euaserint. hoc eñ est ex his, quæ tibi largirentur fortitudinem contra timendum malum. Et aliquando reperiuntur homines, qui non timent mala cōtingentia, neq; dolent eis duobus modis: quorum vnus est, qñ non nouerint illam rem timendam: hoc est, ꝙ illius sint ignari: & secundus modus est, quia iam experti sint illam, & cognoscant eam. & hoc est notū ex eo, quod accidit in fluctuatione maris, eiusq; procella nauigātibus per ipsum. quia qui non sunt experti maris tempestatē, sunt fortes pp ignorantiā eorum suæ submersionis. Et illi, qui eam experti sunt, fiunt etiā fortes aduersus illam, qua consequuta est eis confidentia de illa. Et ex his, quæ tutum reddunt à timendo malo, est quòd non sit timendum apud consimilem virum, & ei conformem: vel apud illum, qui esset infra ipsum, licet iam putetur ꝙ malum saltu transgrediatur domos viliū, & ingrediatur domos eximiorum: sed id, quod magis est consuetū, est primū. Et illi, qui putant ꝙ sint ꝓstantiores magistratibus eis imperātibus, nō timēt illos.

Et

A Et similiter qui vere sunt præstantiores illis, & qui illis ęquantur dignitate, nõ timent ipsos. Et similiter qui putant, quòd abundent rebus, quibus eis cõueniret perfectio & magistratus, sicut est diuitiarum copia, & corporis robur, & custodia fratrum, & conciuium & valentiũ militum, vel omnium aut nobiliorum & excellẽtiorum ex illis apud illam gẽtem: quia hoc nihil refert. Et ex illis, quę largiuntur fortitudinem, & tutantur, est, ꝙ homo non sit alteri iniurius, nisi suo inimico iniuria, qua terreat suum aduersarium solum. Et vniuersalius homi-B nes illius speciei, qui boni dispositionis sunt circa ea, quæ sunt inter ipsos & inter Deum sunt tutiores. Et similiter qui fuerunt decentis dispositionis circa ea, quæ sunt inter eos, & inter homines. Et similiter qui apud homines fuerint talis dispositionis, constituuntur in commercijs quorũdam signorũ significantium decentiam dispositionis. Et illi etiã, quorum dispositiones sunt cõuenientes apud dicaces, hoc est sua lingua valẽtes: sicut sunt oratores & poetę: & apud intelligen-C tes non timent. quia quando tuti sunt de his, tãto tutiores sunt de alijs. Et ira etiam est ex his, quæ fortitudinem largiũtur. Et ex his quæ fortitudinem largiuntur homini, & suam iram extendunt, est, ꝙ sit lacessitus iniuria nõ iniurijs. Lacessitus vero iniuria fortificatꝰ iræ occasione, & ex eo quòd credit, quòd Deus eripiat lacessitos iniuria. Et ex his quę conferunt fortitudinem in opere ipsius mali, ẽ, ꝙ homo putet ꝙ ei non accidat malum: vel si ei accideret ipse illi repugnaret, & destrueret suas causas. Iam itaq; sufficiẽter D dictum est de largientibus fortitudinem & inferentibus timorem.

Sermo de Verecundia, & Vituperio, & Inuerecundia. Cap. 8.

QVæ vero sint res, quarum hominem pudeat, vel nõ pudeat & apud quos homines sit verecundia, & quæ sit dispositio, quæ quando homini inest, accidit ei hic affectus: scietur ex his quę dicemus: qđ est, quia vituperij vel verecũdię definitio est dolor, vel ptrubatio accidens apud malorum casum, quæ hominem constituunt non laudãdum, vel tempore præsenti, vel pręterito, aut futuro. Inuerecundia vero est paruipẽsio, & paucitas doloris & contristationis de factione harum rerum: hoc est illarum rerum, ex quibus est verecundia. Cum autem hæc sit verecũdię definitio, manifestum est ꝙ hinc fiat vituperatio hominis: hoc ẽ, ex eo ꝙ ex malitijs reputatur vilis abhorrendus, quando sibi hæc de ipso apparuerint, vel illi qui in ipsum ĩspiceret. quicquid fuerit, huiusmodi est vel opus prauorum, vel scelestorum. Intẽdo F autem per opus prauorum, illud, đ quo prouenit alijs ab eo damnũ: sicut est commissorum abnegatio, & detẽtio iniquitatis causa. Per scelestorum vero opus intelligo vitia, ex quorum maiori parte non prouenit damnũ alijs, sicut est ꝓijcere arma, & fugere rõne pusillanimitatis & timoris. Et ex malitijs scelestis, quibus hõ verecundatꝰ, est societas alicuius, cuius societas nõ est conueniens, qñ sua societas nõ deceret illũ: aut quorum societas non

Vereccundia quid E

vnde fiat vituperatio hoí.

G est conueniens, sunt habētes malitias & habētes viles mores. Et ex rebus abhorrendis etiam, ex quibus homo recederet propter pudorem, est emptio ex rebus abominabilib⁹ vel scelestis, aut imbecillibus: sicut qui emeret rem mendicorum aut mortuorum. Et ex moribus, quibus homo vituperatur, est quòd sit diues, & nō sumatur aliqua vtilitas ex suis diuitijs. & si qua vtilitas ex eo sumeretur esset minimū q̄d. & huiusmodi est, quòd petat res mutuo ab eo, qui illis indigeat: & esset q̄n pollicitus esset alicui aliquā rē,
H & ille peteret eam ab eo, si ipse postularet eam, quasi ea indigeret, vt ille abstineret ab expetitiōe rei ab eo quam promiserat illi. Et huius contrarium, hoc est, ꝙ quando peteretur aliqua res à petente, ipse peteret q̄d ille proposuerat, vt ex seipsa repellatur petitio. Et ex illis, quibus vituperatur homo, est, ꝙ laudet aliquem virum, quando videret eū anhelare necessariorum expetitionem, & vltra illud tempus non laudaret illum: immo quando videret ꝙ eius spes sit amissa & perdita, aliquando conuerteretur in illius vi-
I tuperium. Et ex illis, quibus homo vituperatur, sunt assentationes, q̄ sint quasi laus. & hoc, sicut si laudarem hominem per plusquam ei insit, vel proferat scelera, & vitia sub forma virtutum, vel ꝙ alicui viro contingeret animi dolor vel angustia, & ostēderet hominibus, ꝙ ipse sit vehementioris doloris quam sit, & fortioris mœstitię, & ex his consimilibus ex eis, quę sunt huiusmodi ex signis assentationum. Et ex his, quibus homo vituperatur, est parum ferre dolorem vel tormentum sicut accidit senibus, qui conducūt K putare, quòd eis contingat ex senectutis imbecillitate plusquam eis insit. Et sicut accidit delicatis, & fungentibus imperio, qui tremunt ratione sui dominij ex minima causa, quæ eis accidat: cum putassent quòd nulla vis eis inferatur. Et similiter alijs ab his, qui fuerint ijs imbecilliores, hoc est hi, quibus minima debilitas videtur summa imbecillitas. nam omnes hæ dispositiones sunt vituperandæ, & sunt signa vilitatis & depressionis. Et ex his, q̄bus aliquis sit vituperādus, est L ꝙ sit ille vir vituperans & deturpās alium de bonis passionibus vel actibus: sicut quòd ipsum vituperaret de actu liberalitatis, vel de compassione sui amici, aut de pietate & cōmiseratione eius. Et huiusmodi etiam est, quòd homo laudet se ipsum, aut narret de se res decoras, vł tribuat sibi operationes aliorum. nam omnia hæc sunt signa iactantiæ. & ex his moribus scelestis, quos diximus sumitur signum illorum, de quibus mentionem non fecimus quia singularium simplicium mali M tiarum, & vitiorum sunt quidam actus & signa, quæ eos significant. Et ex hominis vituperationibus est quòd eius gesta sint ad modum vituperandorum, & si non sint vituperanda: sicut quòd quidam vir esset familiæ aut reipublicæ, quæ essent scelestæ. nam ex his homini accidit vituperium, licet ei non insint res, quarum ipsum puderet secūdū se. Et ex his, quibus homo vituperetur, est, ꝙ eius consimiles, & compares viri agerent decoras operationes, quibus ipse communicaret secum: hoc est in omnibus illis, aut

A aut earum maiori parte. Intendo autem per eius consimiles, genere æquales, & qui fuerint vnius reipublicæ. & per compares intendo illos, qui sunt animis propinqui: & qui vna dispositione fuerint connexi, aut societate vel amicitia, aut q vnum finem intendunt: & vniuersalius quicunq; coæquantur vna re: sicut q sint homines vnius artis vel vnius exercitij. Hoc autem fuit, quia hominis differentia & diuersitas ab eis, qui ei coæquantur, est illi vituperium, absque excusatione etiam pœnarum eis occurren-
B tium, & malorum, quæ eos opprimerent. & hoc, quia quando homo non communicaret cum conciuibus in laboribus eis contingentibus, & cum amicis ĩ angustijs eis accidentibus, esset ei vituperium: & similiter ĩ omnibus reliquis bonis & malis. Et omnes actus vituperationum; quos diximus, adueniunt his hominũ speciebus, quas numerauimus: & hoc secundum plurimum: sicut sunt scelesti animo viles, & consimiles. Et hi actus, quos narrauimus, sunt act⁹ prouenietes
C ex malitia & turpitudine morum: & tanto magis, quando homo ex se esset causa illorũ talium actuum. Vituperationes vero, quæ homini aduenuiunt ex hoc ex his, quę ei proueniunt ab aliis, si fuerint ei obtẽperantes, aut secum annexi, quocunque modo connexionis, sunt q̃cunque sint ex his, quibus intenditur illum vilipendere apud homines, & ipsum vituperare. & hoc est sicut omnibus dispositionibus vilibus turpibus: sicut quòd abraderet suam barbam, aut induere virum vestem muliebrem. sicq; de omnibus coitibus, qui fiunt cum mulieribus & pueris. & huiusmodi est turpitudo & vilipẽsio. Et intendo per turpitudinem famositatem rei turpis apud homines. Per vilipensionem vero, sicut quòd paruipendatur & iniurietur, vel sit solus, neminem saluum facientem habens. Et ex his rebus turpibus sunt illę, quas homo componeret, & eas constitueret ex alijs, occasione malitię & turpitudinis: sicut est actus illorum, qui non animaduertũt quo modo acquisiuerint diuitias ex modis turpis acquisitionis. & æquum est, siue hę res aduenerint homini serio vel absq; electione: sicut est fornicatio hominis vxorum, suorumq; natorum. iam enim ex hoc illi adueniret opprobrium, siue hoc fuerit suo arbitrio, siue fuerit non pręmeditate. Et ex his, quibus homo esset vituperandus, est quòd expetat sui sanguinis vindictam. Hę itaque, quas diximus & eis consimiles sunt dispositiones, quibus quando inessent hominibus, vituperarẽtur & opprobrio discernerentur. & ipsæ sunt res, quę agunt verecundiã & vituperationem. quoniam vituperatio & verecundia accidunt homini, quando imaginatur rem laudabilem, qua laudetur, & iam esset ab eo ablata. Quoniam vituperatio fit propter imaginationem priuationis laudis: laudis autem priuatione homo contristatur, quando esset ex venerãdis hominibus: manifestum est, quòd ipsum nõ pudeat cuiuslibet. Quando autem res ita fuerit, pudet hominem vniuersaliter virorum, quorũ laudationis defectum doleret, quorum est species hominum qui te admirant,

(D, E, F at right margin.) Quorũ verecũdẽtur homines.

G & te timent magno excessu. & similiter puderet te speciei hominum, quos tu admiraris: & puderet te ẽt illorum, quos cuperes ꝙ te laudẽt. Ac illos oportet te admirari, quorũ laudes homines non vilipendunt. Homines autẽ admirantur quemcunq;, qui habet aliqđ bonũ excellẽs nobile: sicut sunt possessiones & scientia: vel homines admirarẽtur illũ, qui habet aliquod bonũ, quo admirantes indigerẽt valde nimiũ: vel quo indigeret qui esset prior q̃ sapiens admirandus: & vniuersali⁹ qui esset altioris partis, quã homo
H admirãdus. Illi autem, à quibus homo cupit honorari, sunt hoĩes ei consimiles: & hoc aut sui æquales, vel qui sunt suæ gentis: aut eius cõciues: ac etiam species hominum, de quibus homo putat ꝙ eorum ęstimationes, & credulitates sint veræ credulitates. nã videtur ei, ꝙ illi sint habentes ingenium & intellectum, sicut sunt senes & rectores. nã homo cupit honorari ab his. & res turpes, quę oculati sunt euidentes, & publice fiunt, sunt quibus homo verecundatur magis quam ab aliis. Quando autem res ita fuerit, expe-
I dit ꝙ pudor sit maior illorum, qui semper sunt prope hominem, & illorũ, qui ipsum apertis oculis inspiciunt: & illi, quos non pudet horum, sunt turpes species hominum quia certum est, ꝙ inspicientes hominis gesta, aut laudant vel vituperant ipsum. & imaginatio priuationis laudis, est q̃ operatur pudorem, sicut præmissum est. Et illi⁹ speciei hominum, cum quibus homo non auderet iocari, & caueret eos, iã puderet hominem ipsum. hæc enim species est hominum, de quibus homo putaret, ꝙ non habeat opinio- K
nem, in qua sit confidendum, & in ea sustentandũ: sicut est res, in qua ille homo erraret, vel putaret ꝙ erret in ea. Illi autẽ ipsum dirigerent, si errasset in illa, vel ostenderent ei suam imaginationem. nam homo extẽderet suas actiones aut ipsas publicas faceret singularibus egregijs hominibus. Illi autem sunt illa species hominum, quos putaret ꝙ continerent regimen & directionem eius. & ideo discipulũ non pudet sui magistri aut amici, cum quibus homo versatur quiete & humaniter: sed ab his q̃ sunt alij ab his duab⁹ L
speciebus homo detineretur sermone absolui, aut in effectu audere coram eis. nam illi ipsum vituperarẽt de hoc: adeo ꝙ si ipse licitam diceret aliquã rem, quam ipse putaret & non esset sicut ipse putasset, putaretur de eo, ꝙ iam egerit id, quod licitum dixisset, & vilipẽderent obloquentes in suum honorem, quo ad hoc, siue ea res esset sicut putauerat siue nõ esset. & ideo non reputatur vtilitas in lacessito iniuria malũ, quod obloqueretur in eum, qui ei iniurius fuerat: sed tamẽ alteri harum duarum specierum hominũ, M
hoc est, in quibus esset confidendũ & eis sustentandum, quando timetur error, aut ipsis amicis. Ac etiã pudet homines illius speciei hominum, qui obseruant hominis scelera, & ipsum arguũt de errore. & illi sunt homines viles apud oẽs. & similiter est species hominũ, qui fingunt se mœstos propter cõstitutionem scelerũ ex suis verbis, & stabilitas illorum erroris est per actum vilipensorum derisorum. Intendo autem per vilipẽsores paruifacientes

A tes hominem: & p derisores fingentes: hoc est, qui fingunt rem admodum vilipésionis illius. & hi homines odiûtur, & eorum pudet hoïes. & nomẽ vituperij verius est de his qui dicti sunt, quàm nomen pudoris. & hoc, quia pudor est illius, de quo putatur ꝙ bonum: & vituperium fit de illo, de quo putatur malum. & ideo pudor virorum malitiam habentium est mistus timori. Et illi, quorum hoïem pudet, sunt homines, qui illum non vituperarent oïno de aliqua re. nam ille putat, & ꝙ ipse sit apud illos ĩ gradu il-
B li⁹, quẽ admirarent̃ & illi⁹ te puderet, qui aliqua necessitate te ĩdiguerit, & tu satisfecisses ei⁹ libito. nã ille apud te eẽt ex illis, q te laudarẽt, & non vituperarent. Et hi etiam, hoc est, quorũ hominem puderet sunt, qui vellent hominis amicitiã narrare. nam secundum hãc dispositionem notificarent eius virtutes solum. illum autem pudet, ne illis constaret aliqua res vituperanda. Et quorũ te est pudendum, sunt illi, qui non inspexissent in homines aliquã rem, cuius sit pudendum.
C Pręterea, qm̃ hoïes nõ pudet horũ scelerũ, q̃ diximus solũ, sed ẽt signorum & rationum, quę illa significarent. & hoc, quia nõ puderet eũ fornicationis solum, sed rationũ, quæ significarent ipsam fornicationem & similiter non puderet eum operis ipsorum scelerum, sed etiam locutionis de ipsis. nã locutio de eis est signum, vel ratio de eorũ actione. Hęc itaq; sunt species hominũ, quorum est hominem pudendum. Illi vero, quorum nõ est pudendũ, sunt, cum quibus hõ comiter oblectaretur, & inspiceret sua negotia.

Hi aũt sunt duarum specierum, videlicet frẽs, & fauores. Fratres quidem sunt, cum quibus homo fungitur opere decoris, quod decorũ est apud multitudinẽ absq; ꝙ vere ita sit. Fautores vero sunt, cum quibus fungit̃ opere simpl̃r decoro quod vere decoris ẽ, vel ĩ imaginationis initio. Et illi, quorũ hominem non puderet, sunt homines viles & abominabiles. nam illi, quorũ opinionem non ęstimaret, sit ne bona aut mala de eo, neq; ꝙ quispiam eorũ laudet vel vituperet ipsũ, similiter eum non puderet illorum: sicut nõ puderet hominem bestiarum & infantium. Et pudor hominis suorũ gnatorum & alienorũ nõ est vnius modi pudor. & hoc, quia pudor q habetur apud te cognoscentes, ẽ vere vituperandorum: ignotorum vero est cogitatione & secundum famam turpe. hę itaq; sũt species hominum, quorum hominem puderet, & quorum non puderet. Speciei vero hominum, quibus maxime inest hęc passio, hoc est pudor quidã, sunt viri, qui credunt se esse vnius specierum, quorum diximus quòd sit pudendum: sicut sunt illi, quos homines admirantur: & admirandi, quorum diximus ꝙ sit pudendum. nam quando homo crederet de se, quòd sit vnus istorum, pauca ex re festinat verecundia in ipsum. ratione sui timoris, ne mirum sit apud illũ, qui ipsum admiraretur, si sibi crederet, ꝙ admiraret̃ ipsum. Illi vero, qui alios admiratur, festinat verecundia occasione, qua qui omnem rem admiratur, omnis res magnificatur apud ipsũ: & ipse afficitur minimo turpi, & illud timet quod plures homines nõ timerent.

G Et huius speciei hominum, hoc est, quibus festinat pudor, sunt viri, qui cupiunt esse admirandi apud alios, & qui hominibus indigent necessitate suorum negociorum, valde eos pudet. Et aliquando festinat pudor speciei hominum, qui nō sunt summe laudandi, neq; egeni. nam illi timent ne eis festinet vituperiū. Hi autem sunt secundum quādam mensuram laudandi. nam non est pudor illi, qui penitus non est laudandus. Et vt plurimum hominē pudet, quando viri, quorum ipsum pudet, inspicerent ipsum. Et ideo,
H quando quidam voluit augere irā cuiusdam propter verecundiam, & vituperium, quòd ei contingeret ex negligentia cautelę à columbis, finxit ei columbos esse exercitus inspiciētes ipsum. egit autem hoc, vt augeret feruor sui cordis ad cautelā. Et ideo, quando iracundi & furiosi sumunt pœnas alicuius hominis, vel quorundam virorum per vilipensionem, qua ipsos afficiunt, cupiunt cunctis gentibus ostendere pœnam, quam ab illis sumunt illos afficientes ea vilipēsione, vt sua co-
I gitatio vertatur, vt venerentur ab illis, quos ea vilipensione afficerēt, hoc est, ab ipsis vilipensis. Et quàm mirabile est, quod apparet de furiosis & iracundis in affectu, qui eis aduenit, cuius sit pudendum: & est rerum, quę adueniunt eis, vel aduenerint suis parētibus, aut aduenerint admirādis ab eis: & vniuersalius in illo, propter quem eos puderet. & illi sunt viri, quos prædiximus. & similiter ex illis apparent vehementes actus cautelę & feruoris ad illos, quibus attributionem habēt: sicut suis doctoribus, vel suis cōsulibus, aut suis dominis, & omnibus his si- K
milibus ex illis, quorum gloriā, & honorem cupiunt: quoniam quā maximum est quod agunt iracundi & magnanimi in talibus excellētijs, nec obmittunt aliquam rem incognitam, quā exposceret ipsa cautela, adeo quòd propter hanc suam negligentiam eis contingeret vituperium. & magis fit ex eis hoc op⁹, quando putant quòd hi, quos torquent, inspiciant eos: nam ipsi non desisterēt tergiuersari eis. & duplatur suus pudor, & verecundia propter id, quod neglexerint, & ꝓpter L
ipsum ceciderint in vituperium. Et ideo quando quidā victor rex Græcorum educere fecisset quosdam viros, vt interficerentur, in quorum cœtu fuerat quidam poeta, quando illi abscondebāt suos vultus, & pudebat eos illius vituperij quod eis contingeret ex sua interfectione, ille dixit eis: Audite quęso fratres: expediebat vobis hoc facere, hoc est, vultus absconsionem, & huius operis pudor, si singulis immanescentibus diebus tergiuersi essetis: adeo M
quòd successiue sagittatores vos persequuti essent. vos vero non ita egistis, nec timuistis hucusque inspicere Græcos: quid ergo nunc vobis inest cuius vos pudeat? Hęc itaque est summa eorum: quæ dicta sunt de pudore. Inuerecundiæ vero sermonem, certum est quòd nos possumus cognoscere ex rebus, quę dictę sunt in capitulo pudoris, cum sint sibi inuicem contrarij: hoc est, quòd nos cognoscemus de inuerecūdia tres res cōtrarias tribus reb⁹, quas nouim⁹ ī caplo pudoris: hoc est, cuius hoīem pudeat, & cuius nō pudeat, & de qua re sit pudor. Inuerecundia.

De

A De constitutione Gratiæ, & reditu gratiarum. Cap. 9.

SCire vero quid sit gratificus, qui est ille, cui debet gratiarũ actio, & quę sint res, quę sunt gratiæ, & q sint viri q grati fiãt, quę sũt tria loca, ex quibus orator constituit ipsã gratiam, nos itaq; illud declarabimus. Et dicim⁹ φ gra sit id, quo eo fungens dr̃ gratificus. Res aũt, quæ qñ operatę essent, sunt gratia, illæ sunt altera duarum rerum: vel officium qđ est suffragiũ corpore, vel beneficium qđ est suffragium opibus vel honore. fit autem suffragiũ corporis & opũ pp honorem: officium vel beneficiũ sunt gratia, qñ
B recipiens illud beneficium vel officium, non reperiret illud officium vel beneficium ab alio hoĩe quàm à benefico. & illa ẽ gratia, quæ cũ hoc etiam non prouenit ab ea suo efficienti aliqua res, sed tota est pp beneficium suscipientis. Et aliquando gratia fit excellens respectiue, & si fm se sit parua ex vna quinq; rerum. quarũ vna est, qñ fieret apud vehementem eius indigentiam, vel tempore tribulationis, qñ nemo vlli viro prouideret, sicuti est tempus
C pauoris quo homines terrentur se inuicẽ adiuuare, vel si solus ipse esset beneficus, vel ipse esset primus beneficus, tunc suũ beneficium excederet beneficium aliorũ. Res autem, apud quas est vehemens indigentia, est trium specierum: vna est optatorũ ad vitam necessariorum. & secunda est illorum ad quę augetur animę cupido. & si non sint necessaria, sicut est fructuũ desideriũ. tertia autem est, quæ esset rerum, quarum defectum doleremus, vel nos torqueret. nam appetibilia optanda sunt, quorũ defectum dolemus, vel ipse nos torquet. Appetibilia autem, quę sunt huius dispositionis, sunt duarum specierum. quędam species est consueta & optata, & sunt ipsa dilecta: & aliqua species est illorum, quæ homo cuperet, & appeteret, quãdo in tribulatione & angustia existeret. nam qui cecidit in abyssum angustiarum, appetit exitum ab illo. & sic lugubria agẽs appetit à lugubribus releuari. & iõ vna, quæ magnifica est, quando aliqui sunt in succumbentiæ dispositione, vel fugæ à suis inimicis, & illos cauerint, & abscõderint ab inqrentibus suã vitam, nam & si beneficium in se sit paruum, illud tamen est magnũ pp vehementiam indigentiæ & temporis duritiem. Iam itaq; ex his patet, φ paruũ beneficium magnificatur in talibus, vel in eis ęqualibus: hoc est illis, quorũ dispositiões sunt similes his dispositionibus fm indigẽtiam, vel apud illos, qui sunt excellẽtiores his: hoc est, quorũ dispositiones sunt vehemẽtiores. Sicq; notũ est, φ iam declaratum sit ex hoc, quod diximus, qui sit cui concedenda sit gratia, & de qua re fiat gratia, & qs sit gratificus, & φ propterea nos memineri mus eorum, quę diximus, vt stabiliam⁹ has tres res. Exempli cã, qa qui nõ narrãt bñficiũ qđ fecerint, illi sunt gratifici. Et φ illi, quibus ꝑuenit bñficiũ ipsis existẽtibus in tribulationibus & angustijs (sicut iã ꝑnarratũ est) sũt q grati facti sint. Et φ opa bñficiorũ, q̃ talibus fiunt & in talibus dispõnibus, ipsæ sunt gratia ipsa. Certum etiam est, vnde sumantur præmissę, quibus vnum auferat, & sua abnegatio cõfirmet.

D E F

G Hoc autem fit octo modis. Quorũ primus est, ꝙ beneficiũ sit propter beneficium: hoc est, ꝙ eius vtile ei ipsi reuertatur. Et secũdus est, ꝙ beneficium sit minus debito. Tertius est, ꝙ sit tempore, quo illo non indigeatur. hæc enim non esset gratia. Quartus est, ꝙ beneficium ceciderit illi, ad quem est beneficium fortuitu, non ex intentione. Quintus est, ꝙ beneficium esset vi & necessitate. Sextus est, ꝙ quando per beneficium intenditur præmium alterius beneficij, quod præmissum esset benefico ab illo qui beneficiũ
H suscipit. Septimus est, quando per beneficium intenditur ipsum patefacere, & inde resumere gratiarum actiones. Octauus est, quãdo beneficus esset importunus beneficium suscipienti in re, qua ille nõ indigeret. & hoc, quia per se notum est, ꝙ beneficium non inferat gratiarum actionem, quando esset secundum vnam illarum octo dispositionum. Sumitur autem aliquando vtilitas ex his præmissis, in accusatione abnegationis beneficij, & eius interẽptione & in excusatione de illa. &
I hoc, quia gratia est gratia, quando fuerit, vt dictum est, propter beneficij recipientem, & secundum mensuram indigentię, tempore quo neminem saluum facientem haberet, aut loco in quem fugisset. Ex signis autem gratiam significantibus est, ꝙ non imminutum sit ipsum beneficiũ, nec hoc factũ sit inimicis. Et ratio constitutionis gratiæ, suæq; abnegationis ex his præmissis fit.

De dolore. *Cap.* 10.

Ex quo vero fiat dolor, & qs doleat, & quid sit dolendum, nos enunciabimus. Dolor itaq; est tribulatio quędam cõtingens ,ppter aliquod malũ perterrens vel tribulans, quod hoĩbus accidit absq; aliquo termino. & hoc, quando timeret ne malum fiat ei, vel alicui suorum familiarium, & esset proximi casus. Per terrentia autem intendo ea, quæ corpori adueniunt, & per tribulantia ea, quæ animi dolore afficiũt. Qñ autem doloris definitio est hæc, nõ est ꝙ non dolens sit ſm hãc dispositionem quam describã: qui est ille, qui putat ꝙ non sit ei futurum malum vllum, nec in ipsum neq; in alium, qui pro eo eẽt: hoc est, tale malum descriptum in L
ipsa definitione, vel illi consimile, vel ei propinquum. Nam dolor est, quãdo quis timet casum talis mali in ipsum, cũ spe euasionis ab eo: illi quos offenderint summa mala, nõ dolent ita, sicut qui iam mortui essent, neq; illi qui fortunati putanť. & hoc, quia qui putãtur esse fortunati, putãtur etiam, ꝙ eis nulla mala res proueniat, cum considerent hoc esse fortunæ, hoc est ꝙ eis non proueniat aliqđ malum. Et horũ etiam sunt illi, de quibus putaťꝙ non doleant, neq; suis corporibus M
nec suis aĩs. & hoc, aut ex quo iam illis acciderãt mala, ex quibus euaderẽt: vel qa illi sint senes, quoꝶ vs' malorũ iã lõgã traxerat morã: vel rõne multitudinis experiẽtię: vel occasiõe cuiusdã cõsuetudinis, qua soleãt frui sui aĩs ad modũ fruitionis aĩorũ illorũ, q accepti sũt fortunati: vel occasione suę famositatis apud hoĩes, & hoc, quia illis quorum fama volat, videtur, quòd mala sint ab eis remota occasione excellentiæ suæ magnitudinis, & quia cũcti homines eos adiuuãt. Et aliquãdo accidit

A cidit hæc imaginatio occasione vs artiũ,& rerũ, quę propellerent ipsa mala. Et horũ virorũ cœtus sũt illi, quorũ cogitationes sũt decoræ decentes occasione, qua eis sint parentes, & filij,& vxores decentiũ dispõnũ: hoc est, qui non torqueant eos, neq; ipsos dolere faciãt temporis casus.& vl'ius sũt illi, q bus accidit eufortuniũ his tribus specieb'. nã mala his conuenientia cõstituunt hominem pusillanimem, dolorosum, timentem minimam rerũ. Ac horũ cœtus sũt illi, quibus accidũt & ad-
B ueniũt passiones, quę fortitudinem appropriant, sicut ira,& audacia: hi enim nullũ malum cogitant, quo eos cuncti timent. Et huius speciei etiam sunt viri, quorũ moris est cõmemoratio vitiorum & vilipẽsio. nam hi etiam non dolent, quia nõ putãt φ eis succedat aliquod malũ. & hoc propter suę naturæ defectũ. Viri aũt qui dolẽt, sũt illi, qui sunt medij inter illos qui omnimode cõfidunt fortunæ,& inter illos qui penitus diffidunt ab ea, nam qui sunt duarũ specierũ, quę sunt ſm extrema, non dolent.& viri qui nimis ti-
C ment, nõ dolent propter alios, quia qui terrẽtur pauore, nõ dolent propter alios: cũ ipsi sint impediti propter dolorem eis accidẽtem. Et qui putant aliquẽ, φ sit pauper & vilis, non dolent propter illũ. nam illi cõsiderant illũ dignũ vt ei succedat ipsum malũ: vel non reputant φ successio mali illi sit mala.& ideo sicut dicit Aristo. qui putat φ in mundo non sit alius, iam putat itaq; φ homines simul sint digni ipsius mali. Et vl'ius dolet homo, qñ est hui' dispositionis, quam narrauimus: hoc est, qñ cogitat & imaginatur, φ ei vel suis familiaribus ĩsit aliqua res D contraria harum rerum, quas imaginatur, qui non doleret. Hęc itaq; est summa eorũ, q̃ dicta sunt descriptionis dispositionũ hominũ, qui dolent. Quæ vero sint res dolorem efficientes, notę sunt ex his quę dicta sunt in doloris definitione. nã quęcũq; sunt ex terrẽtibus, hoc est, corpus transmutantibus: & q̃ sunt ex tribulantibus, hoc est, animum variantibus, omnia ea sunt dolorem efficientia: & signantur quæ sunt terribilium, interficientium, & quæ sunt specierum malorum, quæ continet definitio, quando fuerit vehementissimum illorum. Ex E terrentibus aũt conducentiũ ad interitũ, sunt corporis dolores, & perturbatio, & alienatio, & morbi, & indigentia rerũ domesticarũ,& fratrum priuatio, vel illorũ paucitas, quatenus est ex infortunio, est malorum perterrentium dolorẽ facientium. Et ex efficientibus dolorem sunt illæ dispositiones, quæ consuetum est, φ quando insunt hominibus, eis efficiãt dolorem: sicut sunt dispositiones, quę insunt occupatis corruptione,& morbo fixo malitię aspectus,& motus, ac exercitij cessa F tionis. Et ex his, q̃ dolorẽ efficiunt, est, quãdo procedit in malũ ea parte, qua eẽt species adeptionis boni: vel procederet in rem, ad quam plures procedentes inueniunt bonum, illi aũt non inesset aliqua res illius boni omnino: vel φ procedat ad bonũ tempore quo ei deficeret fruitio illius boni. sicut sũt diuitię decrepita ętate. Hæc itaq; est summa rerũ dolorem efficientiũ, pro quibus vere homo doleat: hoc ẽ de alijs, quãdo timet ne eis accidat malum, vel com-

Quę dolorẽ efficiãt

G commiſereatur eorum, quando eis acciderer, & alliceretur pietate pro illis. nã hęc eſt differentia inter dolorem & commiſerationem. Illi sũt affines, & q ſunt hominis familiares: licet nõ ſint ei maxime propinqui: adeo ꝙ malum accidẽs illis ſit malũ accidens illi homini, ſicut sũt pater, & filius. Et hinc fert de quodam viro, qui apud Gręcos erat notus, ꝙ quando viderit ſuum filium paſſum periculum mortis, non fleuiſſet, nec doluit de eo, cùm autem vidiſſet amicum mendicũ, doluit, & contriſtatus eſt. Eſt aũt dolor de H alio, quando timetur caſus mali in illum: commiſeratio vero illius eſt, quando iam ei accidit. nam quãdo eſt timor caſus mali in ipſummet hoĩem, vel in illũ qui ponit quaſi ipſe, tũc illius caſus eẽt impedimentũ, ꝙ illi homini ſucceſſiſſet, vel timeret illius ſucceſſionẽ. Succeſſio vero impedimenti ipſi homini, vel timor ſui ſucceſſus ei, vel illi qui ſit quaſi ipſe, eſt ambiguus de dolore de altero, vel cõmiſeratione illi⁹. & ideo ſępe ſucceſſio impedimentorũ I homini conturbat ipſum magis q̃ dolor alterius, vel illius commiſeratio. & qñ homini ſuccedit aliquod malũ, non dicitur ꝙ ille commiſereatur ſui ipſius, & qñ timet ſuũ caſum, non dicitur ꝙ doleat, ſed ꝙ paueat. Illi vero, qui magis condolent illis, ſunt multitudo hoĩum, qui illis ſunt cõſimiles, hoc eſt, morib⁹ & cogitationibus, & dignitatib⁹, & ꝓ ſapijs: qñ impedimẽta illa eſſent ꝓximi caſus in ipſos. Et vniuerſali⁹, cuiuſcunq; quod timet homo, ſibi ipſi condolet, qñ illud timet alteri. & hoc, qñ imaginaret illos dolores, & mala eſſe ꝓximi caſus. qa mala imaginaria ſunt cauſę doloris, qñ K imaginant hoc modo. Mala vero quorũ caſus imaginatur in pręterito ſm plures annos, homo non dolet ipſa: neq; ipſum terrẽt: qm̃ ipſa non ſunt futura, adeo ꝙ timeamus ſuũ caſum. Nec etiam reminiſcentia eſt eorũ, quę timorem aut dolorem efficiunt Et ſilr ea, quæ ſunt impoſſibilia eſſe, non terrent penitus, neq; homo dolet eis. Et aliquã do hõ cõdoleret viris, qui ſuis vocibus & ſuis ſenſatis diſpõnibus fingunt, ꝙ malũ iam illis perueniſſet, & ꝙ iam propè factũ ſit vt ſuccedat. Nam qua illi, qua hoc imaginant, L cõſtituũt malũ eo modo, quo imaginetur ipſum eſſe propinquũ: & ſtabiliũt ipſum oculatim, vel ꝙ ipſum iam ſucceſſiſſet Nam dolor fit rerũ, q̃ in pręſenti iam acciderant, vel timemus propinquitatem ſui caſus. & notitia ſignorũ & ratiocinationũ, q̃ ſignificant ipſum malum, ſicut sũt ipſę diſpoſitiones, quas diximus eſſe diſpoſitionũ timẽtium. Efficiunt aũt dolorem, qñ ſignificãt hanc diſpoſitionem: hoc eſt ꝙ iam factũ ſit, vel ſua factio ſit prope, & pręcipue qñ putatur, ꝙ hæc, de qui M bus patuit ſignum mali, ſint diruta & eo magis, qñ hęc, de quibus cogitatur ruina, ſunt venerabilia. & fortius qñ ſua deſtructio eſſet tẽpore, quo illis indigerẽt magis, vel de eis ſpes ſit magis poſſibilis: vt ꝙ interficiãtur, vel ꝙ iuuenes pereant. nam omnia hęc efficiunt dolorem plusq̃ alia: hoc eſt interitus virtutũ ad interitũ nobilium, quæ non expediebant huic tpe, quo eis indigeret. quia qñ tales res acciderẽt, vel ſigna & ratiocinationes ſignificãt ſuũ caſum, putaret ꝙ malũ ſit proximũ,

ac ſi

A ac si oculatim videretur. Ac etiã reperiũtur passiones contrariꝯ dolori & tremori, hoc est eos destruentes, quarũ est liuor, qui est illorum, qui bus superuenit indeterminatũ bonũ: quæ superbia vocatur. nam dolor est displicentia mali prouenientis ei, qui indignus est illius. sed hęc passio est mos excellentię, hoc est liuor illius, cui ꝓuenit indeterminatũ bonũ. & hoc quia nimiũ est dolẽdũ illoꝝ qui procedunt ad id aliud, vltra quod dignum est eis, siue bonũ, siue malũ fuerit. Illi aũt, qui in malũ labũtur ex causis certis & mo-

B dis cõsuetis, quibus homo decerneret, & iudicaret illorũ lapsum in illud, iam putát hoĩes, ꝙ digni sint illius. qui vero labũtur in has res modis incertis, expedit, ꝙ sint in medio inter has: hoc est ꝙ non credamus malũ, quod eis successerit fuisse condignum vel indignũ eis: sed expedit ꝙ sua dispositio remittaꝣ ipsi Deo. quia quod iniquum vel malum ꝓuenit homini ex suis notis modis illius cã est iniquitas & malitia, quę insunt illi homini. Illud vero tale, quod ei ꝓuenit, aliter q̃ ex suis modis, nos remittimꝰ ipsi excelso Deo.

IAm itaq; dictum est de locis, ex quibus fiũt enthymemata vera, & enthymemata falsigrapha. Expedit itaq; ꝙ loquamur de contradictionibus seu confutationibus, qui bus refelluntur enthymemata, quibus vtitur auditor. qa illis, de quiC bus præcessit sermo, vtitur initians sermonem seu proponens. Et dicimus ꝙ vniuersaliter confutatio orationis syllogisticæ fiat duobus modis: vel ꝙ homo confutet suam formam, ꝙ declararet, ꝙ non sit cõcludens: vel quando obijceret pręmissis syllogismi, vel ipsi conclusioni. Conclusionis vero cõfutatio fit enthymematibus, q̃ educuntur ex his locis: quia enthymemata exacta sũt ex cogitationibus: ipsis autẽ cogitationibus aduenit ꝙ sint contrariæ de vna re, & cum hoc concludant contraria: hoc est, quòd ex eis D componatur enthymema, quod cõcluderet contraria. & hoc etiã constituit pręmissas famosas in Topica, econtrario illius, quod est dispositio artis Demonstrationis Confutatio vero præmissarum syllogismi est quadruplex, quæ dicta est in Octauo Topicorum: vel confutatio pręmissę, ex qua sequeretur conclusio: aut cõfutatio orationis: vel sit confutatio secundum interrogantem: vel sit propter longitudinem temporis contentionis. Loca autem, ex quibus sumitur hic cõfutatio præmissarũ, sunt quatuor. Aut ex rebus, quę insunt rei, cuius cõfu E tatio intẽditur, & hoc est sicut vniuersale & particulare. Aut ex rebus, quę sunt deforis: hæ aũt sunt duarum specierum: aut ex cõtraria, vel à simili. Et quarta est oppositio, q̃ fit secundum opinionem viri famosi accepti sapientis, quãdo eius opinio esset contraria pręmissę suppositæ. Confutatio quidẽ, quæ fit ex Ex rei substantia. ipsa rei substantia, est, sicut si quispiam supposuerit ꝙ magistratus sit quid bonum, & ꝙ hominẽ esse gerentem magistratum sit bonum. quia illius confutatio vniuersaliter F est, ex quo homo fungẽs magistratu indiget alio: indigentia autẽ est mala: magistratus itaq; est malus. illius aũt confutatio secundum partem est, si dixerit non quilibet magistratus est expediens: & hoc, quia victoria est magistratus, & non est bona. Hæ itaq; sunt duæ species cõfutationis, quæ fiũt ex rebus inexistentibus rei, cuius intenditur confutatio. Exemplum autem confutationis, quę fit ex contrario, est, quã Ex cõtrario. do pręmissa supposita fuerit, ꝙ bonus

G nus vir sit ille, qui benefacit suis fratribus: huic autem obijcitur, q̃n dicit si hoc esset verum, malus esset ille qui malefacit suis fratrib⁹. res autem non est ita. Exemplum autem obiectionis & confutationis à simili est, si supponeretur q̃ aliquis odit illũ, à quo ei successerit malũ. obijcitur autem huic, quando dicitur, q̃ hoc non sit verum: quia quãdo alicui successerit ab aliquo bonũ, non amat ipsum. Modus autem similitudinis huius exempli est s̃m ꝓportionalitatem. & hoc, quia ꝓportio odij ad illum, à quo ꝓuenisset malum, est proportio amicitię ad illũ, à quo prouenisset bonũ, & hoc exẽplum amplexum est obiectionẽ ex duabus partibus, ex parte similis, & ex parte contrarij. & hoc, quia amicitia est cõtraria odij: & malum est contrarium boni. Exemplũ autem obiectionis, quæ fit secundum opinionem iudicis, sæpe reperit̃ in constitutionibus, quibus contrariãtur leges, & magis hæc contrarietas reperitur inter leges vniuersales & ꝓprias. Et intendo per vniuersales ipsas communes omnibus gentibus, & per proprias intendo eas, quæ appropriant singulas gentes. Postquã autem iam stabilitum est quo modo obijciatur præmissis per enthymemata vniuersaliter, dicam⁹ itaq; quo modo obijciemus ipsis enthymematibus, vel alicui specierum enthymematum, quæ fiunt in Rhetorica. Ethymemata autem, vt dictũ est, sunt quatuor. Quoddam eorũ est, quod vocatur necessariũ. quod est enthymema, quod gignitur ex laudatis, seu probabilib⁹ cuiusq; figuræ fuerit: & quod ex his fit in prima figura, vocatur similius, vel verisimile. Et quoddam eorum vocatur demonstratio: quod est enthymema, quod gignitur ex signis in prima figura. talibus autem appropriat̃ nomen demonstrationis, quia ipsa sunt necessaria. Tertia autem species vocatur signum: quod est, quod componitur ex signis in secũda figura. Et quarta species vocatur nota: quod componitur ex signis in tertia figura. Ex quo autem enthymema, quod vocatur necessarium, est quod cõponitur ex laudatis in figuris concludentibus, impossibile est illi obijcere ex parte compositionis syllogismi, sed ex parte suarum præmissarum. Ex quo autem suæ præmissę sunt laudatę, hęc autem species construitur in materijs possibilibus vt plurimum: hoc est, quæ reperiuntur in maiori parte subiecti, sicut est inuẽtio canitiei ipsi homini in ætate senectutis: vel quę reperiuntur in maiori parte tẽporis, sicut est intentio caumatis apud ortum stellæ, quæ est ĩ dorso geminorum, qui vocat̃ Alhabur Canaph: possibile est illum confutare tribus modis. Quorũ vnus est, q̃ illę non sint laudatę. Et secundus est, quia id quod est vt plurimum, nõ est necessarium. id autem, quod non est necessarium, possibile itaq; est q̃ falsificetur. Hæc autem confutatio est falsigrapha: nisi quia fit in hac arte: quia iam putaret audiens, hoc est, iudex q̃ quando præmissa non fuerit necessaria, quòd non sit laudata. & accideret audiẽti altera duarum rerum, aut quòd putet quòd ei non expediat, quòd iudicet de re. si vero iudicaret, hoc esset per statutum proprium in scriptis: immo per vniuersale, quod est illud, quod decernit

Margin notes and letters: A simili. — Ex opinione iudicis. — Enthymematum tres quatuor. — G, H, I, K, L, M

A cernit conuenientius illi occurrenti cõtingenti: quoniam iudex iudicat per alteram harum rerum, aut ꝑ statutum, vel per vniuersale. Tertius autem modus est, ꝙ declaret, ꝙ illud quod sumptum est, qua esset vt plurimum, non fit vt plurimũ: sed fit in paucioribus vel æqualiter, & hoc vel secundum subiectum, aut secundum tempus. exẽpli gratia, quia accusator si diceret iudici, hic interfecit ipsum Zayad, quia ipse permanet habẽs gladium in manu: aduersarius diceret, ꝙ licet hoc sit vt plurimum, non est necessarium. & hoc,
B quia non quicunque reperitur permanẽs cum gladio in eius manu, ẽ homicida. vel diceret ꝙ nõ sit vt plurimum, sed æqualiter: quia ille qui est talis dispositionis, potest esse ꝙ sit homicida. & potest esse ꝙ sit tutator aliorum. Species vero enthymematum, quę componũtur ex signis in tertia figura, confutatur duobus modis. Quorum vnus est, qa illud non sit syllogismus. & hoc, quia cõcludit particularem, non vniuersalem. Et secundus est confutatio conclusionis ad confutandum præmissas: quia præmissæ in hac specie enthymematũ sunt sensatæ: sicut qñ
C dicimus Scribæ sunt praui, quia Zayad est scriba, & Zayad est prauus. quia ad confutationem conclusionis confutantur præmissæ: sed non expedit, ꝙ vtamur in confutatione conclusionis opposito cõtrario, neque indefinito: quia qñ illa fuerit vl̃is, & confutaretur per cõtrarium, esset hæc cõfutatio falsi per falsum, & abloni per ablonum: sicut si confutaretur sermo dicentis, omnis scriba est prauus, per hoc ꝙ nullus scriba sit prauus. Si autem esset indefinite, & confutaretur per indefinitam, esset confutatio veri per verũ: D & laudati seu probabilis per laudatum siue probabile: quia verum est dicere ꝙ scribæ sint praui, & quòd scribæ non sint praui: sicut est falsũ ꝙ omnis scriba sit prauus, & quòd omnis scriba non sit prauus. Sed expedit, ꝙ confutatio sit conclusionis oppositi, quod reperit vt plurimũ: quia quando secundum laudatum seu probabile conclusum fuerit oppositum primi laudati, seu probabilis, & illud esset vt plurimum, primũ laudatũ seu ꝓbabile esset vt in paucioribus. Expedit ergo, ꝙ confutaturus caueat quòd oppositũ, quod E inferret conclusio, quam intendit confutare, vt plurimum, hoc est, quod reperitur in maiori parte subiecti, in maiori parte temporis.

Est autem hic locus cõfutatiuus, quia quando nos verificaremus, ꝙ prædicatum ipsi sit maiori parti subiecti, & non esset hoc secundum cogitationem & imaginationem, hoc esset necessarium: vel illud paucum subiecti, cui non inest, est certũ determinatum. Signum vero, quod est in secunda figura, confutatur ex parte qua non est syllogismus. Signum vero, quod est primę figuræ, F impossibile est ipsum cõfutare, nec ex partę suę figurę, neque ex parte suę materię: & ideo est enthymema constitutiuum necessario. Magnificatio vero rei & eius paruipensio, licet ipsa res, quæ iam sequatur ex vtrisque sit rei deiectio eiusque acquisitio, illę tamen non sunt enthymemata confutantia & constituentia. Et licet magnificatio & paruipẽsio sint de enthymematib⁹: immo si reciperetur res & verificaretur ex ipsa

De magnificatione, & paruipẽsiõe.

G ipsa magnificatione, aut reijciatur & obmittatur ex ipsa paruipensione, non est earum ipsa constitutio, neq; confutatio per se: neq; hęc est ex enthymematum speciebus, sicut locus non est aliqua species enthymematum. Ac etiam non quodcunque, quo fit cōfutatio, est enthymema. Et hoc, quia confutatio est duarum specierum: aut confutatio figuræ syllogismi: vel confutatio enunciationum tributarū syll'o, & hęc ēt est duarum specierū, confutatio ipsiusmet cōclusionis, qñ cōcluditur suū oppositū, vel confutatio pręmissarū concludentium illam. Confu-
H tatio vero enunciationum, siue fuerint conclusiones, vel præmissę: fit enthymematibus, quæ componuntur ex appropriatis huic arti. Constitutiuum autem hic & cōfutatiuum vtitur vno genere ex generibus syllogismi. Confutatio vero figuratū syllogismorum ī hac arte, & in alijs fit per syllogismos dialecticos: hoc est, qui componuntur ex materijs dialecticis quia in quacunque arte sunt duæ spēs syll'i. quidam syllogismus qui componitur ex materijs proprijs illi arti: & quidam syllogis-
I mus, qui componit' ex materijs aliarum artium. & ambæ species fiunt in omni arte. & cōputatio cōnexionis syllogismi in quacunq; arte fuerit, necessario fit per syllogismum certum ex materijs dialecticis, cum syllogismorum verificatio, & ipsorum cōfutatio sit artis Logicæ.

Hic itaq; ad Dei laudē cōpletum est, quod declarauimus ex hoc libro.

AVERROIS PARAPHRASES IN III. LIBRVM Rhetoricorum.

Præfatio Dicendorum in hoc libro. Cap. I.

Es, de quibus expedit Logico loqui in hac arte, quando vult suū sermonem esse artifi- L cioso more, sunt tres res, Quarum vna est enūciatio omnium dispositionum, & rerum, de quibus occurreret ipsa persuasio. Secunda autem est enunciatio dictionum, quibus declarantur ipsę res, & eorum quę secum fiūt, quę suo cursu cursitant. Tertia vero est, quot sint partes orationis Rhetoricæ, & quomodo conueniat esse earum ordinatio, & ex quibus dictionibus, & rebus componatur vnaquęq; illarū partium. Res vero agentes verificationem iā dictæ sunt in duob' præ- M cedentibus libris: & ibi expositū est, quot modis fiant, & propter quam rem fiant: quia iam dictum est ibi, ꝙ sint trium specierum. Prima species est orationum, affectionum, & morum, quibus intenditur conductio iudicū, ipsorumq; præparatio ad receptionem illius, quod intēderet ex verificatione rei de qua esset largitio persuasionis. Secunda autē species est sermonum, quibus intenditur constitutio dignitatis loquētis: vt eius oratio sit magis largiens persuasionem apud iudicem & ad-

A uersarium. Tertia autem species est orationum, quæ primo fiunt in casu persuasionis rei, de qua intenditur inuentio persuasionis. & illę sũt duę species orationum syllogisticarum, quæ fiunt in hac arte, hoc est, enthymemata, & exempla. Nec satis nobis fuit in exactis notificatio specierũ harũ orationũ solũ, sed cũ hoc notificauimus loca, ex quibus extrahũtur hæ orationes: & ꝙ quædam horũ locorũ sint vl'ia, quę côtinent enthymemata, q̃ fiunt in trib⁹ intentionibus intentis à Rhetorica: & quędã sunt particularia, quæ appropriantur singulis illarum inten B tionũ. & ẽ dictũ, ꝙ res particulares, quibus construũtur hæ tres orationes, vel sunt consultiuæ, vel inhibitiuæ, vel iudiciales. Illud aũt, quod reliquũ hic est, est sermo duarũ reliquarũ partium. & hoc, quia non de quibuscunq; rebus contigerit, accidit persuasio, neq; de quibuscunq; attributis, q̃ contigerint quib⁹ fiant illæ res: sed de rebus proprijs & attributis ꝓprijs, & dispõnibus proprijs. Et dictiones ẽt quibus exponuntur illæ res, sunt huius conditionis: hoc est, ꝙ bonum trium illarum fiat ꝓ- C prijs dictionib⁹ sumptis ſm propria attributa singulis intentionibus ex intentionib⁹ orationum rhetoricarum: & illa est, quã vulgus vocat eloquẽtiam. nam hoc nomẽ apud eos absoluitur pro tribus attributis dictionum. Quarũ vna, quę est principalior in hac re, est ꝙ dictiões sint optimæ ad largitionem intellectionis & cognitionis rerum. Secunda aũt, ꝙ sint iocundi auditus. Et tertia, ꝙ largiantur magnificationem, vel paruipensionem. Propter hanc itaq; causam est necessaria Logico speculatio de dictionibus oratorijs: D sed non speculatur de illis attributa propria singulis gentibus, sed ex his speculat' illa attributa, quæ cõia sũt cũctis gẽtibus. & ideo speculatio de illis est pars artis Logicę. Huius vero speculatio in his, quę singulis gẽtibus sunt propria, est conditionis Oratoris cõstituti in singulis gentibus. Necessitas vero sermonis habẽdi de tertia parte, hoc est ꝙ sint partes orationis, quæ nominatur rhetorica, maiores, & minores, & illarũ ordo, & ex quib⁹ componantur, & quo modo componantur, est res E per se nota. Prius autẽ q̃ loquamur de dictionib⁹, expedit ꝙ loquamur de rebus, quæ fiunt cum dictionib⁹ ſm modũ suffragij ad bonũ largitionis intelligentię, & ad casum verificationis, & adeptionem intentionis intentæ quas veterum moris est dicere vultu gestire. & hoc, q̃a quatenus sui moris est inclinare audientes ad porrigendum aures, & ad auscultationẽ, & vultus hilaritatẽ, seu ad comiter se gerendum versus loquentẽ & mentis amplificationẽ ad id, quod constituit, ideo eis accommodatũ est hoc nomen. Hæ autem F res sunt duarum specierum: vel sunt figuræ, aut voces & accentus. Figurarum autem quædam sunt, quæ sunt formæ totius corporis, & quædam sunt, q̃ sunt figuræ partiũ corporis: sicut sũt man⁹, & vultus, & caput: & hę sũt maioris vsus apud orationẽ. Ex figuris aũt vl'iter intenditur altera duarum rerum: vel largitio intellectionis alicuius rei, illiusq; imaginatio faciens occurrere verificationem aut similitudinem alicuius affectus vel alicuius moris. & hoc, vel de loquente: hoc est, ꝙ putetur

G ret de eo ꝙ ipse sit illius affectus vel moris: sicut ꝙ loqueretur rubicundus facie apud timoris affectum, qñ vellet facere intelligere, ꝙ ipse sit timidus, vel grauitate quadam, & animi robore conducens putare ꝙ ipse sit prudens. aut de illo, ad quem fit sermo, quádo vellet illum describere secundum figuram timentis vel prudentis, vel induceret illum affectum, aut illum morem in animũ audiẽtis, adeo ꝙ sit proprius ad hoc, vel secundum omnimodam verificationem occurrentem de illo affectu, vel more, aut circa actum pro-
H uenientem ab illo. Accentus vero fiũt in oratorio sermone multis modis. Quorũ quidã est ad extimationem affectuum vel morum. & hoc etiam fit tribus modis. Quorum vnus est, quando loquens vellet cõducere audientes ad extimandum, ꝙ ipse sit illius affectus vel moris: sicut quádo vellet, ꝙ putaretur de eo pietas, leniret eius vocem: quando autem vellet ꝙ de eo putetur ira, incẽderetur eius furor. & similiter est de moribus. hoc autem ita fuit, quia hæ voces reperiuntur, ꝙ educantur naturaliter ex illis, qui afficiuntur
I talibus affectibus. Secundus autem modus est, quòd eius intẽtio sit promotio audiẽtium his affectibus vel moribus, vel vt eis proueniat verificatio proueniens ex illo affectu, vel more, vel operatio ab illo proueniens. Tertius autem modus est, quando enunciaret aliquam narrationem de aliquibus hominib⁹, describeret illos eo affectu vel more. Et quidam etiam illorum est illarum, quæ fiunt quadam specie metri sermonis oratorij, sicut postea dicemus. Et quidam eorum est, ꝙ fiãt poemata in orationis exordio, & ei⁹ K
conclusione, & locis permanentiæ. Expedit autem quòd scias, quòd nõ indigetur nutu in orationibus scriptis: indigetur autem eo in coram prolatis: & ꝙ Arabum consuetudinis siue vsus sit rarus. Et ideo, vt dixit Abunazar, id, de quo exemplificat Aristot. in pluribus harum rerum, nec est intelligibile apud nos, neque vtile. Hic autem nutus faciei est vtilis pluribus orationibus ordinatis secundum modum contentionis: quia in contentionis loco homo indiget auxilio omnium rerum largientium persuasionem, vt L
succedat superatio. Hi vero actus adiuuant largitionem persuasionis secundum quòd in eis est æqualitatis dictionum, & illarum permutatiõis, sicut postea dicemus hui⁹ causam. & hic actus est quędam species falsigraphi & fallaciæ, quę illius est his duabus artibus: hoc est Poeticæ & Rhetoricæ. ex quo in Oratoria intenditur occursus prędominij cogitatiõis, & in Poetica ipsamet phãtasia. & ideo vtitur figuris, & accentibus ad adeptionem impressionis: qui si fierent in Oratoria, esset exitus a debiti statuto.

De Dictionibus simplicium. M

Cap. 2.

POstquam auté loquuti sumus de consequentib⁹ dictiones, loquemur itaque de dictionibus. Et dicamus quòd sermo de cõditionibus dictionum, quibus fiunt perfectiores ad cognitionem rerũ, & meliores ad largiendum intelligentiã earum, sit necessarius in oratione demonstratiua: tanto fortius in orationibus Rhetoricis & poeticis. & hoc, quia modus vsus illarum in oratione

A oratione demonstratiua est, vt per hunc sit ꝓuentus demŕonis intelligibilior, & facilior, & manifestior: sicut dŕ, ꝙ expediat ꝙ dictiones, q̄bus illa vtitur, sint vniuocę, nō ęquiuocę famosę apud multitudiné, vel apud viros illius artis, in qua fit illa demŕo. & si essent ęquiuocę, ꝙ diuidātur oīa significata, de quibus dŕ illud nomen ęquiuocū: & ferretur demŕo de singulis illorū significatorum per se. Quia aūt dictionū est auxilium ad additioné verificationis prouenietis ex demŕone: & sua vis est sicut est dispō aliarum artiū, quia inest eis auxiliū ad casum veri-B ficationis, quę in illis fit, & si in hoc sint variæ: & illa, q̄ minime indiget hoc, est ars Topica: & post eā est Sophistica: deinde ē Rhetorica: deinde est ars Poetica: nā hæ duæ artes maxime hoc indigēt: & iō expedit his duabus artibus, ꝙ cōpendio amplectantur conditiones, quibus qn̄ vsum fuerit in dictionibus per eas, fiūt orationes rhetoricæ perfectioris imaginationis. nā sicut ſm nut⁹ faciei vtilitas harū duarum artium est hæc vtilitas, sic est dispō dictionū: nisi quia sermo conditionū di-ctionū, quibus fiūt orationes harū C duarū artiū, sunt perfectioris act⁹, & maioris vtilitatis, magis expedit ꝙ ſmo de hoc sit artificialis. Faciei aūt nutus vt plurimū est naturalis. Agunt aūt dictiones & voces hunc actū in his duabus artibus. nā illæ faciunt imaginari de re magnificationé, vel paruipensioné, & vsus aliquam rem additam significato dictionis: sicut est lepos dictionis. nā eius claritas conducit putare claritatem rei: & similiter eius excellentia confert ad putandū rei excellentiā: & ipse lepos similiter facit eas acq̄rere hanc dispōnem. Manifestum autem est, ꝙ hoc sit intentum naturaliter ipsi loquenti ſm modum harū duarum artium. & non intenderet hoc alius loquens ſm modum Geometrię, neq; ſm modū Arithmeticę. Illi autem, qui primo occurrerunt ad descriptioné harum conditionum, dictionum, & vocum in orationibus, sunt ipsi poetę, & hoc, quia hæc res manifestissima est in orationibus poeticis: adeo ꝙ constitutio orationū poeticarū sit prior tempore constitutione orationum rhetoricarum. Postq̄ autē hoc stabilitum est ex necessitate sermonis dictionibus, est, ꝙ approprie Rhetoricam: & quod cōe est illis duabus artibus simul. Et dicimus, ꝙ dictiones incōplexę, siue fuerint entia seu dictiones, hoc est verbū, vel nota connexa, diuidūtur ex parte modorum suarum significationum in octo partes. quædam sunt vsitatæ: & quædam permutatæ: & quędam extraneæ seu inusitatæ: & quædam idiomaticę: & quædam metricæ: & quædā compositæ: & q̄dā deceptorię: & quædā impositæ. Permutatæ quidem sunt famosissimæ illarum: & locutio de illis facit ad ambas artes. Intentio aūt permutationis est, ꝙ significet ipsum intētum aliqua dictio, loco cuius fieret alia dictio. Hæc autem permutatio est duarū specierum. Quarum vna est ꝙ vtatur quis dictione alicuius similis ipsi rei cum dictione ipsiusmet rei: & componatur illi aliquod signum significās in illo idiomate assimilationé. & hæc species permutationis vocatur cōparatio, & est valde propria Poeticę. Secūda autem species

D E F

G assimilationis est, ꝙ loco dictionis ipsius rei afferat dictio ipsius similis. nam dictio secum assimilationis est, ꝙ loco dictionis ipsius rei afferatur dictio ipsius similis, non dictio secum connexi: preter ꝙ secũ feratur dictio ipsiusmet rei, & hæc species vocatur in hac arte ipsa permutatio, quam homines nostrę ętatis vocant accõmodationem & fictioné. vtraq; aũt species ꝑmutationis est simplex, vel composita. Et in vtraq; harum modus connexionis est notus patẽs ab initio rei, vel non est notus. est aũt ignotus ꝑꝑ alterã

H duarũ rerum: vel quia non est notus per se apud omnes, vel apud plures gentes, sicut sunt plures comparationes, quibus vti est moris Arabum: qm̃ verisimile est ꝙ plures earum non sint notæ apud reliquas gentes. Cõpositæ vero sunt propriæ Topicæ: sicut simplices sunt proprię Rhetoricę. & hoc est, sicut fecerat Abunazar Alpharabius in compositis remotæ cõpositionis latẽtis connexionis ĩ suo famoso poemate. & hoc, quia ipse posuit terrę pluuiam loco effusionis sanguinis supra eã, & sanguinis effusionem loco vehe-

I mentis cladis. quia sanguinis effusio fit vehementi clade: & vehemẽtiam cladis posuit loco eximiæ rei. hæc autẽ est maxima permutatio, quæ, vt diximus, conuenit Poeticæ. Vsitatæ vero sunt dictiones, q̃ propriæ sunt viris alicuius idiomatis, & famosæ apud eos illis attributę, significantes res, ꝑꝑ quas impositæ sunt ab initio rei sine medio. Inusitatæ vero sũt dictiones, quę nõ sunt attributæ multitudini hominum, nec illi vtuntur eis, sed apud singulares egregios sunt in vsu. Idiomaticæ vero sunt duarum specierum.

K Quarum vna est, ꝙ homo vtatur ĩ oratione speciei gentis alicuius aliqua dictione, qua non vteretur illa spẽs illius gẽtis, sed bñ vteret̃ ea aliqua alia spẽs illi⁹ gẽtis. Et scd̃a species est, ꝙ vtatur quis in orõne alicuius gentis aliqua dictione, quæ nõ sit virorum sui idiomatis: sed sit alterius idiomatis alterius gentis: sicut in idiomate Arabum reperiuntur plures dictiones ex Persarum dictionibus & dictionibus sibi vicinorum. Hoc autem fit duob⁹ modis.

L Quorũ vnus est, ꝙ afferat illã eandem dictionem, absq; ꝙ permutet suam constructionem & cõpositionem. Secũdus autem modus est, ꝙ eam permutet permutatione, qua eam propinquam reddat constructionibus, quę fiunt in suo idiomate, & per hoc eis facile sit loqui per illas. Metricæ vero & compositę nõ reperiũtur in idiomate Arabico, ac ẽt sunt raro, & extraneæ: sicut dicitur arciseruus vir sagittario seruiẽs: & soliseruus ille, qui proprius seru⁹ solis existit. Deceptorię vero sunt dictiones, quarum pronunciatio est difficilis. Hoc autẽ accidit propter

M plures causas. Aut qa illę literę sint literæ, quarum pronunciatio sit difficilis, & si paucę sint. Aut, quia causa difficultatis earum sit multitudo literarum, ex quibus sunt compositæ. Illæ vero, quarum prõũciatio est difficilis, aut fit ꝑꝑ prolationem illiusmet literę, & si loquatur ꝑ eam per se, sicut sunt plures literę gutturis. vel quia difficultas earum fiat ĩ illarum compositione cum alijs, & hoc propter vicinitatem suæ prolationis. & hęc est causa vehementiæ grauitatis soni in Arabico idiomate.

A te, vel fit propter illarum duplicitatem, sicut quando dicitur sustuli. & nonnunquam huius causa est contrarietas suæ prolationis. Impositæ vero sunt dictiones, quæ nouiter fiunt in idiomate alicuius generis: quas inuenerint quidam viri illius idiomatis ſm modum compositionis, quæ fit suarum literarum. Hæ itaq; sunt species nominum expedientiũ his duabus artibus: hoc est Topica & Rhetorica, quæ sunt illis sicut mã, licet sint magis propriæ Poeticę. & iõ Arist. eas numerauit in lib. Poeticę. Cum autem hoc stabilitum sit, expediens hic declarari
B à nobis de illarum dispositione est, qua harum specierum vtatur hæc ars, & qua non vtatur. & qñ vtitur aliqua specie, quo mõ vtatur illa, & ſm quam mensuram finiatur suus vsus: & vbi vtať illa, qua vtitur. & vľius apprime considerabimus expositionẽ eorũ, quæ Aristo. dixit de hoc breui⁹, q̃ nobis possibile erit & perfectius. Et dicimus ꝙ ipse ait, ꝙ dignitas Rhetoricæ orationis vel Poeticæ, & suum bonũ fiat permutatione. Et intendo hic per permutationem vsum septẽ specierum no-
C minum & dictionum, exceptis vsitatis: quia in vnaquaq; earum pręter hanc spẽm est permutatio quædam. Dignitas autẽ orationis, quæ fit in duabus his artibus, est ſm permutationẽ: quia oratio est litera significans intentionẽ, q̃ penitus non scitur, vel non scitur sciã perfecta. Oratio aũt est huius dispositionis, qñ facit acquirere de re, quã significat, aliquã intẽtionem, q̃ nondum fuisset apud audientẽ: vel si fuerit, non esset ſm perfectionẽ. hæc autẽ est dispositio orationis, quę fit ex di-

D ctionibus permutatis: quia oratio cõposita ex dictionibus vsitatis non facit acquirere aliquam intentionẽ additam illi, quę fuerit apud audiẽtem, sed facit hanc acquirere, quando est permutata per assimilationẽ quam largiuntur dictiones permutatæ. Hæc aũt res inuenitur in oratione duabus conditionibus. Quarum vna est, ꝙ dictiones permutatę non sint ex numero dictionum attributarũ hominibus, quæ non faciunt assimilari rei aliquã intentionem additam illi, quæ fuerat apud audientẽ: vel cum fuerit pauca assi- E
milatio, & cõparauerint rei aliquẽ defectum: vel sua compositio esset corrupta compositio. Secunda autẽ conditio est, quòd non transeat terminum mensuræ, qui expedit secũdũm rem, cuius largienda est persuasio. hoc autem fit, vel quãdo nõ comparatur ei aliqua res excellentior, quàm ferret res, cuius declaratio intenditur: vel permutatio in ea sit non manifesti nexus. Quando autem oratio Rhetorica vel Poetica complectitur cum permutatione has duas conditiones, fit perfecti actus. & hęc est eius dignitas. & illa F
est oratio, quæ vocatur ornata eloquentia. Testãtur autẽ inesse hunc actum orationi permutatæ poetici sermones: quia ipsi placent qua eis insunt cõparatio & metrum. ambo autem illa sunt permutatio quędã. Dictiones vero accommodatæ constituunt orationem veridicam, & non assimilant ei aliquid additũ. & ideo illę conuenientiores sunt demonstrationi q̃ alijs artibus: sed qñ eis vtuntur hæ artes, expedit ꝙ sua compositio sit cõpositio cõformis cõpositioni rerum in aĩa, hoc est cõ-

G positioni, quæ fit de eis ſm naturalem vſum. Et vl'ius expedit ꝙ ex cõditionibus compoſitionis inſint eis illæ conditiones, quę poſtea dicentur. & quando fuerint hmõi, erunt (vt ait Aristo.) diſpoſitionis nobilis nõ reijciendę. Hęc itaq; vniuerſalius eſt differentia vſus nominum conſuetorum & permutatorum in orõne rhetorica & poetica. Dictiones vero permutatæ largiuntur de re aliquam rem additam occaſione diſſuetudinis earum. quia ſicut accidit ciuibus ꝙ admirentur exteros eis aduenietes, & inclinant ſuos ani

H mos ad illos: ſic eſt diſpoſitio dictionum extranearum apud venientes ad porrigendum aures ad audiendum. Expedit autẽ illi, qui volet bonificare orationem ĩ his duabus artibus, ꝙ eã ſtabiliat extraneam. Dictiones autem permutatæ ſuperant ſe inuicem ſm magis & minus ĩ eo ꝙ aſſimilatur vni & eidem rei magnificatione & paruipenſione, ſm exceſſum earũ ad inuicem ĩ extraneitate. Ars autẽ Poetica ex his vtit illis, quæ sũt maioris ſimilitudinis. Rhetorica vero ars vtitur ex his eo, quod eſt paucũ, & ſm menſuram

I huic conuenietem. Hæc autem eſt mẽſura, quæ facit acquirere perſuaſionem rei, de qua eſt ſermo: qm̃ hæc quoq; variatur in arte Rhetoricę ſm varietatem illius, de quo eſt ſermo. Exempli cã quod narratum eſt de quodam certo rege, qui quando ĩtroduxiſſet ſuum pedem intra limina templi, vidit quendã virum qui præceſſerat ipſum in ingrediendo: cum ille iam promulgaſſet edictum, ꝙ nemo plebeius ingrederetur ante eum. Dixitq; illi, Nõne audiſti promulgatum edictum? At ille ait: audiui. & dixit: nonne cognoſcis? at ille, noui te. at ille dixit, quonam pacto præpoſuiſti te mihi? cui rñdit ille vir: quonam modo non præponam me tibi, fuiſtin tu in tuarum rerum initio, niſi gutta fœtens? an eris in vltimo niſi cadauer putridum? & infra hæc tempora tu es ferens priuationem aptus ad inferos. cum autẽ illius. ſ. regis animus paruifactus ſit hac oratione, ſubripuit ſe ab illo. erat autẽ illius vti ſecum aliquibus permutationibus, q̃ minus permutaſſent q̃ hæ. vt quando dixiſſet illi, es ne tu maior q̃ rex K

regum: vel es ne tu magis hõ, q̃ ipſi homines: vel es ne tu magis Dei ſeruus q̃ alij eius ſerui. nã hæc ſuperãt ſe inuicẽ in paruipenſione: niſi qa ille non euaſiſſet pœnã, niſi tali paruifactiõe, qua vs⁹ fuerat cũ illo, qm̃ illa ẽ orõ paruifaciẽs, & ďprimẽs exceſſiue. Et aliqñ oratores in famoſitate ſuarũ orationum vtuntur permutationibus poeticis, hoc eſt, remotis. & ille, qui non habet euidentiam dñiæ inter permutationẽ poeticam & oratoriam, putat ꝙ opus illud proueniens ab illa permutatione ſit opus orationũ rhetoricarum, L

cũm res nõ ita ſit. Huius autẽ exemplum eſt, ſimilitudo illius, qui permiſceret ſcamoniã ſyropo roſaceo: & qñ ille ſyropus ſolueret ventrem, putaretur ꝙ ſolutio illa ſit opus ſyropi roſacei ab illo, qui nõ haberet penes ſe notitiam virtutis ipſius roſæ. Et ſimiliter poeta etiam aliquãdo conſtruit ex dictionibus conſuetis ſolitis orationem metricã, & putaretur ꝙ eſſet poetica cum non ſit poetica. Cum autem declaratũ ſit, ꝙ dignitatis rhetoricę orationis ſit, ꝙ vtatur permutatione, & vniuerſalius M

A salius est declaratum, qua mensura
expediat vti illa : expedit itaque, ꝙ
loquamur de mensura, qua vtendũ
est singulis septẽ speciebus dictio-
num simplicium: hoc est, illarum,
quę sunt vltra vsitatas : quia ꝑmu-
tatio dr̃ de illis cõiter, & proprie. Di
camus itaq; ꝙ expediat oratori ꝙ
raro vtat̃ idiomaticis & cõpositis :
& qñ eis vtitur, nõ vtatur secũ his,
quæ assimilãtur rei dispositione val
de excessiua : sicut sunt nomina ex-
tranea ex idiomate alterius gentis,
vel nominibus cõpositis significan-
tibus res, quę assimilare facerẽt rei,
quàm per illas ipsam significarent
B aliquam rem additam, & valde ex-
cedentem id, qđ decerneret ars Rhe
toricę : & pręcipue in orationibus,
quibus intenderet persuasionẽ cun-
ctorum. & quia tales orationes, ex-
pedit ꝙ componantur ex vsitatis &
non æquiuocis dictionibus, quę vo
cãtur vsitatę . & ex permutatis illis,
quæ sunt proximæ permutationi,
e conuerso dispositionis poeticæ: &
ecõuerso ẽt dispositionis orationũ,
quibus intenditur persuasio egre-
giorum virorum. nam magis con-
uenit, ꝙ in his sit extraneitas, & in
C illis nomen æquiuocum est magis
proprium q̃ nomen vsitatum, & ꝑ-
cipue in oratione poetica . quia illi
conuenit aggregare extraneas vn-
diq; & in summo, sicut ẽ de dictio-
nibus summe permutatis, & dictio-
nibus summę extraneis & æquiuo
cis. Equiuocę autem magis propriæ
sunt Sophistis q̃ alijs artibus. Ora-
tor autẽ vtitur illis ea mensura, qua
vtitur Sophista in hac arte, sicut ꝑ-
missum est. Nomina vero synony-
ma valde conuenientiora sunt arti
Poeticę, & congruunt ẽt arti Rheto
ricæ . Poeta autem vtitur hac specie D
ꝑꝑ quasdam causas: quarum magis
propria apud ipsum est illorũ vsus
ad metri, & versus verificationem.
Orator autem vtitur illis ꝑꝑ euiden
tiam . & aliqñ vtitur eis secundum
modum Sophistę, & cõplementi, &
absconsionis multiplicationis rei il
larum multiplicatione apud diui-
sionẽ. Poeta vero expedit, ꝙ ex eis
vtatur illis, quæ largiuntur rei ali-
quam rem additam illi, quam facit
assimilare aliud nomen: sicut quan
do dicimus merum, & vinum, & ne
ctar . nã oĩa hæc nomina, licet sint E
synonyma, tamen faciunt assimila-
re res diuersas. Aliqñ autem orator
vtitur synonymis, qñ vellet replica-
re vnam eandem rem ad ipsam ob-
seruandam & roborandã: quia con
uenientius est illud, q̃ replicatio rei
per vnam dictionẽ . Quæ vero sint
permutationes iocundę, nobiles, cõ
uenientes huic arti, quibus est vten
dũ, & quę sint frigidiusculę, quibus
non est vtendum: expedit ꝙ præpo-
namus notitiæ illius, qđ hinc sequi
tur notitiã specierum permutatio-
nis & suarum partiũ: licet hoc pro-
prium sit libro Poeticę. quia permu F
tationis vtilitas expedit ꝙ in amba-
bus artibus sit pauca s̃m proportio
nem vtilitatis metri in vtraq; earũ:
& ideo magis propria est Poeticæ,
cum metrum sit magis propriũ illi,
Hæc vero ars vtitur permutatione
ea mẽsura, qua vtit̃ metro: hęc autẽ
est parua res . Permutatio aũt vl̃iter
largitur ei bonã intelligentiã, admi
rationẽ, & oblectamẽtũ. Et permu-
tationes sunt duarũ spẽrum, permu
tatio, & exẽplificatio . Et exemplifi-
catio est duarũ specierũ, Vel relati-
ua, aut reliquorũ pręducamentorũ,

G sicut alibi dictum est. Permutatio aũt est, vel permutatio à simili, aut permutatio à consequenti. Consequẽs aũt est tripliciter, vel præcedẽs rem, vel cõiũctum ei, vel posterius ipsa. pręcedens autem est duarũ specierum, vel causa rei, vel vl̃e ipsius rei. coniunctum aũt vel est tempus rei, aut eius locus, vel suæ species distinctæ, vel eius quatuor opposita, hoc est cõtraria, & affirmatio & negatio, & habitus & priuatio, & duo correlatiua. Res aũt, quę sunt cũ aliqua re per accñs, & posterius, sunt passiões rei, & ptes rei: & vnaquæq; harum est simplex, vel composita.

H Composita aũt est, ꝙ permutet rem cũ aliqua re, & loco illius rei permutet suum simile: postea vero loco illius similis sumat cõsequẽs illud simile: deinde sumat loco illius cõsequẽtis accñs illius cõsequentis. constitutio aũt talis speciei pmutationis esset profunda. Iam aũt in pmissis dictum est, qualis sit modus cõpositionis huius permutationis.

De præceptis oratorijs in vsu permutatatarum dictionum. Cap. 3.

I POstquam autem hoc stabilitũ est: initiemus pręcepta, q̃ Arist. vult ꝙ expediat oratori vti in transmutatione & pmutatione. Et dicamus ꝙ Arist. ait, ꝙ expediat oratori vti transmutatione & permutatione, q̃ sint proportionabiles consimiles illi, de quo eẽt oratio. & intẽdit per consimilẽ, ꝙ ipsa eadem res possit trãsmutari cõtrarijs transmutationibus. proportionabilis autẽ est, cuius dispõ cõuenit dispositioni, de qua est persuasio. Exẽpli cã, quia qui vellet magnificare rẽ illi⁹, qui furatus fuerat, per consimilẽ diceret, ꝙ ille militatus esset. qui autẽ vellet illum vilipendere, diceret, ꝙ subripuisset. Pręterea nõ euadit orator, quando tulisset consimile proportionabile, quin cõsimilitudo illius, de quo est oratio, sit patens, & persuasisset latiõe solius proportionalis: vel consimilitudo non esset patẽs, & secum annecteretur ipsum cõtrarium. & hoc, quando duceret contrarium illius proportionalis & contrarium rei, loco cuius sumeretur ipsum proportionale: quia contrariorum consimilia sunt contraria. v. g. in sensibilibus. quia qđ putat decrepitus vir, aliud est, q̃ quod putaret ipse iuuenis. & silr̃ conuenit ꝙ sit res in dictionibus. K L

Hæc itaque præcepta sunt duo. quorum vnum est, ꝙ fiat simile patens: & alterum ꝙ fiat non manifestum, quãdo secum annecteretur suum contrarium: quia illud faceret ipsum acqrere manifestationẽ, & euidentiam. Permutationes autẽ proportionales expedit ꝙ sint ad id quod est intra ipsum genus, nõ ad res exeũtes à genere, de quo est oratio. qñ autem orator vellet ornare orationem constituere permutationes ad præstantissimum in genere illo. Exempli gratia. quia petitio & supplicatio ingrediuntur sub vno genere, quæ est ipsa ĩterrogatio: supplicatio autem est vilior petitione, quia supplicatio est illius, qui est inferior, petitio autem ęqualis. Quãdo autem vellemus ornare supplicationem, diceremus eã petitionem. & quando vellemus deturpare ipsã petitionem, eam vocaremus supplicationem. Et similiter qñ vellemus magnificare vnam eandẽ rem, nominaremus illam quã maximam ĩ M

illo

A illo genere. si autem illam vellem⁹ paruifacere, appellaremus eam quã minimam. Exempli gratia. quia quando vellemus magnificare dispositionem illius, qui furatus esset, diceremus ꝙ ille militatus esset. si autem illam vellemus paruifacere, diceremus ꝙ ille commisisset dolũ. & hoc, quia omnes hi actus ingrediuntur sub ablatione opum, præter opinionem dominorum illarũ opum. & quando vellet, ꝙ ipsa permutatio largiretur intelligentiam huius rei, expediret quòd ferret res, quæ sunt vnæ secundũ speciem. & B hoc in rebus, quibus non sunt nomina imposita. quia illę, q̃bus sunt nomina, sicut nomina illarũ, sufficit earum dignotio. Et permutatio, quæ est huius dispõnis, constituit orationem verificatam, & sua assimilatio est pauca. Et aliquando expedientius locis est, ꝙ in permutatione fiat aliquis nutus, & figura. Et nominis lepos fit, quando illud cõduceret per dictionem non abhorrendam, neq; extraneam. & hoc fit, qñ non exprimeretur nomẽ rei sibi proprium. & hoc est, quod vocatur agnomen: quia expositio ꝑ no- C mina rerum vt plurimum dispõnis est res abhorrenda. Hoc aũt fit pluribus modis. Quorũ vnus est, ꝙ ducatur in medium per dictionẽ vl'iorem re, vel propriorem. Secundus aũt est, qñ res, quam exponeret, esset turpis: & constitueret sermonẽ de illa per dictionem ęquiuocam illi rei turpi, & alij rei, q̃ non esset turpis. & illa est, quam Arist. vocat locutionẽ, ingeniumq;. Tertius autẽ est, ꝙ constituatur sermo de illa per signum sibi proprium, secum conuertibile fm prædicationẽ. Et hęc permutatio stabiliret rem expositã, D ac si esset circa rem. raro autem fit talis permutatio. & hic est econuerso rei primi modi. & hoc, quia quasi non inueniretur aliqua res, cui sit nomen proprium, nisi iam declarata esset per dictionem vl'em. Signorum vero inuentio est rara: sed qñ inueniuntur, suus vsus est famosus, & sunt affinis significatiõis rei. Et quartus modus est, ꝙ appellet rẽ suo contrario, vel per magis & minus. & hoc est sic, si excitaret ad minus per magis, vel ad magis per minus. exempli gratia, ꝙ laudaret hominem corã aliquo qui esset ꝑstantioris dignitatis eo: & per hoc testa- E retur excessui suę dignitatis. Et aliqñ laus cuiusdam viri esset nutus vituperatiõis turpitudinis alterius viri: & econtra. & hoc, qñ notum esset ex dispositione illorum duorum virorũ, ꝙ ipsi sint distincti fm mores, & regimen, & genealogias, & reliquas res, quæ studiosum disponunt. sicut si quispiam intendens publice vituperare suum socium, diceret: sum ne ego adulter? an mea mater sit meretrix? Et aliquãdo fit insinuatio vituperij per quasi simile huius loci. Sed quando fit exposi- F tio huius rei turpis, vsus similis remoti, hic est conuenientior q̃ propinqui. quia eadem res permutaretur varijs permutationib⁹, & variaretur illa res per pulchrum & turpe fm varietatem rerum, in quas cecidit permutatio, hoc est ipsarũ consimiliũ. Exempli causa, qñ aliquis describeret quãdam mulierem manu coloratam muliebri fuco, qui alhanna dicitur Arabice: & diceretur de ea ꝙ ipsa sit extremitatibus rubea pro decore: & silr quãdo dice

G remus vueam extremis, ac etiã dicemus vinosam extremis, quod est vilius illo. & turpi⁹ q̃ hoc, esset ꝙ diceremus sanguinolentã digitis: qa dicere digitis sanguinolentã eẽt ꝓpinquius turpitudini, q̃ sit laudi. & iõ variatur assimilatio pp varietatẽ rerũ quibus cecidit permutatio decoris & excellentię. Res aũt sunt cõsimiles ſm reliquã triũ rerum, vel ſm consimilitudinẽ respectus morũ, vel coloris: aut quia suæ spẽs vel sua genera sint vna: aut qa suę operationes sint vnę. Ex quo autẽ orationes rhetoricę & poeticæ sunt de-
H scriptiones rerũ inuentarũ immo fictarũ, quas poeta vel orator vt in lib. Alcalile & Dhamane finxisset, licet fictio ꝓprior sit Poeticę quàm Oratoriæ. & ideo modi fictionis distincti sunt in lib Poeticæ. Expedit itaque etiam ꝙ scias, ꝙ cuidam permutationi speciei fictionis aduenit decus & turpitudo, sicut aduenit permutationi, quę fit de rebus inuẽtis. & aliqñ hoc aduenit ẽt vni eidẽ rei. exempli gratia, qđ retulit Arist. de quodam viro illorũ veterum, q dixerat narrans in suo lib. ꝙ quidã
I mulus gratulabatur ꝙ ipse eẽt equi propago: qñ ipse ẽt esset propago ipsius asini. & dicit ꝙ qñ dixit mulum eẽ equi propaginẽ, erat illi magnificentia: & qñ dr̃ de eo propago asini, est ei vilipensio. Et quędã permutationũ est, quæ largitur rei excessium paruipensionis & magnificationis, quę appropriatę sũt Poeticæ. Expedit autẽ, ꝙ in Rhetorica fiat magnificatio & paruipensio ex intẽtione: sicut qui diceret ex Abraham Abraim Arabicæ: Latinæ vero Abramulũ, & ex Amnon Amnonulum, & ex Bagar Bagarulũ. Constitutio vero præter locum constitu- K tionis, vel positio enthymematum, quę significarẽt stabilitatẽ in alio à suo loco, est ẽt q̃dã species malæ ꝑmutationis. Frigidiuscula vero nomina, q̃ expediret oratori ꝙ ipsa aufugeret, sunt quatuor specierum, & sunt ex numero nominũ. quorũ significati ĩtellectio esset difficilis, vel assimilarenť ſm quandã dispositionem attributis additis, eo quod opportunũ est ex eis. Et vna quidẽ specierum nominũ frigidorũ est, ꝙ ex spẽbus nominũ cõpositorũ vtamur illa, quę est rei ſm aliquã dispositionẽ non famosam, & difficile esset il- L lã constare, aut putaretur de ea aliqđ accidẽs remotũ. talia aũt nomina non reperiunť in idiomate Arabico. Secunda autẽ species est vsus idiomatum. hęc aũt est duobus modis. Quorũ vnus est, ꝙ vteremur illis in oratione alicuius gentis, quæ essent præter suum idioma, sed ſm idioma alterius gentis alienæ illi. Et sedus est, ꝙ vtantur in oratione illius gẽtis noĩbus alienis excessiuę extraneitatis, q̃ reperiuntur in suo idiomate. Tertia aũt spẽs est, ꝙ vtereť ex nominibus impositis, q̃ eẽnt translata illis, q̃ nõ assimilantur si- M gnis rei, ad quã essent trãslata propter ęquiuocationẽ, quę in illis est, & propter vniuersalitatem ad multitudinem, quæ sub illis ingrederetur: vel propterea ꝙ illud, quod ei assimilaretur, esset accidens remotum: vel ꝙ aliqñ ei assimilaretur, quando non reperiretur illa res, qa oĩa hæc sunt nomina frigida. Exẽplum aũt nominis ęquiuoci translati est, quòd lac vocaretur ipsum album: quia album dicitur de rebus multis albis: & eẽt difficilis in-

A telligentiæ illius, quod per hoc intẽderetur: & sit est res cui transfertur nomen sui generis. Et Aristo. refert quẽdam antiquum, qui vtitur talibus nominibus frigidis, & vocabat sudorem humorem nomine sui generis: & voluptatem vocabat tractũ in contrarium animæ: & animæ diligentiam vocat inuidiam. Illud vero, quod assimilatur aliquo tempore præter tempus rei, est, sicut significaret actum futurum, vel illud cui⁹ esse esset præter tempus, quod significatur per sermonem significantem tempus. his autem speciebus non expedit vti in Rhetorica. sed fiunt in B Poetica: hoc est, quę faciunt animã imaginari aliquod accidens remotum. Nomina autẽ trãslata in principio suę rei sunt extranea, & tunc sunt propria Poeticę. quando autem protraheremus tempus in eis, fiunt diuulgata, & conueniunt Rhetoricę. Si autem augeatur sua famositas, numerantur inter dictiones vsitatas, quibus vl'ius expedit, ꝙ vtatur hæc ars in altero duorum locorum: vel quando non reperiretur rei, de qua ẽ sermo, aliquod nomẽ, & trãsferretur ei aliud nomen, licet nõ intenderetur in eo, ꝙ longis temporũ C curriculis vsitetur: vel quando intẽderetur, ꝙ eo nomine illa res vocãda sit in futuro tempore secundum modum constitutionis statutę ipsis hominibus. Illa autem, quibus vtendum est hic, sunt ea, quę facisr largiũtur rei intelligentiam, & per ea imaginetur aliquod attributum secundum mensuram, secũdum quã ea indigetur in hac arte; non illis, q̃ sunt profundi sensus: quia non est vtendum sensus profunditate cum illo, cui homo intendit aperire mentem suam: sed vtendum est illa cum D illo, cui vellet altã reddere rem: neque etiam illis, quibus esset assimilare secundum dispositionem rei excellentioris q̃ illa, de qua intẽditur. Nomina autem composita sunt ꝓpria speciebus poematum prolixorum, quæ consequuntur multitudinem literarum, ex quibus composita fuerũt. Et inusitata sunt propria poematũ, quæ dicuntur de eximijs rebus, quibus quispiam præualeret cum cõfidentia & cautela, quia nomina inusitata largiũtur rei magnificentiam & exaltationẽ. Nomina vero permutata ĩter species poema- E tum conueniunt poematibus, quibus intenditur oblectamentum, & bonum largitionis intelligẽtię. hoc autẽ dicetur in arte Poetica. Quarta vero species frigidarum dictionũ fit permutationibus, quæ non sunt decoræ. Hoc autem accidit illis pluribus modis: vel ꝙ sint ex rebus remotis, aut ex rebus propinquis: vel ex rebus patentibus, aut ex rebus latentibus: vel ex rebus quæ facerent imaginari de re excessiuam additionem, aut excessiuam minutionem: aut ex rebus vilibus: vel ꝙ cõponerẽtur plures harum specierum. nec F sunt difficilia illi, qui meminit orationum & poematum exempla harum specierum. Et comparatio est quędam species permutationum. & hoc, quia quædam permutatio est, quæ fit exemplum, & simile. Dña autem, quæ est inter ea, est, quia in permutatione stabilitur exemplũ loco illius cuius est exẽplum: in cõparatione vero fertur cum notis assimilationis. exemplũ autem vl'r est fictum, vel ens. Permutatio autem exemplaris expedit ꝙ semper sit ꝓpor-

De noĩb⁹ trãslatis.

De noĩb⁹ q̃bus fit imaginatum.

G portionalis rei, quę fit loco eius, & præcipue qñ permutatio fit per res diuersas. Sicut Arist. ꝙ poetæ sui tẽporis vocabant Iouem crateram ferentem, & Martem scutiferum. & hoc, quia ex quo credebant ꝙ Iupiter sit planeta comitatus amicitiæ, & vnionis & triumphi, & societatis & pietatis. homines autem quãdo sunt huius dispositionis, habent crateras in suis manibus: ideo accommodauerunt illud nomẽ proportionale credulitati, qua de illo crediderant hanc credulitatem. Et ex quo Mars apud eos fuit planeta bellorũ
H & odiorum & cõtentionum: homines autem in bello habent suis manibus scuta & arcus: ideo illi accommodauerunt hoc nomen. ambæ ergo hæ permutationes sunt proportionales, sed sunt ex rebus remotis. Aristo. autem ait ꝙ permutationes decoræ exẽplares sint ex rebus, quæ vni⁹ sunt speciei. & hoc, ꝙ homo cõparetur homini ei proportionali, sicut ꝙ pulcher assimilet̃ ipsi Ioseph. Si autem non fuerint vnæ secundũ speciem, essent vnæ secundũ genus proximum: sicut, quando comparamus
I mus decoram mulierem ipsi ceruę. & si hoc non esset possibile, fieret secundum genus remotum: sicut quãdo dicunt de decora muliere, ꝙ sit clara sicut Sol. Permutatio vero, q̃ fit ex rebus, quæ non ascendunt in vnum genus, & si sit remotum, illa est vilior. Hæc itaque est summa illorum, quæ dicta sunt de simplicibus dictionibus, quibus vti expedit oratori. Infra autem ipse meminerit quarundam rerum de quibusdã attributis dictionum simplicium & compositarum præter eas, quæ exactæ sunt. & hoc, quia attributa dictionum, quorum mentio facta est K sunt eis attributa, qua largiũtur exẽplum. Attributa vero, quorũ postea mentionem faciet, sunt attributa, q̃ quando annectuntur dictionibus, sunt perfectioris significationis, & manifestioris vtilitatis & intelligentiæ: vel attributa, quę sunt pter hęc, & consulet de remotione illorũ, & vsu horum. Primũ autem, quo indiget orator, est ꝙ sit peritus in idiomate virorum, quorum idiomate orat: & ꝙ sit suo ore tritum, adeo ꝙ eius oro sit ẜm omnia eius dicta prę stantiori modo, quo currit consuetudo virorum illius idiomatis. L

De Oratorijs obseruationibus.
Cap. 4.

PRima autem rerum, quas oportet obseruare, vt oratio sit perfectioris significatiõis & rei adeptionis, est constitutio literarum coniũgentium in loco orationum, vbi expedit ꝙ sint. Coniunctiones autem vr̃ sunt literæ, quibus coniungitur oratio, & copulantur suæ partes sibi inuicem. Iam autem Abunazar numerauit suas species alibi. Quarum quędam sunt, quarum semita est ꝙ M stabiliãtur in initio orationis, sicut sunt coniunctiones, quæ inserũt affirmationem cuiusdam rei de aliqua re. sicut sunt literæ conditionis & pos̃itatis: & sicut sunt literę largiẽtes intelligẽtiam, & decisionem. Et quędam earum sunt, quarũ moris est, ꝙ stabiliantur in medio orõnis: sicut vau, & phe. i, &, vel, & dictio hodh Arabice, i. vlterius. Et quædam earum sunt, quarum moris est ꝙ stabiliantur in vltimo orationis: & sunt literæ occasionis & causæ: sicut est, si diceres honoraui Socratẽ propter

B sint propiores veritati q̃ errori. Fit aũt op⁹ oratoris efficax ſm permutationẽ dictionũ, vbi faciei nutus & significatorũ insinuatio magis expedit q̃ alibi. Hoc aũt fit in orationibus cõcionũ & magnæ reipublicę: quia in talibus orationibus non requiritur verificatio, sicut requirit̃ circa priuatũ iudiciũ. Orationũ vero ciuiliũ, hoc est scripturũ, quædã sunt historicæ, quędã sunt, q̃ scribũtur circa contentiones, q̃ fiunt corã iudicibus. & illę sunt, quę apud nos vocant̃ statuta, & libri canonũ. Historijs vero propria est bona lectio: hoc est, ipsas legere sit facile bonũ.

C Illas vero, q̃ fiũt circa lites, oportet, ꝙ sint sine permutatione & remota varietate, q̃ cõstituerẽt ipsam locutionẽ profundę intelligentię vel perturbatę, nisi contineant rẽ existimabilẽ alicuius moris, vel pacti, vel cõnexionis legis. quia tunc expediret ꝙ ornaretur locutio, & eleuetur, & fucetur: sicut sunt libri canonũ, qui apud nos dicuntur libri emptionis. Scriptæ vero circa lites, expedit ꝙ sint verificatę, & remotę ab his, q̃ ipsas constituerent abominabiles, vel viles. quia libri canonum sunt nobiliores q̃ historiæ: ac ipsę sunt decore extimandę. si autẽ in eis esset plura latentia, non essent verificatiuæ. & iõ oportet ꝙ nõ fiant breues omnimoda breuitate, quia essent ignotæ: & ꝙ sint mediæ, quia medium semp decẽs proportionale. Ac expedit ẽt, ꝙ non sint vacuæ ab vsu versus, neq; à permutatione, sed vtantur ex his eo, qđ ꝓpinquũ fit famositati & verificationi magis q̃ extraneitati & ignorantię: & persuasiuæ, quę in illis sunt, cõponuntur ex rebus honestis laudabilibus, q̃ prædictæ sunt. De dictionib⁹ vero oratorijs, & rebus iam diximus, quod satis est, quæ est res vniuersalis cũctis partibus orationum. reliquæ vero sunt partes orationis, suusq; ordo. E

De partibus orationum, & suo ordine, & primo de Exordio. Cap. 7.

PArtes aũt orationũ rhetoricarũ necessarię sunt duæ: quarũ vna est ipsa intentio seu argumentum, qđ est res, q̃ intend̃ per locutionẽ, qa necesse ẽ ꝙ cognoscat̃ res, de qua est orõ, & sciat̃ res, versus quã vertit̃ cõfirmatio vel inhibitio. Altera autẽ est ipsa verificatio: & est orõ confirmãs vel inhibens. Pars vero, q̃ vocatur narratio, quæ occurrit in orationibus, est propria sermoni contentioso. In sermone vero inhibitiuo & consultiuo non fit narratio. F quoniam narratio fit in illo, quo refellitur aduersarius, non in sermone extrinseco: hoc est, qui vertitur circa audientes. Opportunitas vero partis illius, q̃ vocatur exordium, & partis q̃ vocatur cõclusio, ẽ magna in parte cõsultiua. quia illa stabilitur loco cõparationis rei de qua habetur sermo, & circa quem primo intenditur, & vltimo profertur: &

per

G per illũ prouenit intentũ, de quo fit sermo optimo ꝓuentu. Est aũt idigẽtia hui⁹ rei in hoc genere sermonis ad cõparandum inter rõnes cõfirmãtes & cõfutãtes ipsum. ac ẽt, vt nõ perdat̃ res ꝑ multitudinẽ repetitionis orõnis, eiusq; cõnexionis. Alĩ qñ aũt hõ indiget exordio ĩ sermone cõtẽtioso, qñ esset connexus, timens ne in ipso argueretur intẽtio. qñ vero sermo fieret breuis, non indigeret̃ illo & silr̃ nõ indigeret̃ illo in cõsultiuis paucis, vl̃ parũ illi⁹ sufficeret in illis. Qñ aũt res harũ partium fuerit sicut narrauimus, par-
H tes itaq; necessariẹ sunt duẹ: intẽtio intenta seu argumentũ: & verificatio, & quicquid est, quo cõfutat̃ aduersarius est ex verificatione. Et cõclusio ẽt sẹpius fit in orõnibus: qa ipsa est pars ipsius verificatiõis qua fit cõmemoratio rei, de qua est sermo vl̃r, & ad rem de qua dr̃: nõ vt ꝑ illã cõfirmet̃ vel dicat̃ oratio, sed fm modũ cõmemorationis illi⁹, qđ pmissum, & dictũ ẽ. Qñ aũt imaginati fuerimus, vl̃r partes orõnis rhetoricæ essent quinq;, q̃ sunt nar-
I ratio, sequens narrationẽ: q̃ est ipsa concl'o, cuius reminiscit̃ in verificatione & argumento. & est narratio ꝓcedens narrationẽ, q̃ est descriptio intẽtionis prẹcedẽs intẽtionẽ. & descriptio verificationis ꝓcedens verificationẽ & est oratio cõfirmatiua, vel ĩhibitiua. Sed expedit ꝙ his quoque rebus qñ differunt imponãtur nomina, sicut faciũt artifices: hoc ẽ, ꝙ prima pars vocet̃ exordiũ, & secũda argumentũ, & tertia narratio, & quarta verificatio seu probatio, & quinta cõcl'o. Exordiũ aũt ẽ initiũ sermonis, & est ex quo ordit̃ sermo: cuius proportio ad ipsum sermonẽ est proportio initiorũ rei ad ipsam K rẽ, sicut sunt incunabula psalmorũ ad ipsos psalmos, & quæ his similia sunt. quia exordia sunt initia rerũ, q̃ eis succedũt, & directiones ad ea, q̃ post ipsa successiue veniũt. Et incunabula psalmorum similia sunt exordio sermonis inhibitiui: quia sicut tubis psallentes, qñ volũt psalmum ornare, primo sonant quodã iucũdo psalmo, deinde in vltimo recolligũt & cõcludũt ipsum psalmũ, sic expedit ꝙ faciat sermocinans constitutiuo & inhibitiuo sermone: hoc est, ꝙ quando velit fucare suã orationẽ, declaret de quo sit lo- L quuturus: deĩde successiue ꝓcedat per reliqua sua verba, & colligat & cõiungat. & sic inuenimus ꝙ faciũt oẽs oratores simul. Demr̃o aũt inessendi hãc rẽ ipsi exordio: hoc est, ꝙ ipsum sumat intentionẽ seu argumentum de quo est oratio, & magnificat illũ, ad quẽ est sermo. Et q̃ eorũ, quæ famosa sunt, sint fucãtia sermonẽ. & hoc, qa qñ orator hoc faceret, non esset ei pose declinare dextrorsum & sinistrorsum ab intẽto, cuius meminisset, & proueniret eius sermo totus ẹqualis. Et silr̃ aliqñ vtitur exordio ipse sermo delibe M ratiu⁹ ex laude vel vituperio. Et silr̃ exordia, q̃ sunt cõsultiuarũ, sunt ẽt pars ipsarũ consultiuarũ: sicut quãdo hõ vellet intueri hominũ honores, incipere, & dicere, ꝙ expediens sit honorare bonos. qñ autẽ vellet speculari vituperationẽ viliũ hominũ, inciperet promulgãs, & dicẽs, ꝙ nõ expediat laudari hoĩes, qui penitus nõ sunt efficaces. quia nõ educitur ab eis aliqua res bona, quare de eis appareat aliqđ bonũ, & aliqua virtus. Et silr̃ in cõtentiosis fiũt exordia

A ordia illius speciei sermonis, q̃ incli nare faceret aurẽ audientiũ, nõ aduersarij. Indiget aũt hõ exordijs, qñ sermo est mult⁹. vel quia res de qua est sermo sit mirãda: vel quia sit difficilis. vel ꝑp cautelã à peccato aliquo, qđ in illa esset. sicut est sermo, qui fit ad gratificationẽ indultus. & hoc, sicut cẽt sermo dicẽtis in initio oratiõis indultus nũc relinquit͛, qđ fuerat, & oĩa fiunt cassa. Et vl͛ius sermonũ exordia vel fiunt in cõstitutiua, & fiũt itaq; ex laude & vitupio: vel ĩ cõsultiua, & ex obmissione & nõ obmissione: vel in cõtentiosa, & B fiũt itaq; ex accusatiõe, ad quam audiẽs porrigeret aures. Expedit autẽ, ꝙ exordia sermonũ siut insolita vel solita. vbi intẽditur, vt puto, ꝙ illud de quo ordit͛ oratio, sit exemplũ notę cõueniẽtię rei, de qua est sermo: vel exemplũ famosum, sicut ordiũtur oratiões, quibus dat͛ consiliũ sumendo fm cõparationẽ sumptionẽ rei cõfidenter & solerter decẽti cõsideratione. Et exordia expedit ẽt, ꝙ fiant in sermone cõtẽtioso, quia in eis reperit͛ opus, qđ agerent exordia historiarũ, & poematũ Nã exordiũ vl͛iter est quędã innuitio sermonis intenti, qua intendit͛ ꝙ audiẽtes ꝑ-C cognoscãt de quo loquuturus ẽ sermocinans, & ꝙ nõ suspendat͛ cogitatio tpe locutionis in cognoscẽdo rẽ de qua loquat͛: sicut accidit ei locutione confusa indeterminata, q̃ fert͛. & ideo sermo, qui est talis denominationis, hoc est, cui non est initium, non significat illud, sicut sermo qui succedit suis initijs, hñs innuitionẽ cõstructã de eo. Nec agunt hoc solũ oratores, sed ẽt ipsi poetę, & qui vtunt͛ laudatione, & qui sunt aliarum specierum poetarum.

Opus aũt propriũ exordiorũ, qđ D eis inest necessario, & est eorũ finis & perfectio, est ꝙ innuat rẽ, de qua est loquendũ, quæcũq; fuerit, adeo ꝙ sit audiẽtibus quędã notitia de illa re. Qñ aũt res ita fuerit, id, de quo est paucus sermo, nõ indiget exordio. Aliqñ aũt præponunt͛ sermoni de aliqua re quidã modi ĩgeniorũ, quos diximus in pręmissis, qui sunt proprij nõ vl͛es. Illorũ aũt modi ingeniorũ, quidã sunt qui sumunt͛ ex ipso loquẽte, & quidã ex audiente, & quidã ex re de qua sit sermo, & quidã ex aduersario. Illi quidẽ, qui fiunt ex loquẽte & eius aduersario, E in accusatione quidẽ est laus & magnificatio sui ipsius, & depressio sui aduersarij. Loquens aũt & rñdẽs in exordio sermonis talis dispositiõis nõ sunt vnũ. nam rñdẽti expedit ꝙ incipiat rñdere per abnegationẽ accusatori. accusatori vero expedit ꝙ incipiat in initio locutiõis ab accusatione: q͛a iã accusator impediuit rñdentẽ ab innuitione in initio sui sermonis de ipsa intẽtione: & ideo nõ indiget exordio locutionis. Et vl͛ius expediens rñdenti est, ꝙ festinet auferre à se accusationem, & re- F moueat oĩa impediẽtia, & nõ negligat hoc, & illas res, q̃ sunt astutię, & directiones suorũ iudicũ postponãtur vsque ad vltimũ suorũ verborũ. Accusatoris vero querela expedit, ꝙ fiat in sermonis initio: hoc est vsus exordij, vt audientes magis reminiscant͛ ipsius rei. Ingenia vero, ex quibus debet incipere ex his, q̃ sunt versus audientẽ, sunt inductio miserationis eius, & sui amicitię, & irę ĩ suũ aduersariũ: & hoc cõstituat ei, ꝙ sit inter eos affinitas, vel ꝙ inter eos sit depẽdẽtia alicuius habitudinis, vel econtra.

G ecōtra. Et hoc, qa nō cōfert vbique constitō affinitatis, & cōitatis genealogię. imo aliqn̄ hīc fieret drisio & dlusio sicut si hoc argumētaret, qn̄ esset ignotū, quod argumētaret. Id aūt. qd largiret directionem audiētiū, est illorum societas, & suus luxus. Et hoc, qa societas, & luxus sūt ex his, de quibus recipitur vtilitas apud oēm nobilē virum & diuinū principem. Expedit autem illi, qui vellet cōstituere, ꝙ sit bonus & laudandus, ꝙ intendat corā illis, inter quos & ipsum est affinitas, vel consanguinitas. Et sic coram homini-
H bus, apud quos ipse esset acceptus, vel visu iucundus. Si autem ipse nō sit apud illos vllus horum, expedit ne se impediat in rebus, quæ exterius sunt. Et si sit rn̄dens, cōstituat, ꝙ res, de qua ille cōquestus esset de illo, sit vtilis non noxia. Si autem sit accusās, declaret ꝙ sit noxia & abominanda excessiue. Omnes aūt hæ res sunt extra rē, de qua fit sermo, q̄ oēs vertunt versus audientes: hoc est extrinsecæ astutiæ, & exordia & ideo qn̄ oportet loquētem vti exordio ad sermonem, expedit ꝙ exor-
I dium sit fm mensuram sermonis: qm̄ exordium debet esse sermonis, sicut caput est corporis. Oratorū vero constitutio consanguinitatis est cōis cūctis partibus oratorij sermonis. Hoc aūt fit, qn̄cunq; audientes norunt ipsam consanguinitatē, & non dubitant de ea. Ea autē, ex quibus expedit ꝙ sit opus ad vilipēsionē, est, ꝙ vtatur exordio per res difficiles ipsis animis auditu abhorrendas: & eo magis, qn̄ audientes experirentur, vel meminissent illius, qd hmōi esset, sicut est sermo dicentis: En referā vobis quandā historiam, qualem nunquā audiuistis ita ex- K
traneā, vel excessiuā vltra modum. Et huius spēi, cuius meminit, fiunt plura initia poematum Arabū, suarumq; orationū. Illę vero harum rerum, quæ fiunt versus audiētes sunt notę. & illę quę fiunt versus rē ipsā, est manifestū patens ex his reb⁹. Illi aūt, qui frequentāt exordia & astutias versus audientē agerēt hoc, qn̄ ad eos verteret sermo, & minueretur psuasio, aut pp eorū ignorātiā, vel pp eorū defectū virtutis, vel pp ambas res simul. & ideo mali, de q̄bus extimat malitia, agunt hoc: qa semp sua directio & series rerum, de L
quibus loquuntur, deuiant à recto. Et hinc est ꝙ serui non loquant de aliqua re, quā interrogantur: sed loquunt de rebus, q̄ sunt extra rē, quā īterrogant. Vnde vero cōtingat animorū audiētiū attractio, & eorum societas, vel fiat astutia ad suorum animorū attractionē, & suæ societatis acqsitionē de his & alijs affectibus cōferētibus audientib⁹, & quo mō fiat huius operis bonum, iā declaratū est hoc in secūdo lib. huius libri. Oportet aūt hoiem in rebus, quibus aliquis laudat, procurare vt M
audiens cōprehendat rē illam, quā intendit cōstituere, & obiter ipsam facere suæ cogitationi. & cum hoc expedit ꝙ laudet hoīem, vel in sua pręsentia, hoc est in sua ciuitate, vel corā suo genere, vel coram his, qui ei sunt connexi: quia illi magis festinarent ad suscipiendum suā laudem. quia sicut Socr. ait, nō est difficile Athenienses laudare corā Athenienssib⁹: sed difficile esset eos laudare corā Lucanis, hoc ē suis inimicis.

De exordijs cōsultiuis.

Sermo autem cōsultiuus similis est sermoni contentioso: qm̄ vt plurimum

A rimũ hõ nõ indiget in eo sermonis exordijs, & vsu exordiorum: qñ audiẽtes nouerant iã rẽ, de qua est sermo, nisi indigeret sermonis exordio pp se ipsum, vel propter considerantes ipsum sermonem, qñ noscerent rẽ, de qua fit sermo: nisi p suã imaginationem vellet, ꝙ res inde proueniens nõ sit ei propria: neq; minor vniuersalior & prestantior, vel ꝙ sit huius contrarium, hoc est, vilis & parua. Id autem, quo necessario indigetur in lite, est oratio cõstitutionis accusationis, & inductio ratio-
B cinationis ad illam, ac eius paruificatio & magnificatio. Expedit autem, ꝙ speculemur res, quæ in orationibus rhetoricis ponũtur ad modum ornamenti & fuci. & hoc sicut fit in rebus fictis, de quibus putatur ꝙ sint cuiusdam dispositionis, cum non sint ita s̃m veritatem. Hoc autẽ fit in laude: & fit similiter in defensione ab accusatione. ad accusationẽ autem aduenit persuasio, qñ hõ cõstitueret de illis, de quibus cõqueritur malã opinionem vel malum regimẽ. Ille aũt, in quem est accusatio, oportet ꝙ constituat ꝙ non sit differentia, siue induxeris illã ac-
C cusationẽ, siue non conduxeris illã. & hic est vnus locorum, quibus respondere habet ille, in quem est accusatio. Et qñ non concederent ꝙ res fuerit vtriusq; aduersarij simul, tunc esset lis inter eos: vel ꝙ res non fuerit, vel ꝙ ipsa fuerit, sed non noxia neq; iniqua: vel ꝙ opus nõ fuerit s̃m hanc dispositionẽ, quam dixerat accusans: vel ꝙ non fuerit illius mensuræ, quam prędixerat: vel ꝙ nõ sit vehemens, vel ꝙ nõ sit turpe, aut ꝙ eius nõ sit culpa Circa hæc itaq;, & consimilia fit lis, & contentio inter litigantes & contendentes. D
& ex his locis fit defensio. Primo ꝙ concedat ꝙ nocuerit: sed nõ intenderit illud, neq; vacaret ad illud, sed intenderat pulchrum, vel vtile, non aliud. Alter vero locus est, ꝙ concedat, ꝙ nocuerit: sed vi nõ mente stabili, & electione, & sponte. Alius autem locus est: ꝙ ĩueniat, ꝙ accusans iã ante meminerit turpitudinis accusationis hominis non extimandi, vel ꝙ ille esset notorius in accusatione, & reminiscẽtia turpitudinis. Et vniuersalior hic locus est, ꝙ respondens declaret ꝙ non sit confidendũ in accusatore, & ꝙ illius sermo de E
eo non sit verus. Alius autẽ locus ẽ, qui sumitur ex ratiocinatione varietatis interioris ab exteriori propter aliquam virtutẽ, quam conduceret per actum exteriorem, qui fit ꝙ ratiocinetur, ꝙ in illo actu nõ conueniret interius cum exteriori: & ꝙ ipse vacabat alicui virtuti, quam hoc conduceret. sicut ꝙ mendacio iuratus esset, & ratiocinaretur ꝙ in hoc suum exterius nõ conueniebat suo interiori: & ꝙ per hoc ipse vacabat superiori intentioni. Quintus autẽ locus est, ꝙ ratiocinetur ꝙ illi⁹ operis sit aliqđ intentum vel iudicium, F
vł aliquid aliud q̃ putauerit accusator. & hoc, qñ đscriberet, quo pacto contigerit ille actus. Alius autem locus est, ꝙ pudeat eum rei, quam dixerat accusator: qui fit quòd parum laudet, & multum vituperet. quoniam accusatio, quando continget, non est vacua ab angustijs, vel referat multas virtutes de illo, postea vero ipsum vituperet ex parte suorum vitiorum.

Et sic agunt viri superantes, & malarum cogitationum & versuti: nam

Quę ponãtur in orationibus ad modũ ornamẽti & fuci.

G nã illi intenderent nocere bonis viris, qñ eos denominant ꝯm ambas res simul: hoc est, ꝯm bonũ & secundũ malũ: quia posse est ꝙ malũ contingat ex bonis viris. Si aũt solo malo eis denominarent: hoc non putaretur de illis. Locus ãt sumptus ex eo ꝙ hõ vacet operi, est cõis illi quẽ pudet, & illi qui defendit simul. qa contingit ꝙ vna res fiat varia propter causas, & ille quẽ pudet, poneret suã mentẽ ad malũ, ille aũt, qui defenditur, stabilit suã mentem ad bonũ. Narratio vero est partis inhibitionis. Et expediẽs est, cũ narratio

De Narratione.

H sit verificatio q̃dã, ad quam homines cõuerterentur ꝑꝑ velocẽ sui casum, ante verificationem perfectã, ꝙ nõ ducat ꝯm ordinẽ & cõpositionẽ, q̃ fit in orationib⁹ verificatiuis, sed duceretur simplex sine ordine. Expedit aũt ꝙ declaremus esse operũ, ex quibus fiũt significationes rerũ, de quibus intendit constitutio. Horũ aũt operũ, quędã sunt, q̃ constituant ꝑ res extrinsecas: & quædã sunt via artificiali: & q̃dã sunt, quæ oratione constituant. Quia aũt cõstitutiões differũt, q̃dã eaꝝ sunt im-

I plicitæ, procedentes per implicitatẽ rei ꝯm plures gradus, q insunt laudato, vel ꝙ res q̃ ei insit, sit quidã illorũ, vel ꝙ q̃ ei insit sit quidã numerus illorũ, vel ꝙ q̃ ei insit sit oĩs res illorũ: ideo decet ꝙ narratio harum rerũ non fiat ꝯm ordinẽ: qm̃ constitutio, q̃ fit ꝯm ordinẽ, ẽ difficilis cõseruationis memoratu: sed expedit ꝙ harũ narratio fiat absq; vl̃i ordine. Quãdo vero fit ex quodã attributo, fit separata ꝯm vnum gradum: sicut ꝙ sit fortis, vel sapiens, vel expertus scriba. constitutio itaq; taliũ est simplex. Prima vero erat implicita & nõ simplex, ac si diceretur ꝙ narratio laudis simplex nõ differt ĩ cõstitutione ꝯm priuationẽ cõpositionis & ordinis: sed differt ꝑ hanc in constitutione cõpositę, cũ narrationis moris sit ꝙ proueniat simplex non cõposita: hoc est, ꝙ sit significatio simplex breuis ñ cõposita neq; ordinata: siue constitutio sit ex his, q̃ indigent cõpositione & ordine, siue non indigeat. Nec conuenit tradere rõnẽ de rebus notis. Et iõ ĩ laude plurium hominum nõ indigetur K

narratiõe: & illi sunt viri, quorũ excellentia est cõiter nota. Id autem, qđ ignotum esset apud audientes, esset suarum dignitatum distinctio. qm̃ narratio cõfirmaret de eis rem certã. in talibus aũt nõ oportet impediri per actionẽ narrationis vl̃is ante constitutionẽ distinctiuã. vt si quidã vir vellet laudare Abubechir & Socratẽ, non indigeret ad eos laudandũ, declarare ꝙ ipsi sint excellẽtes, antequã incipiat cõstituere suas dignitates distincte: nisi iudex & audiẽs essent ignari ipsius laudati, hoc est, extranei: qa talibus indigeretur L

vsu narrationis. Qm̃ aũt laus est q̃dã res constructa ex dignitatis excessu, expedit ꝙ laus fiat de reb⁹ exterioribus, q̃ nõ sunt arbitrariæ ꝯm modũ verificationis, q̃ accidit per operationes: quia laus fit per operationes: vsus aũt rerum, q̃ exterius sunt, fiũt ꝯm modũ remotũ ad laudem prouenientẽ per operationes. sicut esset sermo dicentis post cõstitutionẽ dignitatum ꝙ iure sit talis: quia expedit ꝙ ex bonis proueniant bona: & ꝙ q tali educatione sit educatus, ille sit talis dispõnis. Aliqñ autẽ aliquis hõ laudat, & si nulla eius operatio referat. & hoc, qñ iã intel- M

lectus

A lectus esset casus verificationis, q͏ ille eēt felix, vel hilaris, vel studiosus. Hęc aūt laus p operationes fit, vt p illas sumat͏ indiciū ad dignitatē. & dignitatis laus est, vt p eā sumatur indiciū ad felicitatē, & gaudiū: quia proportio operationū ad dignitatē est proportio dignitatis ad felicitatē. aliqñ aūt sunt quędā loca cōmunia laudi & consilio simul: & cōuertunt͏ ad alterā duarū specierū pauca varietate, q̄ fit in eis. & hoc, quia id, qđ expedit hoīem facer͏, ē id quo est laudādus, qñ illud operat͏: & qui nouerit qđ ē dignū fieri, nouerit qđ
B sit id, qđ dignum sit, vt eo laudetur. Qñ aūt hoc ita fuerit, ille haberet vim ad ambas operationes simul, hoc est ad laudē & consiliū. Et hoc, quia res, qñ conducit͏ fm modū cōsilij & solicitationis, qñ pauca mutatione variat͏ & cōmutat͏, redditur laus. exempli cā, qñ quispiā diceret q͏ nō expediat q͏ laudetur: quia res nobiles excellētes sint illæ, ad quas hō peruenit p felix sidus & eufortuniū: sed q͏ res excellētes sint, q̄ proueniunt diligentia & solertia & bono iudicio, quia qñ dr͏ sic, fit oratio consultiua. Qñ aūt permutatur, &
C dr͏ q͏ talis peruenisset ad res excellētes sua diligētia & eius solertia, non sua fortuna, esset laus, & res, qua fit consiliū in his reb⁹, est qua fit laus. & aliqñ oratio est cōposita ex laude & cōsilio. Et hoc, qñ orator permutat͏ ab vna illarū duarū ī alterutrā, vt si diceret͏, Tu peruenisti ad res excellentes tua solertia & solicitudine: nō es tibi auxiliatus his q̄ eufortunio & felici sidere fiunt. Et expedit, q͏ narratio sit facilis non longa, sed sit mō quo illico concipiat͏ fm significatū, quo intendit͏ q͏ cōcipiatur: & hoc vel fallacia orationis, vel
D submisse aut mediocriter: sicut cōuenit singulis locis. & silr expedit q͏ exordiū sermonis nō cōstituatur lōgū, nec in eo referant͏ verificatiōes, quia si ita fieret, sermo non esset ornatus: & silr oportet ēt, q͏ nō sit breue: sed sit ęquali mō directū. & hoc, qñ, in eo referretur res, ad cuius innuitionem illud fuerat cōstitutum ex damno vel iniquitate, vel alijs, ex q̄bus fit oratio. Præterea orator aduertat q͏ sermo sit fm modū illarū rerū, de quibus est sermo, & fm suā mensurā non differens ab illis, neq; maior neq; minor eis. Et ex cōferē-
E tibus homini in narratione sūt orationes, q̄ significant suā dignitatē: vt suus sermo magis largiatur p̄suasionē, & q͏ ex his vtatur ea, cuius casus sit iocundior iudicibus. Rñdens vero expedit, q͏ minuat narrationē, qñ lis esset q͏ res, quā argumētatur p̄ponens, nō cōtigerit vel nō fuisset noxia, vel nō fuisset in ea iniquitas, qñ nō esset fm dispōnē cui⁹ meminerat. & hoc, quia nō conuenit rñdenti, q͏ contendat cū suo aduersario circa id, qđ in ipsum argumētatus eēt: nisi sit in illo ei vtilitas q̄dā. & hoc, sicut q͏ cōcederet q͏ ipse ege-
F rit illud, sed q͏ opus nō sit iniquum, verūtñ expedit rñdēti q͏ neget opera, quę qñ non essent acta, nō annecteret͏ ei pœna, vel esset cā, vel expediret ad indultū. Et expedit, q͏ narratio sit cōsueta: hoc est vsitata nota, nō negata. & hoc fit, qñ proponens permisceret secū orationes, q̄ promouerēt hominē ad bonū morē, & solicitāt ipsum ad bonū opus, q̄ sunt orationes morales. Fiunt autē orationes morales ex rebus volūtarijs practicis, nō ex reb⁹ theoricis:

De quātitate narrationis.

G q̄a mores sunt principia operũ, quę sunt versus finẽ aliquem, nõ principia opinionum. & ideo non vtimur orationib⁹ moralibus in rebus mathematicis, neque his hmõi quibus vtunt̃ Socratici. Orationes aũt morales sunt, q̃ cõponuntur ex annexis moribus, hoc est, quæ qñ sunt, reperiuntur illi mores. & iõ aliqñ contendẽs vtitur talib⁹ ad significandũ morem sui aduersarij: vt si diceret ꝙ ille sit præceps & instabilis: cuius signum est, quia ipse loquitur ambulans: quia hoc significat motus velocitatem, & parum mentis ma-
H turitatẽ, quod est contrariũ orationis dicẽtis: Talis certe loquitur cõsiderate & arbitrio: quia semp ꝑeligit prętantius, vel apud virum prudẽtẽ, aut apud virũ bonũ. & hoc, q̄a prudẽs eligit vtile, & bon⁹ eligit honestũ. Qñ aũt nõ occurrit verificatio rei, expedit inducere cãm inferẽtẽ illã rẽ. vt qñ dr̃, talis est sicut talis, q̃ diligebat suos fratres plusq̃ amabat eius virũ suosq; filios: quia posset acquirere tales, quales sunt hi, si deficerent: sed fratres non acquirũtur, si deficiãt. Expedit aũt si sermocinans vtatur nutib⁹ faciei, & indu-
I cat ad verificationẽ ea quæ deforis sunt, ꝙ constituat̃, & dicat̃ ei, ꝙ hoc sit opus eius, cui nõ cõueniat s̃mo: & opus illi⁹, q ẽ magis bestia, q̃ sint bestiæ nãliter. Et expedit, ꝙ narrans ꝑmisceat suis narrationib⁹ aliquas oratiões affectuũ, q̃ essent cõsequentes & cõueniẽtes: & illę sunt, q̃ cõponunt̃ ex rebus, q̃ eis insunt, vel sibi annexis: quia hæ res sunt apud eos notę vsitatę, hoc est, ꝙ hæ res sint, q̃ inferãt amicitiã & cõmiserationẽ illi cui ĩsunt. sicut si diceret̃, ꝙ hic sit ipsemet intellectus, & res addita ipsi intellectui. & sicut diceretur de ali- K quo, ꝙ in quocũq; imponit ei⁹ manus, sit excellẽs, hoc est, ꝑut puto ex aptitudine rerũ ad ipsam, & eã esse promptã ad illas. & hoc sępe reperitur in poematibus Homeri, hoc est, tales orationes afficientes, q̃ inferũt rei extraneitatẽ & ei⁹ admirationẽ; qđ frequẽter inuenit̃ in poematib⁹ Arabũ, & suis orationib⁹. Et aliqñ ẽ aliqua operationũ, q̃ infert affectũ, & illę sunt operationes, q̃ ꝑueniũt ex aliqbus hoĩbus, q sunt s̃m dispositiones inferentes inclinationẽ ad eas, sicut agunt qui amouẽt lachry- L mas, in eorũ oculis suis manibus: quia hoĩes cõmiserant̃ illorũ, q apparẽt talis dispõnis, & inclinant̃ ad illos. Et ideo cõtẽdens, qñ est huius dispõnis, fallit iudicẽ. Et iã contẽdẽs significaret receptionẽ vtilitatis per hunc affectũ, quia hęc dispositio adiuuat eũ cũ delicto qđ ille confitet̃, tanto magis, qñ illud negaret. Sæpe aũt sermocinans indiget onere vsus narrationis illi⁹, qđ futurũ est, & aliqñ non indiget hoc. Sermo vero cõsultiuus nõ continet aliquã narrationẽ omnino: quia nõ cõuenit narratio illi, qđ futurũ est: sed narratio est illius, qđ iam fuit vel est ꝑsens: M sed reminiscuntur rerũ præteritarũ in consilio s̃m modum dem̃onis: hoc est, ꝙ p eas declaremus esse rerũ futurarũ. & ideo quanto magis cõsulens cognoscit res ꝑteritas occurrentes, tanto dignior est ad bonum consiliũ illius, qđ posterius erit. Dispõ vero laudis & vituperij est econuerso huius: hoc est, ꝙ in eis reminiscitur rerum præteritarum & pręsentium s̃m modũ narrationis. in consilio autem nõ est narratio, nisi orator ex consilio transferretur in laudem.

Sermonẽ cõsultiuũ ñ cõtinere aliquã narrationem.

A dem. qñ autem res, quam enunciat fuerit ex his, quæ non verificantur suo casu, ei expedit ꝙ inducat cām rei, cuius casum enunciat: deinde postea loqueretur de cōsequentibus illum casum. Verificationes vero expedit ꝙ sint orationes constitutiuę: quia constitutio est res propria verificationibus ſm omnes species sermonis oratorij. Res aūt, quibus fit contentio in lite, quarū oporteat inducere verificationem, sunt quorundam modorū. Quorum vnus est, ꝙ loquatur nō pſentialiter, & hoc est, qñ nō comparet aduersarius eo existente: hoc est, ꝙ eū oppugnet. & iō qđ expedit accusatori est, ꝙ inducat ad esse illius rei demſonem, hoc est exemplum. Secundus aūt modus ē, ꝙ res sit noxia vel innocens, & hoc qñ aduersarius confiteretur, ꝙ illa iam fuerit, sed abnegaret illā esse noxiam. Tertius est, ꝙ illa sit iusta vel iniusta. & hoc, qñ cōfiteretur ꝙ fit, & ꝙ noceat, & abneget ipsam esse iniquitatis. Quartus aūt est, ꝙ contendens confiteat̃ ꝙ illa sit noxia & iniusta, sed argumentet̃, ꝙ contēdēs fuisset ei cā quatenus pręcesserit sua iniquitas, sicut qui confiteret̃ ꝙ ipse iratus esset in aliquē virū, sed rñderet ꝙ ipse hoc egisset pp irā pceden tē ab illo in eū, ipse aūt hoc fecit, vt vindicaret̃ ab illo. hoc aūt quasi redit ad rōcinationem ipsius iustitiæ. Quando autem contendens confiteretur ꝙ illatum sit ei damnū; sed ꝙ eius aduersarius fuisset causa illius; manifestum est, ꝙ tūc lis esset, an ei⁹ aduersarius fuisset causa necne. & qñ lis fieret in illo, an liceat illi, q affectus ē iniuria, ꝙ ipse afficiat iniuria ſm eā mensurā, qua ipse est iniuria affectus, absq; ꝙ offerat hoc iudici: sicut est disceptatio de hoc apud iudices gentiū Maurorū. Talis autem lis cōfert accusatori, & nocet respondenti: hoc est, quando respondens confessus est, ꝙ ipse esset iniurius: & ratiocinatus esset, ꝙ illius causa esset eius aduersari⁹. Alij vero modi & præcipue ꝙ res nō fuerit, magis conferunt respondenti q̃ accusanti: in inhibitiuis vero plurimum vtilitatis recipitur de illis, & vsu similis, & oratione comparatiua: hoc est, ad declarationem ipsius esse illarū operationum. quando vero illæ operationes sunt pulchræ, vel vtiles, sumptio significationis ad hoc est ex ipsismet rebus. & saltem sumitur ratio ad hoc per exemplum, quod Aristot. vocat demonstrationem huius artis. vt plurimum autem indigent vti exemplo, qñ res essent non verificatę ſm esse, vel ibi esset causa impediēs verificationem sui esse. In oratiōe vero consultiua fit constitutio; sed declaratur ꝙ res non erit, vel ꝙ erit in futuro, vel ꝙ si illa fuisset non esset iuris, vel non esset ex illis, ex quibus non sumeretur vtilitas, vel quòd nō sit digna vt sit talis dispositionis. Et expedit considerare mendacium loquentis in consultiuis, & illius vsus rerum quæ sunt extra res, magis quàm sunt reliquarum specierum. Signis autem, licet sint falsa secundum partem, vt dictum est, ipsis vtitur hæc pars Rhetoricæ, sicut eis vtuntur reliquæ partes. Exempla autem sunt magis propria consiliorum, & priora in illis. Enthymemata vero sunt magis propria contentioni. nā consiliū fit p rem optatā. & ideo oportet ꝙ ad illā inducat̃ demonstratio ex his, quæ iā fuerūt.

De verificatione.

B E C F D

G illud autem est exẽplũ Lis vero fit, ꝙ res sit ens. & iõ constitutio in ea fit ex rebus necessarijs, q̃ inserũt il-lã rẽ. quia illi⁹ quod iã fuit connexũ est necessariũ ſm esse: hoc ẽ, ens in actu, nõ possibile esse. Rerũ vero futurarũ connexa sunt possibilia esse. & ideo exẽpla sunt in eis magis propria q̃ enthymemata. Non expedit aũt ĩducere ꝑmissas enthymematũ, ſm ordinem artificialẽ, sed expedit eas ad seinuicẽ permiscere, & si nõ, tunc impedirent se inuicẽ. Ea autẽ introducere ſm ordinẽ artificialẽ, qui est ordo, qui putatur ꝙ sit syllogisticus: hoc est, plusq̃ alia. sicq; nõ
H conuenit, ꝙ hoc fiat in oĩbus enthymematibus, sicut faciebãt quidam viri Philosophi. Qñ aũt velles facere orationẽ afficientẽ, non facias ex ea enthymemata. qa si ita faceres, vel propelleres ipsum affectũ, quẽ facere intẽderas, vel enthymema esset frustra: qa tu poneres ꝑtẽ offendentẽ alterã partẽ qñ aũt aggregarẽtur simul, vna earũ corrũperet alteram, vel ipsam remitteret. & silr̃ ẽt, qñ introduceres sermonẽ moralem non cõuenit ꝙ ĩtroducas enthyme-
I ma & cõstitutionem cum illo: quoniã nõ est constitutionis, ꝙ afficiat audiẽtẽ in rei initio, sicut ipsum afficerent orationes morales, sed expedit ꝙ in orationib⁹ moralibus fiant oratiões essentiales, & in narratiõe orationes verificatiuę. Exemplum aũt orationũ moraliũ est sermo dicentis, tu cognoscis hos, & nõ cõuenit ꝙ eos iustifices, seu liberes. Exẽplũ aũt afficientium est sermo dicẽtis, hi sunt iniuriati, & non sunt angustiãdi. Verificatiuę vero fiũt, qua hoc ẽ iuris, & hoc vtile. vt plurimũ autẽ consiliũ est debilius q̃ lis: quia consiliũ est futuri, & lis pręteriti. il- K
lud aũt, quod est pręteritũ, est noti⁹ q̃ id qđ est futurũ. & ideo vaticiniũ præteriti est facili⁹ q̃ futuri: sicut aliquis dixit de quodã, ꝙ ille esset vates pręteriti, & nõ esset vates futuri, hinc est, vt puto, suus defectus.

Oratio aũt exemplaris est rerum nimiũ manifesti iudicij & facilis est inuẽtio demr̃onis de re per ipsam, & illius verificatio. & non est in ea disceptatio magna plusq̃ de ipsa re: sicut ꝙ aduersarius cõsequat̃ illius vilipensionẽ, vel suus animus consequeretur eius excellentiam vel con- L
stitutionẽ iudicis in affectũ: nisi sermocinator deuiaret, seu declinaret à via per illud: hoc est, ꝙ hac de cã magis propriũ est consilii. Expedit aũt dubitanti circa ꝓpositiones sumptas à lege, ꝙ faciat de illis, qđ faciebat Socra. cũ oratoribus Atheniensiũ, qui quadã pauca deturpatiõe deturpabat illas propõnes: hoc est, vt puto qñ vtebat̃ opinione. nã vsus opiniõis est deturpatio orationis. In inhibitionibus vero expedit ꝙ vtatur laude sermonis cõstitutiui: sicut agebat Socr. in suis laudantibus orationibus. ipse. n introduce- M
bat in suã constitutionẽ initiũ sermonis. Sermo aũt constitutiuus, qñ eo fit laus, est constitutiuus moralis simul. & si nõ fuerit ibi oratio moralis, sicut est sermo illius, qui postq̃ tulerit ipsam constitutionẽ, dicit ꝙ sermonẽ iustificatũ verũ non intelligant nisi illi, qui sunt excellentes, excessiue boni. Probãtes itaq; sunt efficaciores, q̃ constitutiuę. Intendo aũt per probantes, illas q̃ sunt secũdũ oppositũ modũ propositionum quas confitetur aduersarius: ꝑ constitutiuas aũt ipsa enthymemata, q̃

sermo-

A sermocinator ferret ad confutandũ orationẽ ipsius aduersarij ex se. Probantes vero sunt efficaciores: quia notum est ꝙ ipsæ probãtes superant alias orationes per rẽ, qua sunt orationes syllogisticę: hoc est, quia illę sunt magis syllogisticæ, q̃ aliæ: q̄a illæ construuntur ex præmissis oppositis, vel ex illis, q̃ sunt suæ potestatis. contrarię autem, qñ ad se mutuo cõponunt, magis expedit ꝙ patefiat earũ mẽdaciũ. Sermo autem cuius obiecta sunt versus aduersarium, nõ fit ex alia specie, q̃ ex orationibus verificatiuis. Quarũ quæ-B dam est, cuius oppositio est ſm dictũ aduersarij: & illi sunt syll̄i qui fiunt ex præmissis oppositis, vel ex illis quarum vis est vis oppositarũ, & ferunt ad probationes. Et quædã sunt, q̃ fiunt ex ipsamet re. & illi sũt syll̄i recti, seu ostensiui cathegorici. Expedit aũt in consilio & cõtẽtione simul, qñ loquens incipit sermonẽ, ꝙ primo meminerit verificationũ, quæ cõstituant suam orationẽ: deinde post hęc intendat destruere opposita, q̃ aduersanť suę orationi. & hoc, qñ ea, quæ ei aduersanť, fuerint pauca, vel paucę persuasionis.

C Si vero essent plura vel fortis persuasionis, tunc expediens opus est, ꝙ p̄assumat & destruat illas orationes. Et qñ conduxerit putare illarũ impossibilitatẽ, postea introducat constitutiones, quæ verificent suã orationem. Et vl̄ius expedit loquẽti, qui vult loqui cõtrario sermone illius, quo locutus sit alius, ꝙ suo animo attingat orationẽ illius, & repellat suũ sermonem. & eo magis, qñ sermo, quo locutus fuerit ille alius, esset efficax, hoc est largiens persuasionem. hoc aũt fit varijs modis. vt si diceret eius aduersario, tu incũbis D eloquio, & vales ad illud, & constituis omnẽ sñiam, quam cõstituere vis: & de omni re largiris persuasionem, ꝙ ipsa sit necessaria, & ꝙ sit excellẽs, & ꝙ sit vtilis, vt credať maiorem partem tuæ orationis esse veram & iustificatam, & si non sit iustificata apud omnes, et apud ipsam veritatem. Et aliquando per hoc fit vehementissimum vituperium sermonis, & vituperium loquentis: sicut quando ei diceretur, tuum eloquium est vehemens dolus, & vanĩ tatũ vanitas: sicut verba hominis, cui non est stabilitas. Talis autem E locus, cuius meminit, redit in vituperiũ eloquij aduersarij, vel ex parte latentis, vel ex parte manifesti. Vituperium autẽ ipsiusmet aduersarij, aut eius eloquij est oppositum laudis secum loquentis suique eloquij. Meminimus autem harum rerum hic per modum directionis: & si non iam pręcessit sermo de illis. Expedit autem aliqñ ꝙ corroboremus enthymemata per orationes morales. sicut diceret orator, quãdo cõsuluerit de pace & rerum reconciliatione, ꝙ expediat prudẽtibus stabilire suam mentem ad pacẽ & re- F cõciliationem. & vl̄ius oportet oratorem in se suscipere onus, quæ enthymemata sint fortissima illorũ, q̃ posse est inesse illi rei de qua loquať. quia quotiens enthymemata, q̃ introduceret orator, eẽnt efficaciora, ille dignior ẽ, vt sua oratio suscipiatur: & ꝙ magis pateat, q̃ sermo sui aduersarij: sicut ꝙ enthymemata, q̃ ipse ĩtroduceret ad acceptationẽ pacis, sint fortiora q̃ enthymemata, q̃ suus aduersari⁹ introduceret ad repulsionẽ pacis, & consiliũ ad bellũ.

G *De præceptis interrogationum Rhetoricarum. Cap. vltimum.*

INterrogatio vero, ꝙ expedit ꝙ fiat in huius artis pluribus locis. Quorum vnus est, quando interrogator scit, ꝙ siue ipse respondens respondeat ad illam, siue non sequatur illum vna eadem res, quam loquens intenderat inferre. sicut quādo interrogaret: Nonne acceptus es prope interfectum habēs gladiū in latere? qui si dixisset, sic, diceretur, ergo tu illum interfecisti. si autem dixisset non, diceretur, tu eum
H interfecisti, ideo fugisti. Secundus autem locus est, quando scit quòd si non responderet ad rem, de qua illum interrogaret, iam dixisset absurdū. sicut est sermo dicentis: Nonne sciuisti ꝙ tributum sit iniquum? q̄a si ille dixerit non esset, absurdū. si autem dixerit sic, diceretur ei: tu autem tollis tributum: tu itaque es iniquus. Tertius autem loc⁹ est, qn̄ propositio, quam eum interrogat, sit patientis veritatis: id autem, qđ ex ea sequitur, non sit patens apud respondentē. quia in tali loco oportet interrogantem, ꝙ contentet vni
I ca propositione solum, & nō interroget secundam præmissam. sicut quando quispiā interrogaret quendam Romanum: Nonne patres & filij sunt vnius generis? & quando respondēs diceret sic: diceretur his, si ergo non est ita, certe possibile esset, ꝙ hæc præmissa lateat propter suam euidentiam & distantiam sui cōsequentis: & ipsa est latens vt plurimum: hoc est in initio opinionis respondentis ad hanc interrogationem. Quartus autem locus est, quādo interrogator scit, ꝙ si ille responderet econuerso illius, quod ipsum K interrogaret, posset ei inferre absurdum. differentia autem inter hunc locū & scđm est, quia absurdū ibi est contrariū illius, quod ipsum interrogaret: hic autem interrogator infert illi absurdū per sylſm. Quintus autem loc⁹ est, qn̄ res, de qua est interrogatio, cogeret illum respondere p̄ cōtradictoria simul. q̄a ad illum sequeretur probatio, quam faciunt Sophistæ: sicut ꝙ eum sequatur per interrogationem respondere de re per sic, & per non, quando tunc ei proueniret vilipensio & ira; L sicut faciunt Sophistæ. Sextus autē locus est, ꝙ interroget interrogationem continentem plures res: respōsio autem ad eam distinguatur ad respondentem: quia si ille responderet per hāc rem, quam intēdebat interrogator, sequeretur ipsum illa res. Si autem stabiliret suam mentem singillatim illas res destruere, & respōderet ad illas per singula responsa, audientes vulgares p̄p eorū imbecillitatem inferrēt, ꝙ ille esset perplexus, & ꝙ eius responsio sit perplexa: cum videat ꝙ veridicus, quando interrogatur, respondeat vnico responso non pluribus respōsis: qm̄ hęc esset perplexio, & pertur- M batio responsi. Respōdēti vero expedit in hac arte, ꝙ neget consequentiam enthymematum, qn̄ nequiret negare propositiones, quas esset interrogatus. Et quādo possibilis fuerit ei negatio, non neget dictionem ferentem plures significatiōes, quæ communior est q̄ illa res, cuius est fallacia, neq; magis propria. Expedit autem ei pręscire pręmissas, quę efficerent syllogismum de re, quam intenderet eius aduersarius cōstruere.

A re. hoc enim esset ex his, quæ facilē redderent illius notitiam, ex rebus quæ dictæ sunt in secundo Topicorum. quia aut omnes illæ res, vel q̄dam earum conueniunt huic loco, & recipitur ex ipsis vtilitas. Si autem perfectus esset syllogismus de illa, oportet illum asserere quòd causa conclusionis sit alia à causa, quā dixerat aduersarius. sicut quando ille conclusisset ei, ꝙ ipse subripuisset suas res, at ipse diceret, verum est quòd eas subripui, sed occasione conseruationis, non occasione iræ, seu malo animo. Interrogan-

B roganti autem expedit quòd nō interroget de præmissis remotis, neque de proximis ipsimet conclusioni: sed expedit quòd interroget de præmissis, quæ sunt ad conclusionem secundum mediam dispositionem remotionis & propinquitatis. Quia autem orationibus, quibus fit derisio & delusio, indigetur in litibus, expedit itaq; quòd ingrediantur orationes, quibus fiunt lites. Et ideo quidam dixit, quòd expediat, quòd destruas iustificationem per suum contrarium: hoc est, per orationem susurrationis: & susur-

C ratio destruatur per suum contrarium: hoc est per iustificationem. hic autem sermo est satis conueniens. Iam autem dictum est in libro Poeticę, quot sint species susurrationis. Ipsius autem susurrationis species quædam est, quę conuenit viro nobili, quæ est susuriatio, qua credatur dicere rem legalem, & insinuare vituperationem turpis, immo quod conuenit susurrationi est substantia rei, qua intenderet insinuare vituperationem turpis, & ideo dicitur quòd iocosus sit hilaris in ioco, & patefaciat tibi ea, quę habet in animo. Ille vero, qui innuit vituperationem, fallit te, & te deuiat, & conducit te ad putandum quòd ipse loquatur de aliqua re, cū ille, quasi sagittator sua susurratione, vertatur versus aliam rem turpem. Iocus ergo conuenientior est nobili, quia ex se ipso profert veritatem. Innuitio autem vituperationis magis conuenit vili, quia ille quasi sagittator vteretur dolo & odio. Et vniuersalius rerum, ex quibus constituitur sermo oratorius, & maior sua pars sunt quatuor res. D

Epilogus.

E Quarum vna est, ꝙ apud audientes ex se constituatur verificatio: & ex eius aduersario constituatur suspitio. Secūda aūt est magnificatio rei, de qua fit sermo, & eius paruificatio. Et tertiò sunt orationes affectiuæ & morales. Quarto aūt sunt orationes, quę vertuntur versus rem, de qua fit sermo. oēs autē hæ res sunt communes omnibus partibus orationis. Nos autē iam locuti sumus de locis, ex quibus fiunt omnes res. Summatim itaq; iam cōpleuimus omnes res, quarum meminisse promisimus ī principio huius libri. me-

F minimus itaq; de his reb⁹ in rei initio, vt id de quo fieret sermo, esset notum non ignotum, sicut est dispositio operis volentium docilem reddere doctrinam: hoc est, quòd determinent primo intentiones, & res, de quibus vellent loqui. Hic autem in vltimo fecimus de illis mentionem, vt sciatur quòd iam nos ꝑfecerimus, quòd de his promiseramus. & hæc est adeptio conclusionis, quæ appropriat loquentem: hoc est, quòd notificet, quod iam perfecerit id, cuius meminisset:

G quæ vero appropriat audientes, est reminiscentia. Comparationes itaque expedit esse vniuersaliter, modo quo ex eis intelligatur res: cuius loco sumpta fuerit ipsa cõparatio, & ex suo contrario eius contrariũ. Hoc autem fit, quando illæ duę res essent notiores de ipsa comparatione q̄ sint de ipsa re, loco cuius vsum est comparatione: hoc est ꝙ ipsa sit notior exemplificatio, & eius cõtrarium sit notius quàm contrarium exemplificati. quia quãdo comparatio non fit ita, aut nihil cõstituit, aut constitueret rem, quæ iam stabilita esset: & hoc vel per aliud ex-
H emplum, vel quando ipsa esset naturaliter nota. Et similiter est dispositio cognitionis cõtrarij ipsius rei, hoc est: quòd quoddam est per se notum, & quoddam est notum per exemplum. Conclusiones vero orationum expedit ꝙ sint separatæ ab ipsa oratione, non coniunctæ secũ, neque continuæ, sicut exordium: sed conuertantur versus exactum sermonem: sicut esset oratio oratoris consultiuis orationibus: sic est meus sermo, sicq; est mea intentio: aperite oculos: & inspicite: & aures porrigite: & iudicium, quod vestrum est, vero iudicio iudicate. Hic K
itaque completæ sunt res huius tertij libri. declarauimus itaque id ex eis, cuius intellectio peruenit ad nos: & nostræ cogitationi apparuit esse illius intentum orantes coram Deo, vt gratis nobis præstet spatium ad perscrutationẽ originis suorum dictorum de his rebus præcipue, cum ad nos nondum peruenerit expositio alicuius viri accepti ipsorũ commentatorum. Sicque completa est huius libri expositio, tertio mense. 510. anni herę L
Maurorum, ad laudem Dei, cui nihil est occultum. Amen.

Paraphrasis Auerrois in Libros Rhetoricorum Aristotelis finis.

Francisci

FRANCISCI PHILELPHI PRÆFATIO IN ARISTOTELIS RHETORICAM

AD ALEXANDRVM REGEM.

Vm superiore anno Bononiæ docerem, clarissime Pater, quod ea in vrbe nemini maioribus aut honoribus aut præmijs vnquã contigit, cœpere nonnulli & nobiles & magni viri dare operã Græcis literis, quippe qui iam aĩaduertissent, si secus facerent, ne pro dignitate ad Latinum eloquiũ eniterentur. Quare cũ Aristo. præcepta illa his Græce legerem, quæ de ciuilibus causis ad Alexãdrũ Regẽ cum pro authoris more doctissime, tum, vt semper, disertissime scripta sunt: summis à nobis precibus contenderunt id efficerem, vt ea Latine loquerentur. Censebant .n. prudentes viri, quòd longe plus & vtilitatis & ornamenti ex his Latinis à me factis, quoniam & illi Latine loqui quàm Græce mallent, quàm si Græca essent, assequerentur. Non .n. eo Græcas literas tãtopere oẽs discere studemus, quo his apud Athenienses Byzãtios ve vtamur: sed vt illarũ subsidio atque ductu Latinam literaturam atq; eloquẽtiã melius teneamus & lautius. Præterea, nescio quo pacto qui minus & diu & multũ Græcos codices pertractarint, & sese illis totos dediderint, nusquã incredibilẽ illũ ac prope diuinum lactei Græcorũ eloquij leporẽ atq; dulcedinẽ, neq; apud oratores neq; apud poetas neq; apud philosophos percipiũt: quo fit vt nostri ferè oẽs, qui aures delenire concupierint, malint initio Græca Latine, quàm eadẽ Græce lectitare: ignorantes hi quidem & vtilius admodũ fore volẽtibus Græca discere, vt Græcæ voces Græciq; cõcentus illorũ auribus die noctuq; obstrepant: & quẽadmodum grauitate Latinos Græcis, ita nobis suauitate illos, & quadã quasi dictionis ambrosia ac nectare mirũ in modũ antecellere. Id igitur ita familiaribus à me illis efflagitãtibus obstinatissime refragari cœpi: tum quia videbam rem à nobis peti, cum sua natura difficilẽ (est .n. in arte verbũ sæpius è verbo exprimẽdũ: quod ne absurde fiat, laboris nõnunquã maximi, interdũ aũt pp sermonis vel dissimilitudinem vel angustias, voti est) tũ quia nõ eo me pollere ingenio vsuve intelligerẽ, qui maiestatem Aristotelicæ dictionis Latinæ interpretationis filo exprimerẽ. Proinde nolebã aut ineptus apud aliquos, aut temerarius iudicari. Sic igitur pro virili parte refragãtibus nobis, clarus vir, mihiq; amicissimus, & tui nominis eximius prædicator Albertus, is qui per id temporis Bononiæ quæstorem pro summo Põtifice gerebat, idẽ cœpit, quod illi antea consueuissent, studiosissime à nobis contendere. Qui tametsi pro suo iure oĩa apud me põt, eo tamen facilius persuasit, quòd vnã hanc rẽ fore diceret, qua præcipue gratificari mansuetudini tuæ quirem. Aiebat .n. te vnũ esse, qui pro regia ista & innata tibi animi magnificentia generositateq;, & inaudito quodam splendore, magnitudineq; ingenij, cũ reliquas oẽs illustres disciplinas, insignesq; virtutes maximi penderes, tum hasce elegantiores artes in primis. Id mihi vir ille & amicus & grauis persuasit haud difficulter, vtpote quem vera loqui non minus nosse quàm velle, iam pridem animaduertissem. Quod quidem cum alijs multis rebus de illo expertus sum, tũ in ijs laudibus quas de tua felici

&

& augusta illa Bononiensi legatione dies noctesq; prædicabat: eas.n. ita ponebat ante oculos, vt nihil postea Bononiensium Reipub. acciderit, quod non multo ante impendêre vel lapides ipsi præuiderint. Et profecto si tua sequi vestigia, quibus ea res erat in manu, voluissent, neq; ipsi excidissent, neq; tanta, tamq; præclara vrbs in tantas calamitates ærumnasq; decidisset. Sed de his aliàs. Cum hanc igitur traductionem non ingratam tibi futuram intelligerem: vt amicissimo homini morem gererem, i. vt me ipsum tuo nomini cum Alberto meo dedicarem, oblitus sum nostri, (õia vincit amor) rem difficillimam, & meis imparem viribus sum aggressus. Audentes fortuna iuuat. Potuit Homericus ille Aiax Hectora, quem neq; Vlysses, neq; Nestor in prælium prouocantem excepisset, sola audacia & aggredi & singulari certamine superare. Potuit & Troas idem ab incensis iam nauibus, fusis Achiuis omnibus, arcere. Potuerimus fortaßis etiam nos & si minus orationis Aristotelicæ nitorem, at ipsa certe sensa Latinis verbis explicare. Verum ne id vnum omiserim, nos a Fabio Quintiliano nonnullis in dictionibus interpretatione discrepasse, idq; nõ inconsulto factitatum: vt quod ille δημηγορικὸν, verbum è verbo exprimens, concionale genus, & προκατάληψιν præsumptionem dixerit, nos vsitatiore vocabulo deliberatiuum, & præoccupationem, non absurde (vt arbitror) exprimere maluimus. Sic & alia pleraq; inueniri contigerit. Nam quamuis perdoctus ille quidem & acutus vir fuit, veluti certe est, veluti tamen in nonnullis verbis & rebus magis se sui, quàm Ciceronis similem dici. Nos autem & M. Tullij, & Horatij Flacci, & Eusebij, & Hieronymi, qui latinißimi simul & eloquentißimi extiterunt, testimonio & authoritate freti, in id maxime studemus, vt quæ à Græcis transferimus, nihil aliud quoad eius rei fieri poßit, quàm latinitatem sapiant. Proinde & hoc præsentis operis ad numerum characLera ac figurã pro virili parte traduximus. Suscipies igitur præsens hoc quicquid est munusculi magnifice pater: quod, si quidẽ authorem ipsum tecum reputes Aristo. non te minus è regia prosapia genito magnanimo principe, quàm Alexãdro Macedonum rege dignum existimes. Si vero nostram in te obseruãtiam, si nostrũ in Albertum & in præclarã omnem Albertorum familiã, dilectionem, amoremq; consideres, & eximiũ certe id, in primisq; deuotum. Cæterum si hisce te rebus delectari intellexero, efficies vt propediem huic quasi præludio maiora fortasse quædam, valentioraq; certamina subnectam. Interea vero hunc Aristotelem lectitabis, intueberisq; magna ex parte quæ à maioribus nostris de bene dicendi scientia & tradita nobis & relicta sunt, ab Aristotelico fonte præcepta illa quæq; emanauisse. Qua quidem ex re eo magis eorum impudentia miranda est, qui cum se Aristotelicos dici volunt, & loquendo & scribendo absurdißimi simul & infantißimi planè reperiuntur.

ARISTOTELIS RHETORICA AD ALEXANDRVM,

Francisco Philelpho interprete.

ARISTOTELES ALEXANDRO S.

Vm tuis literis factus certior, nonnullos sæpe ad nos misisse, qui vt ciuilium causarum præcepta ad te perscriberē, a me peterent. Ego vero haud negligentia quidem vlla in hoc vsque tempus rem distuli, sed vt quęrerem ita diligenter de his ad te scribere, vt alius certe nemo qui hisce in rebus elaborasset, diligenti⁹ vnquam scripserit. Hæc igitur recte mihi fuerat sententia. Nam quemadmodum vestium decore, atq; magnificētia cæteris hominibus præstare maxime studes, ita etiam dicendi inuentionem, ac vim eam vt accipias nitēdum est, quæ pulcherrima sit, apprimeq; pręclarissima. Lōge .n. pulchrius est, ac regale magis, animo esse bene constituto, q̄; habitum corporis vestibus ornatum pulchris intueri. Absurdum enim est, eum qui rerū gestarum gloria cæteris antecellat, videre humillimis q̄buspiā ī dicēdo cedere: p̄sertim cū nō sis nesci⁹ eos q ī populari principatu versent̄, res oēis ad populū: q vero sub vni⁹ imp̄ij ductu cōstituti sint, ad rōnē orōnēq; referre. Quēadmodū liberas ciuitates cōis lex, q̄ ad honestissimū aliquē finē ducat, dirigere consueuerit, eodem modo et orō tua q̄at eos quos impio tenes, ad id agere q̄d cōducibile sit, & vtile. etenī lex (vt ita dixeri) orō q̄dā ē, q̄ cōi ciuitatis cōsensu d̄finita iubet quo pacto vnūq̄dq; agendū sit. Accedit ad rē, q̄d neq; tibi obscurū existimo, solere nos laudib⁹ eos p̄inde atq; honestos & fortes p̄sequi, q & rōne vtuntur, & oīa ea duce agere p̄gūt: q vero absq; rōne & orone quicq̄; faciunt, tanq̄; atroces īmanesq; odimus. Qua quidē re factū est vt & malos eorū vitiū ostēdētes male affecerimus, & bonos eorū virtutē declarātes quasi beatos, admirādos imitandosq; voluerim⁹. Sicq; & q̄uo futuras calamitates euitarem⁹, bonisq; instan-

B Lib. hic & si Aris. stagiritæ, vt nonnulli credūt, ē ascript⁹: eius forte fuit cui⁹ & liber d̄ Mūdo ad Alexandrum.

C

E

F

G stantibus frueremur, adinuenimus. Proinde & imminētes difficultates effugimus, & absentes vtilitates comparauimus. Nam veluti vita q̄ nulli mœrori subiacet, eligenda, ita prudens est oratio diligenda. Neq; id te prætereat oportebit, ꝙ hominū plurimis alijs quidem lex ipsa, alijs vero tua tum vita, tum oratio exemplo datur. Vt cunctis igit̄ tum Græcis tum Barbaris antecellas, omni tibi studio anniten dum est: quo ijs qui versantur ī
H his exemplis, ita horum imitationem per virtutis elemēta pul chre effingant, vt haud sibi deteriora consulant, sed eius se par ticipes fieri & cupiant & exoptēt. Rerum est præterea huma narum augustissimum, consultatione vti. quare nec ī superuacaneis vulgaribusq; rebus studium tibi terendum est, sed pro virili potius parte elaborādum, vt ipsam belle consultādi artem & perdiscas, & teneas. Quis. n. sanæ mētis dubitarit, si quis in
I consulto quid egerit, amentiæ quidem: sin autem ratione duce sapientiç signum esse? Intueri ēt licet eos omnes qui optima inter Grçcos Repub. vtuntur, oratione priusq; rebus conuenire: itemq; ápud eos qui inter Barbaros dignitate præstant, orationem rebus anteire: quippe q probe norint eam, quæ ratione orationeq; perspectio vtilitatis cognitioq; fit, esse quandam salutis arcem, & eiusmodi certe arcem, quæ non manufacta, verū & inexpugnabilis quidem sit, ī primisq; secura opinanda. Sed vereor hac de re pluribus ad te scribere, ne fortasis ostētare me ipsum videar, hisce presertim in rebus quç probatione non indigent, sed planė patent & in prōptu sunt omnibus. Quamobrē hæc omnia missa faciens, illa dixerim solum, de quibus in omnem vitam dicendum est, hoc vnum esse quo cæteris animalibus præstamus, præclarū quod dam ab immortali Deo adepti videamur. Nam si quidē & cu- L
piditate & ira, & alijs huiuscemodi affectionibus vtūtur etiā reliqua quæq; animalia, oratione autem homo dūtaxat: absurdum profecto maxime omniū cedat, si qua vna re bestijs antecellimus, eam bene viuendi ducem præ negligentia reliquerimus. Proinde te iampridem tua sponte incitatum etiam, atque etiā hortor, vt dicendi philosophiam omni studio complecta- M
re. nam veluti corpus bona valetudine, ita & animus disciplina eruditioneq; seruatur. huius .n. ductu haudquaquam tibi in rebus gerendis aberrare cōtigerit, quin potius oīa (vt ita dicā) quæ tibi iā parta sunt bona, plané tuebere. Quòd si præterea, oculis videre, iucundum est: animi luminibus cernere, penitusq; perspicere, admirabile certe plurimum. Rursus aūt quemadmo dū impator sui est seruator exer

citus,

A citus, ita etiam eloquentia, quæ sapientiæ coniuncta sit, humanæ ē vitæ gubernatrix. Sed hæc omnia atq; his similia operæ pretium puto vt missa hoc tempore faciamus. Monuisti aūt tuis literis, ne quis oīno mortaliū hūc librū accipiat, q̄ppe qui non sis nesci⁹, sicuti parentes quos ex se genuerint, magis q̄ ij quib⁹ suppositi sunt, partus amare solent: eodemq; modo ij, qui præclarū aliquid ex se inuenerint, maiore
B ad id studio afficiuntur, q̄ quibus eo vti contigerit. Non secus .n. pro inuentis atq; pro liberis emori periclitentur. enim vero ij quos Parios vocant Sophistæ, q̄m nihil ipsi pro inerti quadā negligentia pariunt, ne diligunt quidē, sed acceptis pecunijs ab se dimittunt. Hanc igitur ob rē te vehementer moneo & exhortor, ita hæc dicendi præcepta serues, atque tueare, vt cum & ipsa adolescunt, nullius opibus violētur, sed honeste tecum decoreq;
C vna viuāt: & cū in adultam ętatem euaserint, immortalē gloriā nanciscantur. Adsumpsimus autem (sicuti nobis Nicanor exposuit) si quid hisce de rebus apud cæteros artis scriptores expolitum elimatumq; inuenim⁹. Impēdes autem operam etiam hisce duobus libris: quorum alter meus est, eas continens artes quas ad Theodectē scripseram, alter autem est Coracis. Reliqua vero omnia, quæ siue ad ciuilia pręcepta, siue ad iudicialia pertinent, separatim hoc in libro D scripta sunt: quapropter ex hisce ad te commentarijs ad ea cōsequenda abunde tibi adiumenta suppetent. Vale.

SVMMA LIBRI.

De tribus causarum gn̄ibus, Probationibus oībus, Elocutione, ac Orōnis partibus, tū in vniuersum, tū singillatim in vnoquoq; causarum genere.

De genere Deliberatiuo. *Cap. I.*

TRia sunt gn̄a ciuilium cārū: delibe- E ratiuum, demr̄atiuū, iudiciale. Horum aūt spēs sunt septē. suasio, dissuasio: laus, vituperatio: accusatio, defensio: & q̄stio aut ipsa secundum sese, aut ad aliud. spēs igit̄, in quibus oīs versatur orō, hæ sunt numero. His autem vtimur & in consultatione ciuili, & apud iudices, & circa alicuius certæ personæ dictionem: de quibus quidē oībus ita poterimus apte dicere, si F sigillatim vniuscuiusq; spēi vim & vsum, & exercitationē nūero cōprehenderimus. Et primum quidē de suasiōibus ē, dissuasiōibusq; dicēdū. ipsarū .n. vsus ī demr̄atiuo deliberatiuoq; gn̄e locū in primis hēt. Vt igit̄ summatim dixerim, suasio ē ad aliquid eligēdum aut dicēdū, agēdū ve exhortatio. Dissuasio vero, ne quid eligatur aut dicatur, agaturve, dehortatio. His autem ita definitis, suasor ostendat oportet

Suasio ac dissuasio quid.

G tet hæc ad quæ exhortaẽ, iusta, & legitima, & vtilia, & honesta & iucunda, & factilia factu esse. Q̃d si min⁹ id poterit, demõstrã dum erit cũ ad laboriosa & graauia quædam exhortatur, hęc factu & po∫ʃia eẽ, & q̃ necessaria: dissuasor aũt ex cõtrarijs dehortetur oportet, vt neq; iustũ, neque legitimum, neq; vtile, neq; honestum, neq; iucundum, neque factu possibile hoc sit, vel saltem & laboriosissimum id esse, & minimè necessarium. Omnes autem actiones harum vtri-H usq; sunt causarum participes. quare dubitandum nõ est quin oratio harum alteram cõtineat. Quæ igitur suadentes dissuadẽtesq; desiderare conueniat, hæc sunt. Definire autem iam aggrediar vnumquodq; horum quid sit: dem̃rabiturq; vnde ea nobis

Iustũ qd. in dicendo suppeditemus. Iustũ igitur est, hominũ plurimorum non scripta cõsuetudo, honesta turpiaq; determinans: id vero est honorare parẽtes, amicis be-I nefacere, & beneficijs gratiam referre. hæc.n. & his similia non iubent scriptę leges hominibus faciunda, sed consuetudine non scripta, & communi quadam lege legitimum fit. iusta igiẽ hæc sunt. Lex autem est communis ciuitatis consensus, qui scriptis præceperit q̃ | vnumquodque

Vtile. agendum sit. Vtile vero est præsentium bonorum conseruatio, aut absentium comparatio, aut malorum instantium propulsatio, aut futurorum incõmodo-K rum inhibitio. Hoc autem diuidas oportet, priuatis quidẽ hominibus in corpus, & animum, & res extrarias. corpori.n. est vtile robur, formæ dignitas, bona valetudo. animo vero fortitudo, sapientia, iustitia. extraria vero sunt amici, pecunię, possessiones. his autem contraria inutilia sunt. Ciuitati autem vtilia talia quædam sunt, concordia, vires ad bellum, pecuniæ, & p̃uentuum copiæ, sociorum virtus, atq; multitudo, ac summa-L tim reliqua his similia vtilia esse ducimus: quæ vero his contraria sunt, inutilia. Honesta vero Hone[sta]. sunt ex quibus splendor aliquis atq; illustris honor in eos qui aliquid gesserint, emanaturus sit. Iucũda autem, quę afficiũt gau-Iucũda dio. Facilia vero sunt, quę breui Facilia. tempore & minimo labore impensaq; absoluuntur. Po∫ʃia aũt, Po∫ʃia. q̃cunq; fieri natura possunt. Ne-Necessaria. cessaria vero, quę vt fiant, arbitrij nostri non est, sed tanquam ex diuina quadam aut humana M necessitate oĩno fiunt. Iusta igiẽ, & legitima, & vtilia, & honesta, & iucũda, & facilia, & po∫ʃia, & necessaria hæc sunt. De his autẽ dicere abunde poterimus & ex antedictis, & his similibus, & ipsis contrarijs, & ab ijs quæ iudicata sunt aut a dijs immortalibus, aut a claris hoĩbus, aut a iudicibus, aut ab aduersarijs nr̃is. Cuiusmodi igitur iustũ esset, declarauimus. Simile aũt iusto est

hmõi

A hmōi. nam quemadmodum iustū existimamus obtēperare parentibus, itidem conuenit filios parentum res gestas imitari: & veluti beneficis bñfacere iustū est, ita & ijs à quibus mali nihil suscepimus, iusto simile est non nocere. Hoc igitur mō simile iusto capiendum est. Ex cōtrarijs aūt opus est exemplum ipsum perspicuum faciamus. Nam veluti iustum est in eos aïaduertere qui aliquid perperam patrauerint, ita ijs qui nos beneficio

B fouerint, referre gratiam decet. Id aūt iustum quod ab aliquib⁹ claris viris iudicatum fuerit, sic erit accipiendum. Verum neq; nos soli odio hostes insequimur maloq; afficimus, sed & Athenienses, & Lacedæmonij iustum esse iudicant inimicos multare. Iustum igitur hoc modo crebra exercitatiōe accipies. Legitimū vero quale etiam ipsum sit, antea nobis definitū est. Oportet autem vbi vsui sit, vt is qui sen-

C tentiam dicit, legē ēt adsumat: deinde simile legi scriptæ. esset vero hmōi. Nam sicuti legumlator maximis animaduersionib⁹ fures plectendos voluit, ita & seductores maximopere sūt multandi: etenim hi furantur eius quem deceperint hominis mentem. & veluti legumlator hæredes eos statuit qui genere proximi ijs essent qui sine filijs interissent, eodem mō & hui⁹ pecuniarum rerumq; liberti me nūc dominum fieri decet. nam cum ijs qui ipsū liberarint, hac luce orbatis, proximus ipse sum cognatione, iustus certe sum qui illius

D

res oēs dominio teneam. Legitimo ergo simile adsumit hoc modo. Contrarium vero sic. Siquidem lex prohibet publica priuatim distribuere, perspicuum est eos qui illa distribuunt, iniuria omnes afficere à legumlatore iudicatos. nam si eos leges ornari iubent qui honeste reb⁹ cōibus iusteq; præfuissent, nequaquam obscurum est quin & publicarum rerū dissipatores mul

E

ta dignos existiment. ex contrarijs igitur ita legitimum clarum fit. Ex iudicatis autem hoc modo. Neq; ipse solum præsentem legem harum causa rerum à legumlatore positam dico, sed ēt antea ipsi iudices authore Lysitida, æque atq; nunc à me dicit, sententiam de hac re protulere. Legitimū igitur hoc modo tractantes, multiplr demrabimus. Vtile autem quale sit, antea defi-

F

niuimus. Assumendum est autē in dicēdo ēt siquid ex vtili inciderit: eodemq; modo tractandū quemadmodum in iusto legitimoq; tradidimus: & sic crebris in locis ostendendum. Esset autē vtili simile huiusmodi. Sicuti nanq; in bello conducit eos qui plurima valent animi magnitudine, primos ī acie ordinare, eodē mō in rebusp. pmagnæ vtilitati est prudētissimos multitudini iustissimosq; pesse. & quēadmodum hoīb⁹ in bona vale-

tudine

G tudine cauere ne in aduersam i-cidat, vtile est: ita et pacatis vrbibus, concordiaq; vtetibus cōducibile est sese ab omni seditione custodiant. Similia ergo vtili hoc modo crebro tractāda sunt. Ex cōtrariis aūt vtile sic perspicuum fit. Nā si conducit eos ciues qui ęqui & boni sunt, honoribus ꝓsequi, ita punire improbos, vtilitatis plurimum adfert: & si quidem inutile est nos solos aduersus Thebanos bellum gerere, vtile erit vt Lacædemo-
H nios socios nobis adsciscamus, itaque aduersum illos belligeremus. Ex contrariis igitur sic vtile clarum efficies. Vtile vero à claris viris iudicatū hoc pacto adsumes. Nam & Lacedæmonii vbi Athenienses bello superassent, vsui sibi fore existimarunt, ne eorum vrbē in prædam verterent: & Athenienses rursus cū possent Spartam funditus euertere, conducere sibi arbitrati sunt si Lacedęmonii superessent. Et iustum quidem & legitimū
I & vtile sic tibi tractandum est. Honestum vero, & facile, & iucundum, & po[ss]e, & necessarium quō & hæc superiora te tractare conueniet, & de his quidem & hisce dicere cōmode poterimus.

Quæ sint consultanda. Cap. 2.

RVrsus autem definiemus quantū, & quale, & quid tum in curia, tum in concione consultabimus, nam si horum singula plane tenuerimus, res ipsę pro vnaquaq; nobis cō- K sultatione verba suppeditabūt. Cōes aūt spēs quas diu ante nouerimus, facile in vnamquanq; cām inducere poterimus: quapropter ea sunt nobis diuidēda, de quibus vulgo consultāt oēs. Vt summatim ergo dixerimus, eæ de quibus orationem habemus, propositiones, septem sunt numero. necesse. n. est nos & cōsultare, & orare tum in senatu, tum apud populū, aut de sacrificiis, aut de legibus, aut de appa- L ratu ciuili, aut de societatib⁹ ac fœderibus aduersus alias vrbes, aut de bellis, aut de pace, aut de pecuniarū ꝓuētib⁹. hę igitur ꝓpōnes sunt, de quibus oīs est nobis & cōsultatio & orō. Harum aūt vnāquāq; diuidamus, consideremusq; quib⁹ modis orone ī his vtendū fuerit. De sacrificiis aūt abūde dicere necesse ē. Aut *De sacrificiis.* em̄ dicim⁹ p̄senti in statu ea seruāda eē, aut vt magnificentius, aut vt in his humili⁹ quodāmodo agēdū sit. Cū igiť dixerim⁹ ī M prę̄senti statu ea seruāda eē, cās inueniemus, ex iusto quidē dicētes, iniustum apud omnes esse, p̄ter consuetudines patrias quicquam agere, quodq; omnia vaticinia hoībus iubent patrio more sacrificia esse faciunda & ꝙ eorum qui vrbes primo condiderunt, & templa diis immortalibus erexere, diuini cult⁹ maxime sunt, diuq; obseruādi. Ex vtili aūt dicemus ꝙ ad rei pecuniarię ipēsam, aut priuatim aut publice

A blice cõducet, vbi ꝑ patrio mo-
re sacrificijs sit indultum: & ꝙ
ad ciuium audentiam ea res cõ-
fert non mediocriter, quippe ꝙ
grauioris armaturæ peditibus
equitibusq; ac velitib⁹ ludos ce-
lebrantibus ciues ea ambitione
delectati audentiores fient. Ab
honesto aũt dicemus, si hoc mo-
do celebritates pulchras spectari
cõtigerit. A iucunditate vero, si
& varietas quædam circa Deo-
rum sacrificia ad spectandũ ac-
cesserit. A possibili aũt, si in eiu-
B scemodi ludis nihil fiat neq; pa-
rum, neq; nimis. Cũ igitur in re-
bus diu cõstitutis cõsultatio no
bis habetur, cũ hæc tractamus,
operæpretium est de antedictis
aut de horum similibus conside
remus, & ea pro rei natura edo-
ceamus. Cum vero cõsultemus
vt ad splendidiorem quendam
apparatum sacrificia traducant,
eæ sunt causæ nobis adferendæ,
quibus merito cõsuetudines pa-
trias mouere videamur, dictitã-
tes, addere pręsentib⁹ quicquã,
id haud esse soluere, sed augere
C potius res antea cõstitutas ac fir
matas, deinde ꝙ & cõsentaneũ
sit Deos immortales beneuolen
tiores in eos esse, à quib⁹ magis
venerentur. Item quod neq; ma
iores ipsi eundem semper modũ
in sacrificijs obseruabant, sed ꝑ
tempore, proq; secũdis rebus &
priuatim & publice Deorũ cul-
tum legibus sanciebant. postea
vero ꝙ veluti in cæteris rebus
omnibus consueuimus, ita &
respublicas, atq; priuatas domos D
administramus. Dicas.n. opus
est, si qua his ita constitutis vtili
tas ciuitati, aut splendor, aut vo-
luptas futura est, quę quidẽ om
nia ita tractabis, veluti in supe-
rioribus dictũ est. Cũ ad humi-
lius exhortamur, primũ quidẽ
temporibus est accommodãda
oratio, dicendumq; quib⁹ in re-
bus deterius nunc habeant ꝗ an
tea habuissent. deĩde vero ꝙ ne
consentaneum quidem sit Deos
sacrificantiũ sumptibus, sed pie
tate potius gaudere. item ꝙ eos E
qui supra vires quicquã faciũt,
& Dij & homines ꝗ stultissimos
iudicant. demum vero ꝙ nec in
hominũ arbitrijs publici sum-
ptus modo, verum & in secun-
dis aduersisq; rebus existũt. Has
igitur causas & harũ similes in
sacrificiorũ propositionibus ha
bebimus. Vt autem & quæ ad
optimum sacrificium pertinent
sciamus, & exponere & sancire,
hoc etiam definiam. Est enim id
vnum omnium quidem opti-
mũ sacrificium, quod aduersus
Deos pie ac diuine, ad sumptus F
vero moderate, ad bellum autẽ
vtiliter, ad spectacula vero splen
dide habuerit. Aduersus autem
Deos habebit pie, si patriæ con-
suetudines institutaq; non soluã
tur: moderate vero ad sumptus,
si non quæcunq; ad pompã mis-
sa fuerint, consumantur. Ad bel-
lum autem vtiliter, si equites &
milites vnà cõposite ludos agãt:
ad spectacula vero splendide, si

G & auro, & ijs huiusmodi rebus quę haud consumuntur, magnifice quis vtitur. Quę igitur aduersus Deos seruanda sunt, perpulchre ex his constituemus. Ex ijs vero quæ antea dixerimus, plane scire poterimus quibus modis oratio de vnoquoq; sacrificandi genere haberi possit. De legibus autem deq; constitutione ciuili rursus eodem modo tractemus. Etenim leges sunt, vt summatim dixerim, ciuitatis publici consensus, qui scriptis terminant atq; imperant quid vnumquodq; agendum sit. Eę vero leges colendæ sunt quibus magistratus parui quidē ac multi ex sortitione, id qd seditione vacat, maxime aūt ex toti⁹ multitudinis suffragijs in popularib⁹ princip at⁹ designent. ita. n. & ipse populus, qm̄ ī ipso sit eos donare honorib⁹ quos voluerit, haudquaquam accipientibus inuidebit, & clariores magis magisq; probitati studebunt, vtpote qui intelligant vsui sibi futurum apud ciues se probari. Quę igitur circa comitia in populari dominatu sāciri oporteat, hęc sunt. Quę vero ad reliquā administrationem pertinent, singillatim exponere operosum admodū fuerit. Verum vt breuiter dixerim, id obseruari oportet, vt multitudini leges impedimento sint ne locupletum rei insidiētur: diuites autem inducant vt vltro ad publica ministeria munificentissimi sint. Hoc aūt assequi poterūt

De legib⁹ & ciuili constitutione.

H

I

si locupletes pro ea quam in publicum munificentiā exhibent, statutis quibusdā honoribus ab ipsis legib⁹ donētur, siq; & agricolas pauperibus & nauium gubernatores vectoribus anteponant. sic. n. & locupletes non inuiti reipubli. inseruient, & plebs non calumnię sed ministerijs studebunt. Opus est prętcrea in cōditis legibus seueritatem inesse, qua neq; agrū ad egestatem redigere, neq; morientiū substantias publicare fas sit: & magnos ijs cruciatus inscribere qui hæc obseruare neglexerint. Decet autem aliquē ijs honestum sepulturæ locū ante vrbem dari, qui ꝑ patria bellando perissent, & eorū filios ad pubertatē vsq; publicis alimētis enutriri. huiuscemodi igitur leges in populari principatu ferēdæ sūt. In oligarchijs vero, quæ paucorum dominatu administrant, magistratus ęque fiunt in oēs illius ordinis viros distribuendi legibus. Horū aūt plurimi quidē ex sortitione, maximi vero magistratus occulto suffragio & iureiurando & magna cum diligentia atq; studio decernendi sunt: in eos autē qui vlla in ciues vti contumelia perrexerint, maximę sunt pœnę cōstituendæ. plebs nanq; non ita ęgre patitur ꝙ magistratibus caret, quā grauiter & moleste fert ꝙ afficitur cōtumelia. Ciuiū āt cōtrouersias perbreui dissoluere, neq; in tēpus trahere cōuenit. Neq; vulgus in vrbem ex agro est

K

L

M

A est congregandũ. nã ex hmõi cõuentibus plebs turbant, paucorũq; principatus rescindunt. Vt paucis igit dixerim, debẽt in popularibus principatib⁹ leges cohibere plebẽ, ne locupletiorũ bonis inhient insidienturq;, in paucorũ vero principatibus auertere illos qui Remp. gerunt, & ab imbecillorum contumelijs & à calumnijs insimulationibusq; ĩ ciues. Quę igit & in legibus, & in oĩ cõstitutione ciuili desiderãda obseruandaq; sunt, ex his cognosces. Is aũt orator qui quicq; lege suadere voluerit, hãc ostẽdat oportet æqualem eẽ ciuib⁹, & reliquis legibus consentaneã, ciuitatiq; conducibilem ad quietẽ & concordiã maxime, vel ad ciuium probitatẽ, aut ad publica tributa, aut ad ipsi⁹ Reip. gloriã, aut ad vrbis potentiam, aut ad aliud hmõi aliquid vsui cedere. Aduersarius vero primũ considerabit an minus lex illa cõis sit omnibus, deinde an reliquis legibus nõ cõsentiat, sed aduersetur potius quodãmodo. præterea an ad horũ q̃ ante dicta sunt conductura sit nihil, sed contra nocitura potius. De legib⁹ igit, deq; cõstitutione ciuili ex his & cõtendendo & orando nobis facilius aditus fiet. De socijs autẽ, deq; aduersus alias vrbes fęderibus dicere incipiemus. Fędera igitur atq; eorũ ordines necesse est publicis conuẽtionibus fiãt. socij vero pro ea tẽporũ sunt cõditione faciũdi, cũ aliqui suis viribus infirmi sunt, aut bellũ aliquod videat impendere, aut eo est cũ aliquib⁹ ineũda societas, quod bello quosdã à se defecturos putẽt. Hę igr sunt cãę hisq; cõsimiles, quib⁹ plures nobis adsciscimus socios. Necesse est aũt cũ ineundã societatẽ persuadere volueris, eam maxime tẽpestiuã ostẽdas, declaresq; eos socios apprime iustitiã colere, & bene antea Rempub. affecisse, esseq; potentissimos, & in ꝓximo residere. ꝙ si minus hæc oĩa potueris, quę suberunt, oratione cõplectere. Cũ aũt societatẽ dissuaseris, primũ oñdas oportet haud nũc eã facere op⁹ esse: deinde ꝙ neq; hi iusti sunt, postea vero ꝙ & male nos prius affecerint. sin id minus poterimus, dicem⁹ eos à nobis porro habitare, neq; facultatẽ his esse quò nobis opportune adsit auxilio. Ex his igit hisq; similibus circa faciũdas aut nõ faciundas societates, & dissuadẽdi suadẽdiq; vsum facile cognoscemus. Rursus aũt & pacis & belli faciundi maxima nobis argumẽta capiãt. Cãę itaq; bellandi aduersus aliquos sũt hmõdi. Par aũt est de ijs tẽpestiue nunc vltionẽ capiam⁹, qui nos antea iniuria lacessiuerũt: vt nũc iniuria ꝓuocati, ꝑ nobis ipsis, aut ꝑ cognatis, aut ꝑ ijs qui benefici erga nos fuerĩt, aut quò auxilio sim⁹ ĩiuste affectis socijs, aut publica ꝑ vtilitate, aut ad gl'iã, aut ad opes, aut ad vires, aut ad aliđ qppiã hmõi bellũ suscipiam⁹.

Margin notes: B; C; De socijs aduersus que alias urbes fœderibus.; D; E; De pace & bello.; F

G Cũm igiť ad bellũ voluerim⁹ auditores exhortari, debemus ex his causis quãplurimas dicẽdo cõplecti, ac demũ demonstrare eorũ plurima, quibus bellantes sũpiores fiant, ipsis auditoribus adesse. Sũpiores etenim oẽs fiũt aut Deorum beneuolentia quã bonã fortunam appellauerim⁹, aut corporũ multitudine atq; robore, aut pecuniarum affluẽtia atq; imperatoris prudentia, aut virtute sociorũ, aut opportunitate locorũ. Ex his igr̃ & simili-
H bus q̃ maxime rei cõgruant, bellũ sumi oportere exhortabimur aduersariorũ ptes deprimendo, nr̃as aũt augẽdo atq; amplificãdo. Quòd si futurũ bellũ impedire studuerimus, primũ eæ cãę inueniẽdæ sunt, quib⁹ demõstretur aut oĩno nullam, aut paruas humilesq; molestias afferri, qb⁹ ad bellum rapiamur. Deinde q̃ bellũ minime cõducit: eritq; pcurrendũ q̃ hoĩbus bello soleãt accidere calamitates. Ad hoc itẽ ostẽdẽdũ, q̃ victoriã solẽt in bellando efficere, ea hostib⁹ magis
I adesse. hæc aũt sunt q̃ pauloante cõmemorauimus. Futurum itaq; bellũ ex ĩs rebus dissuademus. Quòd si ab instanti bello quiescẽdum esse cohortabimur, si quidẽ consultores superiores fuerint, hoc ipsum primũ dicendũ erit, decere eos, qui mẽte valent, haud operiri quoad casum eant, sed cũ vincunt, pacẽ faciũdam ĩs esse. Deinde qm̃ ea belli natura sit, vt & plerosque ex eis qui secũda in eo fortuna primũ K vsi sunt, ad postremum perdãt: pacis vero cõtra, vt & victos seruet, & victoribus rerũ bello adeptarum fructum adferat. Exponendum ẽt erit eas quę in bello, cum multæ, tum varię mutationes fieri solent. Qui ergo supiores in bello fuerint, ex huiusmodi rõnibus ad pacem exhortabimur: eos aũt quibus aduersæ in bello res extiterint, tum ex ipsis casibus exhortabimur: tum vero à quib⁹ iniuriã aũ susceperĩt, suis calamitatibus admoniti irritare eos ne pergant: tum ex ĩs L periculis q̃ antea q̃ pacẽ noluissent, ppessi fuerint: tum deniq; q̃ satius partẽ aliquã suarũ fortunarum potioribus ipsis cedere, q̃ bello periculose decernere, quo ipsi vnà cum sua re pereãt. Summatim autẽ id sciam⁹ oportet, tum solere oẽs hoĩes bellum inuicem soluere, cũ aut iusta hostes rogare arbitrentur, aut cum aduersus socios vlla fuerit exorta cõtentio, aut bello defatigati sint, aut aduersarios timuerint, M aut ipsi ĩter sese dissideãt. Quãobrẽ q̃ ex his omnibus atq; horum similibus cõmodatissima in rem fuerint colligẽs, q̃ facillime & de bello poteris & d̃ pace disserere. Reliquum est vt de pecunĳs comparandis iam loquamur. Primum igitur considerandum erit, si quid ex vrbis possessionibus neglectum est, qđ neq; redditum afferat, neq; Dĳs immortalibus dedicatum sit: veluti sunt

De pecunĳs cõparandis.

ti sunt

A ti sunt quidam publici loci iam neglecti, ex quibus aliquis prouetus, vbi ij priuatis hoībus aut venditi aut mercede exculti fuerint, ciuitati fiat. hmōi nanq; cēsus oīum maxime cōis est semp. Quòd si nihil sit hmōi, necesse erit pro singulorũ copijs tributa inferantur: vt pauperibus quidem indictum sit corpora, locupletibus autem pecunias, opificibus vero arma præstent aduersum pericula. Summatim autē oportet eum qui de huiusmodi
B prouentibus narret, dicere eos æquales ciuib⁹, & diuturnos ac magnos esse: hostibus aũt secus. Propositiones igitur de quibus in deliberatiuo verba faciemus, & harum partes de quibus orationem & suadendo & dissuadēdo constituemus, ex antedictis cognoscemus. Rursus autem ꝓpositiones de laudatiua, vituperatiuaq; specie deinceps dicere aggrediemur.

De genere demonstratiuo. Cap. 3.

C LAudatiua igitur spēs (vt compendio vtar) est vt voluntatum, & rerum gestarum, & verborũ illustrium amplificatio, & eorum quæ absint accommodatio: vituperatiua autem contra illustrium horũ extenuatio, obscurorum vero exaggeratio. Et digna quidem laude ea sunt quæ iusta, quę legitima, quę vtilia, quę honesta, quæ iucũda, quæ facilia facta sunt: quę quidem omnia cuiusmodi sunt, & quo pacto ijs abũde vtamur, in superioribus dictũ est. Oportet autē eum qui laudat, oratione ostendat in hoc, seu hoīe, seu ĩ reb⁹ huius aliquid inesse, quod aut ipse gesserit, aut per ipsum manarit, aut ex hoc contigerit, aut hmōi gratia factũ fuerit, aut quod sine hoc patratum nō sit. Eodem vero modo & vituperator oñdat oportet horum cōtraria inesse in illo quem vituperatum velit. Quòd ex hoc contigerit, hoc modo. Ex studiosa corporis exercitatione victoriæ cōtingunt, & ex otio in ægrotationē inciditur. itē ex philosophię studio hoīes circa prudētiam sunt acriores, & ex negligētia sũt rerum necessariarum indigentes. Quòd huiusmodi gratia factum fuerit, hoc modo: Vt à ciuib⁹ coronētur, per multos labores permultaq; pericula mortales ꝑferunt: & vt ijs quos diligunt gratificent, aliud curāt nihil. Quòd autem sine hoc patratum nō sit, hoc modo. Neq; sine nautis naualiũ pugnarum victoriæ, neq; sine potu ebrietates fiunt. Hæc autem atq; ijs similia perinde vt superiora percurrens, & laudare & vituperare abunde poteris. Amplificationes vero extenuationesq; ac talia simul quoq; hoc modo tractabis. Primum quidē oñdens (veluti mō docebam⁹) ab hoc multa vel bona effecta esse. Vnus igitur amplificandi modus hic est. Secundus aũt mod⁹ est, cũ iudicatũ aliquid trāsfers,

D — Prim⁹ amplificandĩ modus.
E
F
Secũdus.

G siquid laudes bonum: sin autem vituperes, malum: deinde conferas oportet quod abs te dictum sit, & adinuicē cōpares, ex tuis maxima, ex aduersarij vero dictis minima enarrando, & hoc modo magnum illud iudicatū ostēdas. Tertius modus est, vt ad illud quod abs te dictum est, minimum quid ex ijs quæ sub eandē speciē cadūt compares: sic. n. qđ abs te dr̄, maius apparebit. veluti mediocri statura hoīes maiores apparēt, cū ad minores cōparant. Amplificare aūt poteris

Tertius.

H hoc modo. Si magnū sit hoc bonū iudicatū, magnum appareat malū necesse est, vbi cōtrarium huic aliquid narraueris. Eodem vero modo, si magnū malū existimat, vbi huic contrarium dixeris, magnū bonū apparebit. Amplificabis autē & hoc pacto vel bōa vel mala, si eū gradatim ostenderis, ꝙ præmeditatus iā diu fuerit, ꝙ de industria multa gerere aggressus sit, ꝙ ꝑ multū tēpus gesserit, quibus cū nemo alius, ꝙ post hos post quos alius

I nemo, ꝙ spōte, ꝙ ex sententia: ꝙ si omnes pariter atq; hic fecerimus, profecto bene beateq́; aut contra male misereq́; vixerimus. Oportet aūt & consequenti continuatione vti, & rem alterā tanquam in alteram properando amplificare, hoc modo. Cuius uero amicitiæ curæ sunt, hunc recte consentaneum est suos etiam colere parentes: qui autem suos parētes colit, hic profecto volet ēt

K patriæ benefacere. Sūmatim autem si multarum siue bonarum siue malarum rerum eū causam ostenderis, eæ magnæ videantur necesse est. Considerandum est ēt qualis res ipsa videbitur, eā suis partibus diuidēdo, singillatimq́; narrando, quæq; maior visa fuerit, eam hoc modo explicare cōueniet. Amplificādo igitur vbi hoc pacto tractaueris, et plurimas facies & maximas. Extenuabis autem in dicendo & bona & mala, si contrario mō tra-

L ctaueris, sicuti in magnis dixeramus: & tum maxime, cū nullius eum rei authorem demōstraris: vel si id minus, ꝙ minimarū & paruissimarū. Quō igitur & laudando & vituperando amplificabimus atq; extenuabimus quæcunq; voluerimus, scire ex ijs poterimus. Amplificationum aūt causæ in alijs quoq; speciebus vtiles sunt: sed plurima ipsarum vis in laudationibus vituperationibusq́; consistit: de quibus quidē ex ante dictis plane adiumenta

M nobis suppeditabimus.

De genere Iudiciali. *Cap. 4.*

Rursum autem simili modo accusādi defendēdiq́; speciem, q̄ circa iudicialē versatur cām, quibusq́; rebus constat, & quō ijs vti conueniat, diuidamus. Accusatio quidem est (vt breuiter dixerim,) iniuriarū delictorumq́; expositio. Defensio aūt est delictorum & iniuriarum, q̄ vel in accusationem vel

Accusatio quid. Defensio.

in

A in suspitionem venerint, dissolutio. Cũ vtraq; verò species hanc vim habeat, accusatori quidem dicendum est, quandoquidẽ improbitatis aduersarios criminetur, eorum facinora & iniusta & iniqua esse, ac ciuium multitudini pniciosa: cũ vero stultitiæ criminetur, ꝙ & ipsi agẽti inutilia ea sunt, & turpia & iniucũda, & quæ perfici nullo pacto queant. hæ & ijs similes aduersus improbos vanosq; argumentationes sunt. Est præterea & hoc accusatori obseruandum, aduersus cuiusmodi crimina supplicia sunt à legibus cõstituta, & circa quæ ipsi iudices multas definiunt. Cũ lex itaq; pœnam definierit, hoc est dũtaxat accusatori cõsiderandũ, vt demonstret facinus patratum esse. cũ iudices aũt crimẽ admissum sciunt, crimina illa quæq; aduersariorũq; delicta augeri cõuenit, ac maxime quidẽ demõstrari sponte illũ & de industria, nõ forte quadã sed dedita vehementer opera iniuriã C intulisse. ꝙ si min⁹ hoc fieri abs te potuerit putasq; potius ab aduersario demonstratũ iri, se mõ quodã deliquisse, aut ꝙ hęc agere probe meditato sibi, min⁹ ꝓspere successerit, debes veniæ apud auditores aditum intercludere, inquiens nequaquã aduersarios decere, vt post gestum negotium se imprudenter errauisse dicãt, sed añ potius vereri cõgerant. Deinde quòd quãuis ille imprudenter gesserit, aut ei aduerse successerit, oportet ipsum D tam ob casus atq; imprudentiã lõge multari magis, q̃ qui horũ neutrum perpetrasset. Præterea ꝙ etiam legumlator eos qui imprudenter deliquissent, non pœnæ immunes, sed iudicio obnoxios fecit, ne oĩbus errando noceant. Dicẽdum est ẽt, ꝙ si talia respondentem admiserint, nonnullos sũt habituri ad iniuriã q̃ prõptissimos. nacti nanq; occasionẽ, quæcunq; voluerint efficiẽt. si vero aberrauerint, rem in fortunam reijciẽtes, supplicio se E liberabunt. Accusatori igitur ex huiusmodi rebus veniꝗ locus auferendus est: sicuti antea dictum est. Multorum malorum causæ, aduersariorum facinora ꝑ exaggerationes demonstranda sunt. Species igr̃ accusandi perficitur ex his partibus. Defendendi aũt species tribus pręceptis constat. Aut. n. defensori ostendendũ est se nihil eorum quorum accusat̃ patrauisse. aut si cogatur fateri, enitendum est vt gestum à se negotium, & legitimum, & iustũ, F & honestum, & publicę vtilitati vsui esse ostẽdat. si hoc autem ostendere nequiuerit, aut in imprudentiam aut in fortunam gesta negotia cõferens, & iacturas ab his profectas quam minimas oñdens, vt sibi ignoscatur operã dabit. Iniuriã aũt & ĩprudentiã & casum ita definias, qđ ex meditatione mali fit quippiã, id iniuriã ponere, inquiens oportere pœnas maximas ĩ hmõi reb⁹ ca-

Accusãdi ꝓcepta.

Defendẽdi ꝓcepta.

G pere. quod vero per ignorātiam detrimenti quid agitur, imprudentiam esse dicēdum est. quod autem non sponte, sed aliena potius vi aut fortuna quadā nihil eorum quę rectis consilijs administrata sunt perficit, casum esse ponēdum est. dicitoq; iniuriam inferre, malorum esse hominum proprium: imprudenter vero delinquere, & circa rem gerendam aduersam fortunam pati, nō esse sibi priuatim modo, sed commune & ipsorū iudicum, & aliorum quorunq; hominum. Coa-
H ctus autem ex huiusmodi causis quid fateri, vt tibi ignoscat precabere, & vt per imprudentiam casumq; delinquere tibi cum auditoribus ipsis commune esse ostēdas, studebis. Oportet autem defensorem vndiq; intueri quibus in criminib⁹ leges supplicia iussere. Iudices vero ipsi pecunijs puniunt. Et cū lex supplicia iusserit, demonstrandum erit aut omnino nihil patrauisse, aut legitime iusteq; fecisse. cū iudices vero constituti fuerint punitionis
I ęstimatores, rursus eodem modo haud dicēdum est ꝙ hæc nō egerit, sed elaborandum est potius vt ostendat se paruo detrimento aduersarium affecisse, & inuitum deliquisse. Ex his igitur atque similibus accusando, defendendoq; verba suppeditabimus: reliquum est vt iam quæstionis speciem pertractemus.

De Quæstione. Cap. 5.

VT igitur summatim dixerim, qō est voluntatū vel rerum verborumve adinuicem aut ad aliam dissentientē vitam demōstratio. Oportet autem quærētē quærere sicubi aut verbū ei⁹ quē quęret, aut actiones aut volūtates inter se discrepant. preceptū vero hoc sit. Cōsiderandū erit in pręterito tpe, si cui qs antea amicus cū esset, rursum inimicus, & iterū huic ipsi amicus effectus fuerit, aut aliud quid cōtrariū, aut quod petulātiā & flagitiū ferat, gesserit, gestu- L
rusve sit, siqū ipsi detur occasio, quod anteactis rebus eius contrarium sit. identidem quoq; intuere, siquid dicendo cōtrarium nūc ījs dicit, ꝗ prius ab eo dicta fuerint, aut si quid ījs quæ dñr, aut quæ antea dicta sunt, contrariū dixerit. Eodemq; mō si quid dicere voluit ījs contrariū ꝗ ab ipso ante dicta sunt, aut velit opportunitate oblata: identidē vero assumendę sunt ēt ad alia pręclara studia eius qui quęrit vitæ M
cōtrarietates. Quærēdi ergo speciē si hoc pacto tractaris, nullū relinques quęstionis modū. Harū aūt oīum specierū, quas superius partiti sumus, oportet ēt diuisim qualibet pro cōmodo vti, & vnā ipsarum proprietates cōmiscere. hæ nanq; dñas habent maximas. enimuero communis earū est adinuicem vsus, & idem quod & hominum spēs patiuntur. namq; partim similes sunt, partim

A partim vero dissimiles tũ aspectibus, tum etiam sensibus. Sic autem determinatis speciebus, rursum quibus indigent, cõiter enumerabimus, & quomodo his vti conueniat quæremus.

Quæ communia sunt omnibus generibus. Cap. 6.

PRimum igitur & iustum, & legitimum, & vtile, & honestum, & iocundum, reliquaq; deinceps, quemadmodum ab initio sum partitus, speciebus omnibus sunt cõmunia]: B veruntamen in suadendo maxime his vtimur. Secundo autem loco amplificationes extenuationesq; præ cæteris omnibus vtiles sunt. harum vero vsus in laudem ac vituperationem maxime cadunt. Demum autẽ ꝓbationes sunt, quibus & si circa omnes causarum partes vtendũ est, in accusationibus tamen defensionibusq; quàm vtilissimæ sunt. his nanq; plurimæ controuersiæ indigent. Sunt præterea C & prçoccupationes, & postulata, & iterationes, & orationis ꝓlixitas, & prolixitatis modus, & breuitas, & interpretatio. hæc enim & his similia specieb⁹ oĩbus sunt communia. Quoniam igitur de iustis & legitimis, ac de his similibus prius determinauimus, & eorum vsum enarrauimus, & de amplificationibus quoque extenuationibusque diximus, iam de alijs declarabimus.

De Probationibus. Cap. 7. D

VT igitur à probationibus primũ incipiamus, duo sunt earum genera. fiunt enim aliæ quidem ex ipsis verbis & negotijs & hoĩbus, aliç vero oppositæ sunt ijs quæq; dicũtur, & quæ geruntur. nam icota, & exempla, & coniecturæ, & cõmentationes, & sententiæ, & signa, & argumenta, & probationes ex ipsis verbis & hominib⁹ & negotijs sunt: appositæ autẽ ꝓbationes, testes, iuramẽta, & quæstiones existunt. Opus est autem harum vnamquanq; ꝓbationum intelligere qualis sit, E & vnde idonea in eam verba abunde nobis suppetent, & quid demum eæ inuicem differunt. εἰκὸς igitur, quod probabilem propositionem dicimus, illud ẽ ꝙ cum dixeris auditoribus, in mentibus eius exempla tenent. Dico aũt, veluti si quis inquiat velle patriam magnam esse, & necessarios rebus secundis vti, aduersis autẽ inimicos. atq; his similia summatim ꝓbabilia videantur. Quilibet enim auditorũ qui huiusmodi desiderijs teneatur, ipse sibi de hisce deq; silibus rebus conscius est. quamob F rem hoc nobis in dicendo semper suadendum est, si rei de qua loquimur, conscios auditores ꝑceperimus. hisce enim reb⁹ par est credere eos maxime. Vis ergo Probabilis est huiusmodi: ipsum vero in tres distribuemus species, vna quidem est quç eas pertur-

εἰκὸς ꝓbabile, i. quid.

G pturbationes accusando aut defendendo verbis comprehēdit, quibus homines natura afficiũtur: veluti si quem aliqui flocci penderint, aut timuerint, aut eādem rem sæpissime fecerint, aut iterum voluptate vel dolore vel libidine affecti fuerint, aut cupi di vacarint, aut diuitijs abũdarint, aut aliam huiusmodi pturbationē siue animis, siue corporibus, siue aliquo illorum sensuum, quibus homines afficiuntur, passi fuerint. hęc nāq; & his
H similia, quę communes sunt humani ingenij pturbationes, auditoribus nota sunt. Quæ igitur s͠m naturam hominibus fieri cōsueuere, quæq; dicendo comprehendenda dicimus, sunt huiusmodi. Altera vero pbabilis pars est mos, quem pro cōsuetudine singuli facimus. Tertia vero species lucrum est. nam sæpe lucrādi gratia naturæ vim adferentes consulto mores inducimus. His autem ita determinatis in suadēdo quidem ac dissuadendo de-
I monstrare pro quęsitis oportet, vt hoc negotium ad quod ipsi exhortamur, vl' cui aduersamur, ita sit sicuti à nobis dicit̃, vel vt ea quæ huic negotio similia sũt, hoc modo fiant quo nos dicimus, aut plurima, aut omnia. Contra res igitur hoc pacto probabile est capiendum. Contra homines vero, in accusationib⁹ quidem, si potueris, demonstrabis aduersarium hoc idem negotium sæpe antea patrauisse, sin id minus poteris, huic similia de- K
monstrato. ostēdere autem elabora, ꝙ hæc facere conducibile ei fuerat. hominum autem plurimi qm̃ ipsi vtile omnibus rebus anteponunt, itidem etiam alios omnia gerere huius genera facile putant. siquidem igitur ab ipsis aduersarijs probabile capere potueris, ita illud īducito. sin id minus quiueris, à similibus tibi quæ homines consueuere, inferēda sunt. Dico autem, vt huiusmodi: iuuenis est quem accusas, L
quæ ij, qui id ætatis sunt agunt, hæc ipsum fecisse dicito. Nā pro similitudine etiam, quæ aduersus hunc dicuntur, facillime creduntur. Eodemq; modo si eius socios tales ostenderis, qualem hunc esse dicis. Etenim ob eam quæ huic cum illis consuetudo est, videbitur ijsdem reb⁹ indulgere, quibus amici solent. Itaq; probabile accusatoribus hoc pacto tractandum est. Defensores autem maxime ostendant oportet, vt minime prorsus omnium M
quicquam antea earum rerum quarum insimulantur, neq; ipsi neq; amicorum aliquis, neq; ipsorum similium quis vnquam egerit, vtq; nihil in ijs vtilitatis cōsequi potuisset. Quòd si liquidum sit hoc idem te antea patrauisse, causam in ætatem rejcies, & aliquam huiusmodi aliā afferes causam, qua tunc non absurde erraueris. Dic autem nec ea tempestate, dum hæc gesseras, conduxisse tibi, nec etiam nunc con-

A conducere potuisse. Sin autem nihil huiusmodi abs te patratũ sit: sed ex tuis amicis aliq talia quædam fecerint, dicendum est haudquaquam iustum eẽ te ab illis calumnia affici, eritq; demõstrãdum, eorum socios qui tibi consuetudine iuncti sint, & moderatos & honestos eẽ. sic enim insimulationem ambiguam reddes. Quòd si similiũ aliquos demonstrarint eadem patrauisse, absurdũ esse inquies, si propterea q alij quidam deliquisse B appareant, creditum eant te eorũ aliquid quibus in iudicium arcesseris, factitasse. Siquidem igr̃ inficiatus fueris haud ea fecisse quorum accusaris, sic te per probabilia respondere oportet. ita nanq; accusationis verisimilitudinem infirmabis. Si vero fateri compellaris, ex multorum consuetudine similitudinem negotijs tuis vindica, q̃; maxime inquiens vt plurimi vel potius omnes & hoc & similia agant, sicuti etiam abs te factitatum sit. C Quòd si hoc d̃mõstrari nequeat confugiendũ est ad casum, & ad imprudentiã, & vt tibi ignoscat̃ enitendũ, omnesq; hoĩum ꝑturbatiões quibus rõne deficimur, complectendæ: hæ autem sunt amor, ira, vinolentia, ambitio, & ijs similia. Itaq; ijs p̃ceptis ꝓbabile pulcherrime tractabim⁹.

De Exemplis. *Cap.* 8.

EXempla autẽ sunt res his quæ factæ sunt similes, & his de quibus nunc loquimur contrariæ. Iis vero vtendũ D est, cum quod ipse affirmas, vbi minus verisimile sit, id te perspicuum facturum dicas, nã si minus fidei per probabile præstet̃, vbi didicerint rem aliam ei similem de qua loqueris, ita habuisse vt à te dicitur, magis crediderint verbis tuis. Sunt autem exẽplorum duo genera: res nanque partim ratione, partim præter rationem fiunt. quæ vero ratione fiunt, facile credũtur: quę autem præter rationẽ, non credun E tur. Dico autem sicuti si quis ait diuites esse pauperibus iustiores, adducitq; iustas aliquas virorum diuitum actiones, huiuscemodi exempla ſm rationem videntur esse: plurimi enim putant diuites pauperibus iustiores. Quòd si quis rursus enũtiet diuitum quosdam ob pecunias iniuriam intulisse, eo vsus exemplo quod pręter rationẽ sit, plane efficiat, quo locupletibus fidei minus adhibeatur. Identidẽ etiam, siquis earum rerum exẽ F plum afferat quę rationi similes sunt. Quoniam Lacedæmonij qñq; aut Athenienses freti eẽnt magna sociorum manu, hostes expugnauere, & sic auditorib⁹ suadet socios multos esse faciundos. Huiusmodi ergo exempla ſm rationem sunt. omnes enim existimant in bellis multitudinem non parum momẽti ad victoriam ferre. Si quis autẽ ostendere voluerit non hanc esse vincendi causam, earum rerum vtatur

G tur exemplis, quæ præter rationem factæ fuerint, inquiens. Vt Athenarum exules cum quinquaginta primum viris duntaxat, & tribu assumpta etiã aduersus eos qui admodum plures in vrbe fuerant, quanquam Lacedæmonijs socijs vtebãtur, bello in vrbem rediere. Thebani autem Lacedæmonijs atq; omnib⁹ prope Peloponnesiis in Bæotiã impetum facientibus, hi soli ad Leuctra commisso prælio, Lacedæmoniorum vires perfregere.

H Dion vero Syracusanus cũ militibus tribus millibus Syracusas nauigans, Dionysium longe maiore vi fretum debellauit. Itidẽ autem & Corinthij cum in Syracusanorum auxilium nouem triremibus issent, Carthaginenses qui centum, & quinquaginta nauibus in Syracusanorum portus applicuissent, atq; vrbẽ omnem præter arcem haberent, nihilo tamẽ minus expugnauere. Summatim vero hęc atque ijs si-

I milia, quæ præter rationem sint gesta, ea in consultationes improbare consueuere quæ pro ratione fiunt. Exemplorum igitur natura est huiuscemodi. Ijs vero vtroq; modo vtẽdum est. Nam cum res quæ ratione fiunt dixerimus, ostendemus vt plurimũ hoc pacto negotia perfici. Cùm autem quæ præter rationẽ fiunt loquimur, asseremus quæcunq; temeritate videntur facta, rectissimo fine conclusa. Cum aduersa autem hæc dixerint, oportet ostendere hæc perinde ac fortu- K nato casu aliquo accidisse: eritq; dicendum eiusmodi res q; rarissime contigisse: quæ vero à te narrarentur, q; sæpissime. Exẽplis igit̃ ita vti cõuenit. Enimuero cum ea quæ nulla ratione sunt facta, in medium attulerimus, opus est eorum quamplurima complectamur, dicamusq; nihil ea magis quàm hæc fieri consueuisse. Exemplis vero non ex ijs solum, verumetiam ex cõtrarijs est vtendum: sicuti si ostẽderis auare quosdam vsos socijs, L & propterea ipsorum solutam amicitiam, & asseras, Nos vero si ęqualiter ac pro commodis erga ipsos rem gesserimus, societatem multum temporis conseruabimus. & iterum, si quos alios, quoniã imparati descendissent in bellum, deuictos superatosq; ostendas, ita dixeris, si instructi bellum aggredi voluerimus, meliores certe spes de victoria habuerimus. Multa vero assumes exempla tum ex pręteritis, tum M etiam ex instantibus negotijs: plurimæ nanq; res partim similes partim dissimiles inuicem sunt, quam ob rem ob id causæ exemplis abundabimus, & quæ ab alijs dicuntur, haud difficile refellemus. Exemplorum ergo genera, & quomodo ijs vti oporteat, & vnde multa capienda sunt, ex antedictis cognoscere possumus.

A De Coniecturis. Cap. 9.

COniecturę autem sunt, q̄cunq; hisce rebus de quibus omnis habet̄ dictio repugnarint, & quibus ipsa sibi oratio aduersatur. auditorū.n. plurimi ijs cōtrarietatibus, quę dicendo agendoue contingunt, coniectant sani inesse nihil neq; in dictis, neq; in factis quidem. Multas autem capies coniecturas, intuens siue ipsa, siue aduersarij contradicit oratio, siue res ipsa est dictioni contraria. Con-B iecturæ igitur huiusmodi sunt, & ita vti vbertim poteris.

De Commentationibus. Cap. 10.

COmmētationes vero sunt non eæ modo quę orationi atq; negotio aduersantur, sed & alijs rebus omnibus. Assumes autē multas, easq; tractabis, quemadmodum in quærendi specie dictum est. Considerabis etiam sicubi ipsa sibi dissentit oratio, aut si gesta negotia iustis, aut legi, aut vtili, aut hone-C sto, aut possibili, aut facili, aut ꝓbabili, aut mori dicentis, aut rerum cōsuetudini aduersatur. huiusmodi igitur commētationes sunt contra aduersarios assumēdæ. His vero contrariæ pro nobis dicendæ sunt: quippe qui ostendamus & negotia & verba nostra iniustis, & ex legibus, & inutilibus, & improborum hominum moribus, & summatim ijs qui nequam censentur, maxime aduersari, Oportet autem harum singulas breuiter & nominibus quā paucissimis eloqui. D Commētationib⁹ igit̄ hoc modo copiosissime vti, optimeq; poterimus.

De Sententia. Cap. 11.

SEntētia vero (vt summatim dicam) est aduersus res omnes opinionis propriæ declaratio. Sententiarum autem duo genera sunt: alterum quidē credibile, alterum vero incredibile. Cum ergo credibile dixeris, nullæ sunt reddendæ causæ. E nam neq; quod dicitur ignoratur, neq; non creditur quidem. Cum vero incredibile dixeris, causæ paucis sunt dicendæ, vt & dicacitatem & incredulitatē effugias. Sententiæ autem eæ semper afferendæ sunt, quæ sint rebus præsentibus quàm cōsentaneæ: ne quod dicitur, incōcinnum, violentumve appareat. Eas autem multas faciemus, aut ex propria natura, aut ex superlatione, aut ex similitudine. Sen- F tentię autem ex propria natura huiusmodi sunt. Nemo mea sententia rerum imperitus grauis imperator esse potest. Altera autem talis est. Prudentium virorum certe est ex rerum præteritarum exemplis operam dare, vt inconsulta effugiant errata. Ex propria igitur natura huiusmodi sententias faciemus. Ex superlatione vero tales. Acerbiora mihi videntur fures quàm latrones admittere. nam hic clanculū hi vero palam pecunias eripiūt.

Sen tētiæ ex ꝓpria natura.

Ex superlatione.

Senten-

G Sententias igitur ex superlatione hoc modo multas faciemus. Ex similitudine autem sunt huiusmodi. Qui pecunias auferũt, idem faciunt mea sententia, q̃d hi solent qui vrbes produ͂t: vtrique enim crediti iniuria credentes afficiunt. Alia vero huiusmodi est. Videntur mihi aduersarij tyrannos plane imitari. nam etiam illi, quarum ipsi rerum iniurias alijs faciũt, pœnas dare indignum putãt: quæ autem alijs crimini dant, vehementissime
H horum causa illos cruciant. & hi si quidẽ ipsi aliqd mihi debent, haud reddunt: si quid vero ijs ego debeo, & id & fœnora restitui sibi decere arbitrantur. Sententijs igitur ita tractando affatim abundabimus.

De Signo. Cap. 12.

Signum vero est alterius aliud, non quoduis cuiusuis, neq; omnis omne, sed quod aut ante fuerit, aut in ipso negotio, aut post fieri cõsueuerit. Est
I autem signum, & factum, non facti solum, sed & non facti. idẽtidem vero & non factum nõ solum non facti, verum & facti. Signa vero efficiunt alia quidem opinionem, alia vero sciẽtiam. Id autem pulcherrimum est, q̃d scientiam efficit: secundo autem loco quod opinionem maxime verisimilem operatur. Signorũ autem copia nobis vbertim erit (vt summatim dicam) ex eorum singulis quæ dicuntur, quæ geruntur, quæ videntur, pro vnoquoq; assumẽdo tum ex magni- K
tudine tum ex paruitate eorum quæ nobis mala bonave contingunt: item ex testimonijs, ex testificatis: ex nostris, ex aduersariorum fautoribus, ex ipsis illis, ex prouocationibus, ex temporibus, ex alijs multis. Hinc igitur signorum multitudine abundabimus.

De argumento. Cap. 13.

Argumentum autem est (sic enim Elenchon inter- L
pretamur) quod aliter habere non potest, atq; ipsi dicimus. Assumitur autem ex natura necessarij, vt nos dicimus, aut aduersarius: & ex ijs quæ natura fieri aut possunt, aut non possunt, sicuti aduersarij dicunt. Natura igitur necessarium est, sicuti vivos cibis indigere, & ijs similia. Vt vero nos dicimus, necessarium est affectos verberib⁹ ea confiteri quæ cædentes iussērint. Natura autem fieri non potest puellum argenti tãtum fur- M
to subripuisse, quantũ ferre nequeat, & id ferentem abijsse. Vt autem aduersarius dicat, fieri non poterit, si quidem dixerit quibus temporibus Athenis debiti tabellas nos fecisse: ipsi autem possumus auditoribus demonstrare, vt ea tempestate ad aliam quandam vrbem abieramus. Argumenta igitur ex ijs atque similibus faciemus. Prorsus vero & ex ipsa conditione, & ex negotijs, & ex alijs probationes omnes transegimus. Consideremus

A deremus etiam quid item inuicem eæ differunt.

De probabili, & differentijs supradictorum. Cap. 14.

PRobabile igitur ab exemplo hoc differt, ꝙ probabilis ipsi auditores notionẽ habent, exempla vero ex cõtrarijs & ex similib⁹ fieri possunt. coniecturæ autem solùm ex dictionibus actionibusq́; contrarijs constant. Verum commentatio à coniectura hanc habet dif-
B ferentiam, ꝙ coniectura quidẽ circa dictionem actionemq́; cõtrarietas quædam est, commentatio vero & circa reliquas species contrarietates excipit: aut ꝙ & coniecturam non est in nobis assumere, nisi circa res & verba repugnantia quædam fuerit, commentatio vero è multis locis trahi dicendo potest. Sententię autem à commentationibus differunt, ꝙ eę solum ex contrarijs constant: sententias vero & cum repugnãtijs & simpliciter
C ipsas ſm sese ostẽdere possum⁹. Signa autem à sententijs, & ab omnibus antedictis hanc habet differentiam, ꝙ reliqua quidem omnia opinionem faciunt apud auditores: signorum autem quædam vt etiam perspicue hi cognoscant efficiunt, item ꝙ ex reliquis nequaquam contigerit, vt ipsi plurima suppeditare possimus: signa vero plurima facile queunt fieri. Item & argumentum à signo hanc habet differentiam, ꝙ signorum quidẽ aliqua D opinionem duntaxat faciunt apud auditores, argumentum autem omnem veritatem iudices edocet. Verborum igitur rerũq́; probationes eiusmodi sunt, & vnde his abundemus, quidq́; inter se differunt, possumus ex antedictis cognoscere: quæ autem opponuntur eis, singillatim percurramus. Opinio ergo dicentis est suam aduersus negotia declarare sentẽtiam. Opus autem est earum se rerum de quibus orationem habuerit, peritum esse E ostendat, demonstretq́; sibi conducere non mediocriter vt veritatem de his loquatur: aduersarium vero demonstret nullam prorsus de quibus contra enuntiet, tenere peritiam, opinionẽq́; identidem ostendat. Sin hoc fieri nequiuerit, dicendum erit solere etiam rerum peritos errare nonnunquam. Si hoc autem dici nequeat, dicetur perniciosum aduersarijs eẽ de hisce rebus veritatem loqui. Itaq; hoc modo dicentis opinionibus vtemur, & nostra asserendo, & aduersarijs contradicendo. F

De testimonio, & Testibus. Cap. 15.

TEstimonium vero est rei cognitæ voluntaria confessio. Necesse autem est aut verisimile testificatum esse, aut non verisimile, aut ad credendum ambiguum. Eodẽ quoque modo testem aut probabilem, aut improbabilem, aut ambiguum esse. Cum ergo testificatum

G catum verisimile fuerit, & testis verax, testimonia epilogis minime indigent, ni fortasse decoris gratia, vel sententia, vel cōmentatione vti paucis volueris. Cū testis autem suspectus fuerit, demonstrandum erit vt neq; gratia neq; cruciatu neq; lucro aliquo hic mendacij quicquam testificaretur. Docendum est etiā neq; conducere quidem mendosum testimonium. nam & vtilitates paruas eē, & argui difficillimum: pręsertim cum deprehē-
H sum non solum argento, verum & gloriæ & perfidiæ pœna leges plectendum volunt. De testium igitur fide ita loquemur.

Qūo testi^{bus} cōtradicēdum.

Ii autem qui testimonio contradicūt, oportet testis moribus detrahant, si improbus fuerit, aut testificatum quęrendum esse dicant si minus probabilitatis habuerit, aut horum vtriq; contra dicant, & in vnū omnia aduersariorum vitia flagitiaq; congerant. Considerandum est etiam an testis ei cui testimonium dicit, amicus est, aut si secum nego-
I tij alicunde est particeps, aut si ei quem contra testificatur, inimicus est, aut pauper. hi etenim alij gratia, alij cruciatu, alij lucro mendacij suspicioni obnoxij testificando existunt, & falsorum testium legem de his legumlatorem tulisse inquiemus. Proinde absurdum esse dicemus, quibus legumlator nō crediderit, iudices qui s͠m leges iudicare iurati sunt, testibus ipsis credant. Hoc igitur modo testium fidem infir- K
mabimus. Poterimus autem & testimonium imprudētibus aduersarijs nostris subducere, hoc pacto: Dic mihi ò Callicle testimonium. Per Deos immortales nullo modo sum dicturus. nam me prohibente hæc gesta ab hoc sunt. & ob id in ferenda sententia falsus testis falsi testimonij pœnę non erit obnoxius. Cum igitur testimonium subducere nobis conduxerit, sic eo vtemur. quòd si aduersarij tale quid fecerint, demonstrabimus L
eorum versutiam, & scriptis testimonium dicere iubebimus. Quomodo igitur & testibus & testimonijs vti conueniat, ex his sciemus.

De Quæstione. Cap. 16.

QVæstio vero est inuita conscij hominis confessio. Cum nobis igitur vtile fuerit eam vehementem efficere, dicēdum erit vt priuatim quidem homines de valde necessarijs, ciuitates autem de maximis rebus ex quęstionibus ꝓ-
bationes capiūt, quodq; certior M
testibus est quæstio. nā testibus mentiri conducit sæpe: quibus autem quæstiones admotæ sint, veritatem loqui plurimum vtilitatis affert. sic enim cruciatu celerrime liberantur. Cum vero quæstiones improbare volueris primum quidem dicēdum erit vt quæstionibus cruciati, ijs à quibus traditi sunt, hostes fiunt, & propterea nonnihil in heros mentiuntur

A mentiuntur: deinde q̃ quærentibus plerunq; non vera confitentur, quo maturius doloribus sese eximant. Erit etiam demonstrandum nonnullos liberos homines, quo celerius supplicium effugerent, aduersum semetipsos tormentis affectos ementitos. Quamobrem magis consentaneum esse seruos aduersus dominos, quo suum effugiant cruciatum, ementiri, quàm multos dolores & corporibus, & animis tolerare, quo cæteri nihil B mali patiantur, vbi mentiri ipsi voluerint. Quæstiones igitur ex his atq; horum similibus probabiles & improbabiles constituemus.

De Iureiurando. Cap. 17.

IVsiurandum est cum diuina veneratione dictio probationis expers. Cùm igitur augere ipsum voluerimus, ita dicendum erit. Nemo certe peierare vellet, cum diuini supplicij metu, tum decoris apud homines, eritq; subdendum, latere homi- C nes posse, Deos autem non posse. Cum aduersarij vero ad iusiurandum confugerint, si extenuare id voluerimus, demonstrandum erit eorundem esse hominum vt male agant, & peierare nõ curent. nam qui facinorosus Deos latere putat, hic neque peierãs supplicium se ire sortitum putat. Et iusiurandum quidem eodẽ modo, quo etiam reliqua antedicta tractauimus, plane dicendo nobis suppetere. Summatim autem omnes probationes, D quemadmodum proposuimus, iam percurrimus, dedimusque non eam vim solum, quam earum quælibet haberet, verumetiam quid inter se differunt, & quo pacto his vti conueniat, ostendimus. Nunc autem edocebimus de reliquis partibus, quę & trium specierum sunt, & in omnem orationem plurimum decoris & vtilitatis adferunt.

De Præoccupatione. Cap. 18.

PRæoccupatio igitur est, E qua & auditorum existimationes, & eorũ qui contradicturi sunt verba præuenientes obuias difficultates remouebimus. Auditorum autem existimationes hoc sunt modo præ occupandę. Admirantur autem aliqui fortasse vestrum, quòd ipse iuuenis ita de rebus magnis verba facere aggressus fuerim. & rursum. Nemo sese mihi difficilem obuiam offerat, quòd de his sim vobis rebus consultaturus, de quibus alij quidam auda F cter apud vos eloqui cunctantur. Quæ igitur moleste auditores laturi sunt, sic præoccupãdo, causas feras oportet, quibus recte facere consultando videare: vtpote qui demonstres oratorum inopiam, periculorum magnitudinem, aut publicam vtilitatem, aut aliam huiusmodi causam, qua auditorum indignationem soluturus sis. Quòd si nihilominus auditores turbentur,

In deliberatiuo genere.

G breuiter dicendum est, vel tanquam in sentētiæ velut in commentationis figura, quarum omnium absurdissimum venire quidem tanquam ea hisce de rebus cōsulturos quę optima sint. nunc autem quādoquidem volunt eos audire qui sententiam dicunt, arbitrari pulchre consulere posse. & rursum honestum est, aut ipsos assurgentes sententiam dicere, aut dicentes audire quæcunque ex suffragijs facere ipsi censuerint. Deliberatiuo igi-
H tur in genere sic est & præoccupationibus vtendum, & tumultibus occurrendum. In iudiciali autem præoccupationibus vtemur, quemadmodum etiam in prædictis. Occurremus autē tumultibus, si quidē in orationum principijs fiāt, hoc modo. Nonne igitur absurdum est legumlatorem quidē iussisse duas orationes aduersariorum cuiq; reddēdas, vos autem iudices ex lege iudicare iureiurādo adstringi, deinde ne vnam quidem orationem audire velle, & eam quidem orationem quæ tantum cō-
I silij vim habet, vt in ea audienda rectissime sitis sententiam laturi: vos autem in his adeo negligentes esse, vt cum neque ipsa dictionum initia pertuleritis, iam omnia accuratissime didicisse existimetis? & alio modo, qui nō absurdus est. Legūlatorem quidem in pari sententiarū numero imperare reo victoriam dari: vos autem vsq; adeo

In iudiciali.

contra de ijs sentire, vt neque in simulationi reos respondentes K
audiatis: & illum quidem ob maius reorum periculum hanc ipsis prærogatiuam atque priuilegium inferendis sententijs impartiri: vos autem contra ijs qui vllo sine periculo accusatum veniunt, neque contētiosos neque pertinaces esse: eos vero qui cū metu periculoq; criminibus respondent, clamoribus corripere atque perterrere? Si quidem igitur in orationum initijs turbæ fiant, hoc pacto erit ijs occurrendum. Quòd si quid in dictionis L
progressu dicentem turbauerit, si quidem pauci quidē id agant, erunt hi corripiendi, dicendūq; ipsorum profecto esse iustitię vt sese nunc ad audiendum pstēt, ne alijs recte iudicandi impedimento sint: cum vero audierint, vt tunc quicquid libuerit faciant. Sin multitudo omnis tumultuetur, nō ipsos iudices, sed ipsum te corripias oportet. nam si illis molestus fueris, iram in te contrahes. si te vero accusaris, ac M
dixeris deliquisse, vt veniam cōsequare facile præstabis. Opus est etiam iudices deprecemur, vt nos dicentes benigne audiāt, & quarum rerum clam sententiam sunt laturi, iam perspicuā mentem ponant. Vt autem breuiter complectamur, turbis summatim occurremus, vel sententijs, vel commentationibus, ostēdemusq; perturbantes aut iusto aut legitimo, aut publico vtili,

aut

A aut honesto repugnare. ex hisce nanque maxima fit vt auditores à tumultibus acquiescant. Quomodo igitur præoccupationibus apud auditores vtendum sit, & quo pacto turbis occurrẽdum, ex antedictis cognoscem⁹. Quæ autem ab aduersarijs verisimiliter dici poterunt, rursum quomodo præuenienda sunt demonstrabo. Forteq; suam deflebit inopiam, cuius non ego quidem, sed huius mos erit causa. Et rursus, Audio ipsum & hoc

Qũo præoccupãda quę ab aduersarijs dici pñt.

B illudq; dicturum. In superiore ergo oratione, quæ aduersarij dicturi videantur, sic præoccupando & soluere & infirmare oportet. etenim tametsi firmissima sunt quorum insimulamur, non itidem magna ijs qui iam antea audierint, vidẽtur. Quòd si secundę in dicendo partes nobis datæ fuerint, & aduersarij quæ dicturi sumus præoccuparint, ea rursum contra anticipãdo, ita à nobis soluenda sunt. Hic autem nedum multa de me

C mentitus apud vos fuerit, sed certò sciens sese à me redargutũ iri, meam orationem occupando calumniæ dedit, ne ea quam oranti sibi præstiteratis, in me audiendo attentione sitis, vel ne ipse orationem habeam apud vos ob eam quã hic de me prius calumniam habuerit. sed plane puto oportere vos meam dictionem ex me ipso potius quàm ex aduersario meo cognoscere, & si hæc ab eo sunt prius dicendo in simulata, quas non mediocres

D dixerim esse cõiecturas, cum nihil nunc sani dictitare. Vtitur autem & Euripides in Philoctete pulcherrime hac specie hoc modo. Dicemus ipsi, licet & hic nostram putet iam perdidisse dictionem, suggerens iniuriam fecisse. verum ex me meas res disce, sese pandet hic de se loquens. Quemadmodum igitur præoccupationibus & erga iudices, & erga aduersarios sit vtendum, ex his sciemus.

De Postulatis. Cap. 19.

E Postulata vero in orationibus sunt, quæ ab auditoribus oratores postulant. horum autem alia sunt iusta, alia vero iniusta. Iustum quidem postulatum est, per quod ijs quę loquimur, attentionem præstari, ac benigne audiri petimus. Iniustum vero quo secundum leges nos iuuari, ac nihil præter leges in nos decerni, & casibus ignoscẽdum postulamus. Si quidem postulatum præter leges

F fuerit, iniustum, si vero secundũ leges fuerit, iustum dicitur. Postulata igitur sunt huiuscemodi: ipsorum autem differentias diuisimus, quò & iustum & iniustum postulatum dignoscentes, non inepte ijs vti possimus, & ne nos aduersarij lateant, cum iniustum quicquam à iudicibus flagitant. Et de ijs quidem & ex antedictis scire poterimus.

G De Iteratione. Cap. 20.

ITeratio autem est breuis admonitio. Ea vero vtendũ est tum circa partium tum circa totius orationis exitum. Iterabimus autem summatim, vel ratiocinando, vel interrogando, vel enumerando, vel eligendo. Ipsorum autem vnumquodque quale sit demonstrabo. Ratiocinari igitur est huiusmodi. Ambigo autem ipse quidem quid hi fecerint, nisi vos planè antea re-
H liquissent: arguebantur autem aduersus hanc vrbem nostram cum exercitu processisse: nihil vero eorum vnquam quæ spopondissent, factitarunt. Itaq; ratiocinari est huiusmodi. Enumerare autem tale est. Demonstraui autem ipsos qui priores societatem soluere, qui primum nos sunt adorti, quo tempore aduersus Lacedæmonios bellum gerebamus, quiq; maxime studere vrbem nostram in prędam vertere. enumerare igitur est huius-
I modi. Ex electione autem admonere est huiusmodi. Recordari oportet cõtigisse nobis, vt postea quam societatem cum ĳs iniuimus, nihil vnquam mali ab hostibus passi sumus. Nam cum sæpenumero nobis auxilio venissent, Lacedæmonios, qui nostrum agrum deuastarent, propulsarunt: multas etiam pecunias etiam hoc tempore ad nos deferunt. ex electione igitur hoc modo admonebimus, Ex interrogatione vero hoc modo. Libe- K
ter autem ex istis quærerẽ, quid vobis pro conuentis haud soluunt. neque enim indigentes se dicere audeant, quippe qui tantum pecuniarũ ex hoc solo quotannis accepisse demonstrẽtur. Neque dixerint quidem multũ æris circa rempub. consumpsisse. prorsus enim minores impensas, quàm reliqui omnes insulani pertulere. ex interrogationibus igitur hoc pacto tractabimus. Ex ironia vero, quam tum simulandi tum dissimulandi ca- L
uillationem vocamus, est cum aliud dicimus, & aliud dicere simulamus. Eius autem forma sit huiusmodi, vt in antedictis breuiter commorando persistam. Nequaquam vero dicere oportet, mea sententia, vt hi qui multa se bona factitasse prædicant, malis plurimis ciuitatem affecerint: nos vero qui ab ĳs ingratitudinis carpimur, & ĳs auxilio sæpe fuerimus, & iniuriam nemini intulerimus. Cum igitur aliquid simulamus omittere, eo quod breuiter dicimus, hoc pa- M
cto admonemus. Res vero contrarĳs nominibus appellare ita fit. Hi quidem probi viri multorum malorum socĳ extitere, nos autem ignaui plurimorum fuimus bonorum authores. Ex ĳs igitur breuiter admonentes iterationibus vtemur, & circa singularum partium & circa totius orationis exitum.

De

A De Facetijs, prolixitate orationis, breuitateque, ac earum medio. Cap. 21.

VNde autem facete dicendum, & pro arbitrio orationis prolixitate vtendum sit, rursus exponemus. Hic igitur facete dicendi locus est, si quidem commentationes totas medias ve dixerimus: ita vt qđ reliquum est, medium auditores ipsi comprehendãt, quo locis & sententijs vti conuenit. B Opus est autem in totam orationem facetias hasce dispartiam⁹, verbaq́ȝ commutemus, neqȝ easdem semper, in eandemq́ȝ sententiam frequentes afferamus: & hoc pacto nostra comis apparebit oratio. Qui vero dicendi ꝓlixitate vti voluerit, opus ē rem diuidat, & quæ qualibet in parte insint, quamq́ȝ naturã sapiant edoceat, eorumq́ȝ vsum omnem tum propriũ tum communem, & ipsas causas enarret. Quòd si longiorem quoqȝ voluerimus o- C rationem efficere, pluribus nominibus circa singula vtendum est: eritq́ȝ singulis in orationis partibus iterandum, & iterationem ipsam paucis absoluendũ: in fine vero orationis hæc omnia, de quibus sigillatim dixeras, cõgestim ponas, ac de rebus omnibus dicas conuenit. Hoc igitur modo prolixiores reddi orationes poterunt. Qui autem dicendi voluerit breuitate vti, oportet totum negotiũ vno vocabulo cõplectatur, & hoc ma- D xime quod in ipsa re breuissimum insit. Opus est etiam paucis vti copulis, plurima vero cõiungere: nominibus ita vti, vt vna dictio duabus seruiat reb⁹: eritq́ȝ frequens illa iteratio ē partibus amouenda, & in orationũ duntaxat finibus iterandum. Et hoc quidē modo breues poterimus orationes efficere. Quòd si mediocritate vti in dicendo volueris, partium maximas deligens, de hisce verba facias o- E portet. Est etiam medijs vtendum nominibus, quæ scilicet neque longissima, neque breuissima, neque multa de aliqua vna re sint, sed mediocria poti⁹. Oportet & epilogos ex intermedijs partibus neque omnino auferri, neque vbiqȝ rursum inferri. sed quæ maxime auditoribus nota esse volueris, in ijs maxime ad finem iterationibus vti conuenit. Ex hisce igitur quandocunque libuerit prolixitate vti in dicendo quibimus. Quòd si F facetam volueris orationem scribere, permaxime tibi obseruandum est vt verborum mores hominibus similes queas reddere. Id autem efficies, si qui magni, qui curiosi, qui mediocres sunt mores, consideraris. De ijs igitur poteris hac via cognoscere. De nominum vero compositione iam declarabimus, est enim etiam hoc apprime necessarium.

G De Nominum compositione. Cap. 22.

PRimùm igitur figuræ nominum sunt tres, simplex, composita, & translata. Eodem etiam modo positiones sunt tres: vna quidem quę in vocalem connexionibus terminat, & à vocali incipit. secunda vero quæ à muta incipiens, in mutā desinit. tertia autem quæ mutas vocalibus iungit. Item ordines sunt quatuor. quorum vnus similia nomina aut inuicem col-
H locat, aut dispergit: alius vero q eisdem rationibus vtitur, aut inuicem mutat: tertius vero qui vno multis ve nominibus rem appellat: quartus autem ordo est, quo gesta negotia nominamus aut præterimus. Quo autē pacto pulcherrimæ orationis filum texendum sit, nunc edocebimus.

De filo Orationis texendo. Cap. 23.

PRimum quidem interpretationē ipsam in duas par-
I tes distribuere, deinde conuenit dilucide dicere. In duas vero partes interpretationem distribuimus hisce modis. vno q ipse potest & hoc & aliud, secundo quòd hic quidem haud potest, alius autem potest. tertio q hic & hoc & aliud potest. quarto quòd neque ipse neque alius potest. quinto quòd ipse quidē potest, alter vero non potest. sexto quòd ipse quidem alterum potest, alius vero non potest alterum. horum autem vnūquodque ex hisce perspicies. Quòd etenim ipse potest & hoc & aliud, huiusmodi est. Ego autem non harum duntaxat rerum author vobis extiti, verū & Timotheo, qui aduersus vos esset expeditiones ducturus, impedimento fui. Quòd vero hic non potest, alter autem potest, tale est. Ipse quidem non potis est qui pro vobis legatione fungatur: hic vero qui Spartiatarum ciuitati amicus est, facillime apud eos quæ vultis queat efficere. Quòd hic au- L
tē potest & hoc & aliud, est huiusmodi. Non autem in bellis solum hic se robustissimum & fortissimum præstitit, sed & cōsiliis ciuium cedit nemini. Qđ autem neque ipse neque alius potest, tale est. Neque ipse parua munitus manu hostes queat, neque alius quispiam ciuium expugnare. Quod vero ille potest, ipse autem nequit, est huiusmodi. Nempe hic corporis valet viribus: ego vero sum corpore im- M
becillus. Quod autem ipse aliud potest, ille vero nō potest aliud, huiusmodi est equidem. Ipse qui clauo & gubernaculis præsim valeo, hic autem neque qui remo vtat potis est. Figuras igit interpretandi in duas partes facies, hoc modo: omnibus in rebus idem modus seruandus est. Quibus autem rebus dilucida tua reddatur oratio, id rursum est considerandum.

De

A *De Oratione dilucida.* Cap. 24.

PRimum igitur quodcunque dixeris proprijs suisq; nominib9 appella: & qcquid ambiguum fuerit, euitato. Caueas etiam oportet ne vocales deinceps ponas. Aduertendũ est præterea vt quos articulos vocant, oportune & apte loces. Item consideres opus est ne confusa sit, neque perturbata nominum compositio. talis enim oratio & obscura est, & cognitu difficilis. Coniunctionibus vero
B quascunque ante dixeris, consequentes reddito copulas. coniũctiones autem coniunctionibus reddere ita fit: ego quidem ad quid temporis dixerã, affui: tu autem quando te venturum dixeras, non venisti. Item cum eadem coniunctio consequens sit, tu etenim & illorum author extitisti, & horum author ipse tu. De coniunctionibus igitur dictum est, ex quibus licet & reliqua quæq; coniectari. Ipsa vero nominum structura neq; confu-
C sa neq; perturbata fieri debet. & confusa quidem est huiusmodi, sicuti cũ dixeris: Graue est hũc verberibus afficere. nam obscurum esset qui esset cædens. q; si ita dixeris, graue est hunc verberibus ab hoc affici, perspicuam reddes orationem. structurã igr̃ nominum confundere tale est. Vt autẽ aduertas quo pacto articuli ipsi tempestiue apteq; adduntur, ex hisce tibi liquidum fiet, οὗτος ὁ ἄνθρωπος τοῦτον τὸν ἄνθρωπον ἀδικεῖ. hic ipse D homo hunc ipsum hominem iniuria afficit. nunc enim interiecti articuli dilucidam faciunt dictionem, exempti vero obscurã apud Græcos efficient. Contingit autem & aliquando contrarium. Quæ igitur in articulis seruari conuenit, huiusmodi sunt. Vocales autem iuxta inuicẽ ponendæ nõ sunt, nisi aut aliter obscura reddatur oratio, aut replicatio quędam, aliave segregatio fiat. Ambigua vero fugere ita q- E bimus. quædam nomina diuersis seruiunt reb9: sicut ludus quẽ ludimus, & ludus schola. oportet autem in hmõi nominibus semper id complectamur, quod propriũ est significatũ, & dilucide quidem in nominibus, si hęc fecerimus, loquemur: ex superioribus vero pręceptis in duas partes interp̃tationes distribuem9.

De Contentionibus. Cap. 25.

DE contentionibus autẽ, & comparibus, & simili- F ter cadentibus iam dicere aggrediamur. nã & his quoq; nobis opus erit. Est igitur contẽtio quæ contrarium nomen simul & vim oppositis rebus habet, aut horum alterũ. Quę igitur contrarium nomen simul & vim habet, hmõi eẽ poterit. Nõ enim iuris est hunc meis rebus vsurpando locupletari, me vero meis priuatũ rebus paupie ita premi. Contentio vero nominib9 solis erit hmõi. det enim locu

G ples ac felix pauperi & egeno. Vi autem contentio hęc sit: Ego quidem hunc aduersa valetudine laborantem curaui, hic autē mihi maximorum author malorum extitit: nam hoc loco nō in nominibus, sed in ipsis rebus cōtrarietas est. Quæ ergo & vi & nomine contentio fuerit, ea erit longe pulcherrima, reliquę vero contentiones duæ sunt.

De Compari. *Cap.* 26.

COmpar autem est, quando duæ pares enunciantur
H clausulæ. Pares autem esse poterunt multæ etiam paruæ clausulæ paucis magnis, & pares magnitudine paribus numero. Figuram vero habet compar huiusmodi, aut propter pecuniarum inopiam, aut propter belli magnitudinem. hæ nanq; clausulæ neque similes neque contrariæ, sed tamen inuicem pares sunt.

De similiter cadente. *Cap.* 27.

SImiliter vero cadens est qd' compari quidem maius ē.
I non enim pares solum clausulas, verum & simile & similibus efficit verbis. est autem huiusmodi, quantum te docet orationis imitatio, tantum adsit delectationis machinatio. Maxime vero similes fieri oportet exitus dictionum. ijs nanque vel in primis efficitur similiter cadēs. Similes autem dictiones sunt ex similibus syllabis, in quib9 plurimæ literæ eædē sunt: sicuti mi

litibus nullis valet, & viribus K
multis caret. quæq; vero extra artem posita sunt, ea vltro idipsum demonstrabunt. Sed de his hactenus satis. etenim iustum & honestum & vtile reliquaq; & ipsa quæ sunt tenemus, & vnde his affluamus, ex antedictis plane cognoscimus. Eodem autem modo quæ sint amplificationes extenuationesq;, & ex quibus hæ locis desumantur intelligimus, identidem vero & præoccupationes, & postulata ab au-
ditorib9, & iterationes & face- L
tias, & orationum prolixitates, & ipsi9 interpretationis structuram omnem scim9, quas ob res communem omnium specierū vim atq; differentiam, ipsarūq; vsum omnem si ex antedictis tenuerim9, assuefecerim9 facile nos metipsos qui his omnibus pro artis præceptis exercitati abundemus, & adiumēti ex ipsis plurimum tum dicendo tum scribēdo consequamur. Igitur prꝙcepta causarum hoc pacto accura
tissime per partes destribueris. M
Vt autem pro vnaquaq; specie ad humani corporis effigiē verba locari conueniat, & quæ sint circa orationis partes obseruanda, & quomodo hisce partibus sit vtendum, rursum ostendam. De exordijs igitur dicendum est prius, ea vero septem speciebus cōmunia sunt, & oībus in negocijs congrue dici poterūt.

De

A *De exordijs in deliberatiuo causarum genere. Cap. 28.*

EXordium est (vt compēdio dixerim) oratio quędam q̃ rebus ijs de quib⁹ reliqua futura est dictio, summatim expositis, auditorum animos ad attentionē idonee, & quo ad fieri dicendo pōt, ad beneuolentiam nobis comparat. hęc.n. per exordium præstari cōuenit. Qũo autē eo vtamur, primũ quidē deliberatiuo in genere, & in suadēdi specie ostendã. Cũ rem igitur

Docilitas

B auditoribus proponere, ac liquidam facere voluerimus, fieri poterit hoc modo. Surrexi, vt quo pacto pro Syracusanis bellãdũ sit consulam. vel hoc modo. Surrexi, vt quid sentiam dicam, qui non deceat nos Syracusanis auxilium ferre. Hoc igitur modo summatim rem exponem⁹. Qui

Attẽtio.

vero ad attentionē exhortemur, scire ex hisce poterim⁹, si nos ipsi animaduerterimus quib⁹, & verbis & reb⁹ ad audiēdam sententiam attenti sumus. Nempe his sum⁹ attenti, cum de magnis

C vel terribilibus vel ad nos pertinentibus reb⁹ consultamus, aut cum orantes ipsi demonstraturos se dixerint iusta illa esse & honesta & vtilia & facilia & vera, ad quæ nos gerenda exhortãtur, aut cũ nos rogauerint se attēte audiam⁹. Quemadmodũ igitur ipsi alijs solem⁹, ita & nos, si quæ ex præmissis commodissima in præsentem rem fuerint delegerim⁹, eaq; auditoribus perspicua reddiderim⁹, eos nobis at D tentos faciem⁹. Ad attentionem igitur ex his auditores exhortamur. Beneuolentiam vero comparabim⁹, si cōsiderauerim⁹ primum quo ĩ nos animo ipsi sint, beneuolone an infesto, aut neq; bono neq; malo. Si beneuoli ergo fuerint, de beneuolentia dicere superuacaneum cedat. Verum si omnino id facere voluerimus oportet paucis cũ dissimulatione quadam id fieri, hoc modo. Quanta sit mea in hanc vrbem beneuolentia, vt quę sæpenumero suasu meo quę factu essent vtilia gesseritis, & qua me præterea ad cōia cōmoda prębeo iustitia, quippe qui publicarum magis q̃ priuatarum mihi rerũ habendam rationem cēsuerim, nequaquam à me dici op⁹ existimo. hoc.n. vobis perspicuum ē & cognitum. verum q & nunc, si fidem adhibere mihi volueritis, consuletis in rem pulcherrime, hac de re vt vos edoceam dabo operã. Hoc igitur modo eos qui bono sunt in nos animo, in consultationibus beneuolentiæ admonebimus. si vero auditores neq; nobis ĩfesti sunt, neq; beneuoli, dicendũ est & iustũ esse, & conducibile, eos his ciuib⁹ beneuolos fieri, qui nullum sui dederunt experimentum. deinde oportet laude auditores demulcere, q iuste & grauiter quæ dicũtur iudicare consueuerint. itē & extenuationes afferendę: sicuti si dicatur, Surrexi non tam vl

Beneuolētia.

E

F

la di

G la dicendi vi elegantiaue confisus, q existimās ea à me narrari, quæ ad cōmunem vtilitatem cōmodumq; accedant. Cū igitur auditores neq; à nobis alieni, neque beneuoli nobis sunt, ex huiusmodi rebus beneuolentia captabitur. sin aūt calūniç obnoxij apud auditores fuerint, necesse est aut ipsos in sese, aut res de quibus dicunt, aut ipsam demū orationem calumnias cōtinere. Hæ aūt calumniæ aut ex pręsenti aut ex præterito tempore tra-
H huntur. Ex præterito quidē tēpore, si qua improbitatis suspicio de aliquo habeatur, primū in auditores pōccupatione vtendum est, atq; dicēdum ita. Neq; ipse quidē ignar⁹ sum me apud vos calumnia affectum esse, sed omnem ego de me insimulationem falsam esse demonstrabo. Postea summatim enumerando in exordijs dicēdum erit, si quid in rē tuā orone cōplecti queas, & aut vituperanda iudicia. ne-
I cesse.n.est siue publice, siue priuatim calumnia de quopiam facta sit, vel esse vel fore iudiciū, vel nolle accusatores iudiciū sumere: eritq; dicendum vt iudicatū iniuste fuerit, quodq; inimice nobis homines nocuerint: aut si minus hoc verisimile visum fuerit, dicendum erit satis id esse debere, quod minus tunc ex sentētia nobis cesserit: iniustum autē esse, cū res iudicatæ iam fuerint, rursum easdē calumniari. Si vero celebre sit iudicium futurū, te paratum plane dicito, qui ad K
insimulatiōes ī hoc ipso pulcherrimo consessu respondeas, & si quid aduersus Rempub. per iniuriam patrauisse demonstreris, te morte multatum iri. Sin autē accusatores minus in causa persistant, eadem oportet vti coniectura, quoniam falsam de nobis calumniam detulissent. desistunt causa. non enim consentaneum videbitur nolle eos iudicium capere, qui veram accusationem detulerint. Vsque vero in calumnias acerrime est inue- L
hendum, dicendūq; quàm trux & cōmunis & multorum malorum causa. Ostendatur quoque oportet permultos iam iniuste per calumniam perisse. Item monendum, stultum esse, eos qui de republica consultant, non quæ ab omnibus dicuntur audire: & quod vtile sit animo volutare, sed aliquorum insinuationibus commoueri. Commonefacias aūt atq; pollicearis oportet, ea te de quib⁹ cōsulere M
sis pollicit⁹, & iusta, & vtilia, & honesta demonstraturum. Eos igitur, quorum ex præterito tēpore calumnia delata sit, conuenit hoc pacto insimulationes in consultationibus soluere. Ex pręsenti vero tēpore oratoribus calumniā solet afferre primū quidem ętas ipsa. nam siue omnino iuuenis siue senior concionatur, auditores moleste ferunt. Huic enim nondum incipere, illi vero iam quiescere decorum esse putant.

A tant. Deinde si crebro orationẽ habere cõsueuerit. hic.n.importunus videtur esse. Et si nunquã antea orationem habuerit. nam & hic alicuius priuati commodi gratia præter consuetudinem videtur concionari. Ex præsenti igitur tempore huiusmodi poterunt in illum insimulationes fieri, qui apud cõcionem orauerit: sed causa de ijs afferatur necesse est. A iuniore quidem ex consultantiũ inopia, & ex eo quod suũ
B esse potissimum videtur: quemadmodũ si dixero de ludicro lãpadarchiæ, vel de gymnasio, vel de armis, aut de equis, aut de re bellica. horum.n. non minima pars adhęret iuueni. Dicendum est aũt, ꝙ tametsi nondum iuuenis per ętatem prudens esse põt, verum natura & diligentia quadam certe potest. Ostendendum est ẽt qui aliquid imprudenter gesserit, aduersũ casum sibi priuatim dari: assecuto vero cõmunem esse vtilitatem cũ reliquis.
C Iuuenis igitur ex ijs atq; similibus, argumentabitur. Senior autem argumentabiť & ab inopia cõsultantium, & à facultate sua, præterea & à magnitudine & nouitate periculorum, & ab alijs huiusmodi rebus. Crebro autem dictionem habere consuetus, ab experientia argumentabitur, & ab eo quòd turpe sit non eum sententiam nunc dicere, qui antea consueuerit. Non autem consuetus argumentabitur, tum à periculorum magnitudine, tum ab eo quòd necesse omnino sit eum qui ciuitatis est particeps, de ijs quæ in præsentia aguntur, sententiam dicere. Eas igitur insimulationes quæ in concionib⁹ circa hominem fiunt, hoc pacto refellere studebimus. Fiunt autem circa rem, cum quis nihil neque ijs à quibus nulla simus iniuria lacessiti, neque ijs qui fortiores potentioresq; sunt, pernoscendum esse consultat, aut pacem turpem fieri persuadet, aut circa
E Deorum immortalium sacrificia quàm minimos effici sumptus monet, aut huiusmodi quicquam narrat. Oportet autem in huiusmodi rebus prę occupatione prius ad auditores vti, quarum causam aut in necessitatẽ, aut in fortunã, aut in tẽpora, aut in aliquod commodum referamus, dicamusq; non consultantibus quidem esse, sed rebus potius huiusmodi causam adscribendum. Hoc igitur modo eas
F quæ circa rem sunt insimulationes à consultantibus remouebimus. Oratio vero ipsa in concionibus solet insimulari, cum aut prolixe, aut nimis prisce, aut minus probabiliter dicatur. Et si quidem longa fuerit, in rerum multitudinem causa est referenda: sin prisca sit, doceatur oportet nunc ipsam tempestiuam esse. Sin autẽ minus ꝓbabilis sit, pollicearis oportet eã te verã in dicẽdi progressu demõstraturũ. Consultationes igitur ex ijs reb⁹ princi-

G principio cōstituemus. Quo vero vtamur ordine, animaduerti conuenit. Si quidem nulla prorsus insimulatio sit neq; nobis, neque orationi, neq; ipsi rei, à propositione continuo est inchoandum. Attētè aūt quę dicunt, humaneq; audire ad postremū exhortabimur. Sin vero aliqua sumus ab illis qui añ dixerunt, insimulatione præuenti, post anticipatā auditorum opinionē eorū quorū insimulati fuerimus, & responsiones & causas breuiter in medium differentes, ita ꝓ
H ponemus, & auditores ad attentionem exhortabimur. Exordia quidem in consultationib⁹ hoc modo sunt constituenda.

De Narratione in eodem genere. Cap. 29.

Postea vero necesse est aut res gestas à nobis renūciari referrive, aut res pręsentes diuidēdo exponi, aut quę futurę sunt, iam prędici. Cum igitur de legatione sit nobis renun-
I ciandum, oīa quæ dicta fuerint, dilucide narrarī oportet, quò primum quidem grauitatē orō pręse ferat. hæc.n. renūciatio solum erit, nullaq; alia orationis figura incidet. Deinde si quidem nobis ex sententia minus res contigerit, nō vlla id negligētia nostra, sed alia quadam causa accidisse auditores existiment. Sin vero ex sententia contigerit, non casu aliquo sed nostra diligētia & industria id factum opinētur. Hęc R autem eo facilius credunt, si qñi gestioni negotiorum nequaquā interfuerint, nostram in oratione negligentiam, promptitudinemq; perspexerint, vtpote q̄ nihil omittam⁹, sed vnūquodq; q̄ accuratissime referimus. Cū igitur legationē renunciem⁹ ijs causis, singula quæq; quo pacto gesta fuerint, renūciari oportet. Cum vero ipsi concionantes aliquid pręteritū narramus, siue ēt præsentia exponamus, siue prædicam⁹ futura, necesse est vt vnūquodq; horum & breuiter & di L lucide & non sine probabilitate faciam⁹. Dilucide quidē, vt quę dicuntur, cōprehēdi queāt: breuiter aūt, quò quę dicta fuerint, memoria auditores teneāt. Probabiliter vero, ne ipsi auditores priusquā probationibus atq; iuris partibus nostram orationem confirmauerim⁹, nostras iā narrationes falsas esse reprobēt. Dilucide igitur exponem⁹ aut à nominibus, aut à negotijs. A nego- M tijs quidem, si non ea perturbate exponamus, sed rerū ac tēporū ordinem seruemus, reliqua vero deinceps collocemus: & si neq; eo, de quo dicere cœperimus, relicto negotio, in rem aliam transeamus. A negotijs igitur hoc modo dilucide narramus. A nominibus vero, si quā maxime idoneis rerum nominibus negotia appellemus, & si non ambiguis vtamur, neq; perturbate ipsa collocemus, sed vsq; cohærentia deinceps

A inceps ordinemus. Dilucide igit̃
exponemus, si hęc diligenter ob
seruauerimus. Breuiter vero nar
rare poterimus, si tum ex nego-
tijs, tũ ex nominib⁹ ea remoue-
rimus, quæ non sint dictu neces-
saria, & ea solũ cõplectemur, si-
ne quib⁹ obscura reddetur ora-
tio. Et breuiter quidem hoc mo
do exponemus. Probabiliter au
tem à nobis narrabitur, si ad ea
negotia quæ minus verisimilia
videntur, causas attulerimus, q̃
bus illa nõ absurde gesta videã-
tur. siqua vero omnino incredi-
B bilia contigerint, ea relinquam⁹
necesse est. Sin autem necessaria
sunt quę dicantur, ea te scire ostẽ
das oportet, sed ad cõfutationis
partem, quia cum illa implicata
sint, dicẽda reseruare, orationisq́;
progressu id te verum demõstra
turum polliceri, ea vsus argutia,
ꝙ quę pri⁹ abs te dicta fuerint,
ea pri⁹ vera iustaq́; demõstrare,
q̃; aliud huiusmodi quicquã ve-
lis. Et hoc quidẽ modo his q̃ mi
nus verisimilia sũt medebimur.
Vt autem summatim vnà oĩa cõ
C plectamur, & renũciando, & ex-
ponendo, & prædicendo, ex his
omnibus quæ ante diximus di-
lucidas, breues, & ꝓbabiles nar
rationes faciemus.

De ordine Narrationum. Cap. 30.

EAs autem tripliciter ordi-
nabimus. Nam si quidem
ea, de quibus dicimus, pau
ca sint auditorib⁹ cognita, exor-
dio narrationẽ coniungem⁹, ne
pars hæc separatim posita bre-
uis admodum fiat. Cũ vero ne- D
gotia & permulta & incognita
sint, ad vnumquodq; cõiunctas
narrationes faciemus, easq́; iu-
stas & vtiles & honestas osten-
dem⁹: quò non modo in narrã-
dis reb⁹ occupati simplicẽ & nõ
varietate quadã insignẽ orõnẽ
faciamus, verum & auditorum
animos capiamus. sin autem ne-
gotia mediocria, & minime no-
ta sint, opus est vel renunciatio-
nem vel expositionem vel præ-
dictionem in exordio vno & eo-
dẽ quasi corpe collocemus. Hoc
aũt faciem⁹, si à rerum initio ad E
extremũ vsq; narrãdo prosequa
mur, & nihil aliud complecta-
mur, sed ipsa negotia expedite
declarem⁹. Quemadmodũ igi-
tur in exordio narrationes ordi-
nãdæ sunt, ita scire poterimus.

De Confirmatione. Cap. 31.

DEinceps autem cõfirma-
tio sequatur necesse est, ꝑ
quam prænarrata nego-
tia ex probationibus & iustis &
vtilibus, sicuti nos demonstratu
ros polliciti sumus, confirmabi-
mus. Cũ igitur coniunctas nar- F
rationes facere oportet, ꝓbatio-
nes in consultationib⁹ q̃; cõmo-
dissime dicuntur à rerũ consue-
tudine, ab exemplo, à cõmemo-
ratione, & ab ea, quæ de oratore
sit apud omnes opinione. Vten-
dum est etiam & si qua ex alijs
probationũ partibus inciderit.
eæ vero sic sunt collocandæ. Pri-
mum quidem dicentis opinio.
sin id minus poterimus, rerũ cõ-
sue-

G suetudines ordinabimus demõstrabimusq́, & hæc quæ dicimus, vel & his similia hoc modo fieri cõsuesse. deĩde vero exẽpla adferemus: & si qua est cum his quæ à nobis dicunt̃, similitudinẽ adducem⁹. ea aũt exempla capiamus oportet, q̃ tum rei cõgruant, tũ ipsis auditoribus vel loco, vel tempore sint proxima. si aũt secus sint, debem⁹ ex alĳs, q̃ maxima & notissima sint accipere. posthæc vero sentẽtĳs vtẽ-
H dum est. Oportet aũt eas partes, quib⁹ probabilia & exẽpla tractata fuerint, in fine cõmentationibus & sententĳs terminemus. Et probationes qdẽ hoc mõ ad negotiorũ confirmationẽ adducemus. Si vero narratis reb⁹ cõtinuo sit fides adhibita, ꝓbationes ipsas relinquemus, & à iusti & legitimi & vtilis & honesti & iucundi & facilis & possibilis & necessarĳ partibus antedicta negotia cõfirmabimus. Et siquidem iustũ inest, id primum col-
I locabim⁹ & per hoc, perq́ huic simile. & per cõtrariũ, & per iudicatum iustũ enarrabimus, & similia his iustis de quib⁹ loqueris, exẽpla sũt afferẽda. habebis aũt permulta exẽpla tũ ex his q̃ priuatĩ apud singulos iusta existimant̃, tũ ẽt ex his q̃ in ipsa vrbe vbi orationem habes, tum demũ ex his q̃ in alĳs vrbibus iusta duci solent. Cũ vero hæc oĩa hoc mõ percurrentes narraueri mus, in ipsiusq́ iusti fine sententias cõmẽtationesq́ moderatas & sibi inuicem dissimiles attule K
rimus, si quidẽ ea pars longa sit, eiusq́ meminisse voluerimus, paucis iterabimus: sin autem mediocris sit, cõmemoreturq́, tunc vbi eam finierimus, aliam quoq́ partẽ adiungemus. est autẽ id hmõi. Quòd iustũ quidem ẽ auxiliũ nos ferre Syracusanis, satis ex ĳs q̃ dicta sunt demõstratũ existimo: ꝙ aũt ẽt id nobis cõducturũ sit, enitar edocere. Et cũ rursus eodẽ mõ vt de iusto factitaras, vtile percurreris, & ei⁹ ex- L
tremã partẽ vel breuiter iterando, vel finiendo absolueris, itidẽ aliam partem, quæcunq́ tibi in manu fuerit, adiũge. Hoc igitur mõ aliam alĳ partem addere, & orationẽ cõtexere opus est. Cũ hæc vero omnia prosecutus fueris, quibus ea quę persuades, cõfirmare queas, oportet in his de omnibus summatim cum commentationibus & sententĳs coloribusq́ demonstres non ea efficere & iniustũ & perniciosũ & turpe & triste admodũ fore: con M
tra vero summatim addendum est, & iustum & vtile & honestũ voluptuosumq́ futurum, si hæc ad quę eos exhortaris, effecerit. Vbi vero iam satis abundeq́ sententiarum grauitate vsus fueris, quæ persuades, conclusione terminabis, & hoc quidem modo quæ proposita fuerint, confirmabimus. Post hanc autem partem de præoccupatione dicere aggrediemur.

De

A *De præoccupatione.* *Cap. 32.*

EST aūt prçoccupatio, eorū locorū, qui cōtra tuam dictionē haberi possent, prç occupans reprehensio. Oportet aūt quæ ab aduersarijs dñr extenuare, tua vero amplificare, veluti superius in amplificādi tractatu audieras. Opus est ēt cōferas vnum vni, cū tuum. s. maius sit: & plura pluribus, & vnum multis, & multa vni, sic sm oēm speciem varietate debemus vti, nostra quidē augendo, aduersa-
B riorum aūt infirmando atq; deprimendo. Et hoc quidē modo præoccupationib⁹ vtemur. hæc aūt vbi fuerimus ꝓsecuti, iterationibus exitū terminabim⁹, coloresq́; antedictos rōcinationis, vel enumerationis, aut electionis, aut interrogationis, aut ironiæ assumemus.

De Suadendi, Dissuadendiq; forma. *Cap.* 33.

C QVôd si ad ferendū aliquibus auxiliū suaserimus, siue priuatis hominibus, siue vrbibus, paucis dicere conueniet, & si qua his in auditores siue amicitia, siue grā siue misericordia præcesserit, in mediū referre cōgruum erit. maxime enim omnes his auxilio esse volūt, q tali aīo in eos fuerint: diligunt enim eos, à quibus vel ab ipsis vel ipsorum amicis aliquid beneficij siue ipsi, siue alij qui eis curç sunt, vel opportune suscepisse, vel suscipere, vel suscepturn ire crediderint. his aūt habēt gratias, qui siue ipsi siue ipsorum amici, aut in eos aut in eorum necessarios boni quippiā opportune, vel contulisse, vel cōferre, collaturiue putētur. Si horū igitur aliquid vnum incidat, id breuiter doceamus, & ad misericordiā redigamus oportet. Id aūt affatim facere poterim⁹, si cognouerim⁹ solere omnes in eos misericordia moueri, quos
E familiari erga se animo esse opinent, aut īdignos calamitate suspicant. Hæc aūt in ijs esse ostēdes, quos misericordia dignos velis demonstrare: estq́; demonstrādū eos iniq; passos, vel pati, vel passuros, vbi min⁹ his auxilio auditores fuerīt. sin vero hçc in illis nō sunt, demōstrabis eos oīum bonorum ī opes esse, quorum cæteri omnes aut plurimi sint participes, quiq́; nihil vnq̃ boni vel nacti fuerint, vel nanciscantur, nacturiue sint, nisi auditores hoc tempore ad misericor
F diam moueantur. Ex his igitur auditores ad misericordiam inducemus. Dissuadere aūt ex cōtrarijs locis poterimus, eodēq; modo exordiemur, & narrabimus, & probationibus vtemur, auditoribusq; ostendem⁹, q̃ facere aggrediuntur, esse & præter leges, & iniusta, & perniciosa, & turpia, & tristia, & impossibilia, et difficilia, ac minime necessaria. In dissuadēdo vero idē dispōnis modus seruabitur, q ēt in suadendo. quā ob rem qui vl-

Dissuadere quo pacto debeamus.

tro

G tro dissuadent, disponere ita po-
terunt. Qui vero aliorum suasio
nibus cõtradicere voluerint, pri
mũ quidẽ ea in exordio propo-
nere debent, quibus sint contra-
dicturi: in reliquis vero singilla-
tim est exordiẽdum: post singu-
la vero prædictorũ exordia est
ſm vnumquodq; propositũ ma
xime demonstrandum minime
oĩum ea esse ad quę aduersarius
exhortetur, neq; iusta neq; quæ
ĩjs sequuntur. hoc aũt facies vt
oñdas, vel iniusta eẽ quę ille nar
H rat, vel inutilia, vel his similia,
aut iustis contraria, aut vtilibꝰ,
aut his quæ talia esse iudicãtur.
eodẽ quoq; mõ & cætera quę ĩ-
ciderint, tractare debebis. Opti
mus igitur dissuadendi modus
hic est. Quòd si minus hoc face-
re cõmode potueris, ex eo quod
reliqueris genere dissuadere orã
do poteris: vt si quidem aduersa
rius iustum esse ostẽderit, tu vel
turpe esse, vel inutile, vel diffici
le vel ĩpossibile, vel aliud quid-
uis hmõi enitere demonstrare:
I sin vtile aduersarius esse ostẽde-
rit, iniustũ ipse, & si quid aliud
opportunum ad id habueris, de
monstrabis. tua pręterea augen
do, & aduersarij deprimendo fa
cies, queadmodum in suasioni-
bus dictũ est. Decet eodẽ quoq;
modo sẽtẽtias cõmẽtationesq;
afferre, pręoccupationesq; resel-
lere, ac breuiter ad exitum itera
re. Præterea quoq; in suasionibꝰ
ostendendũ est, aut eos quibus
auxilium ferendum suademus,
horũ amicos esse, quod ad id fa- K
ciũdũ exhortamur, aut hoc, gra-
tias his deberi qui deprecantur:
quibus vero auxilium ferre dis-
suaserimus, eos vel ira, vel inui-
dia, vel odio dignos ostẽdemus.
In odium quidẽ adducemus, si
ab illis aut ipsos auditores, audi
torũue amicos, aut alios qui his
curæ sint, mali quippiam iniq;
passos demõstrabimus. In iram
aũt rapiemus, si vel auditores ip
sos, vel ipsorũ amicos, vel alios
qui his sunt curę, indigne negle- L
ctos iniuriaue affectos oñdemꝰ.
In inuidiã vero contrahemus, si
summatim indigne fortunatos
extitisse, aut esse, aut fore, vel si
nullius vnq̃; boni fuisse inopes,
aut esse aut futuros, vel si nunq̃;
malorum quippiam passos, aut
pati, aut passuros demonstrabi-
mus. In inuidiã igiť & odiũ atq;
irã hoc modo concitabimus: be
neuolentiã vero & gratiã & mi-
sericordiã ex his poterimus cõ-
parare, q̃ ĩ suasionibꝰ dicta sunt.
Eas aũt ex antedictis oĩbꝰ conte
xere ordinareq; poterimꝰ. Spẽs M
igitur suadẽdi & qualis ipsa sit,
& ex quibꝰ cõstet, & qũo ea vtẽ
dũ sit, ex ijs liq̃do cognoscimꝰ.

De orationis partibus in demonstratiuo genere. Cap. 34.

RVrsum aũt laudãdi, vitu-
perandiq; speciem dein-
ceps consideremus. Cum
in hoc gñe exordiri voluerimus,
propositiones primum ordina-
mus, insimulationesq; dissolui-
mus, itidem atq; in suadẽdo. Ad
atten-

A attentionem vero exhortamur, tum ex his quæ in consultationibus dicta sunt, tũ ex eo ꝙ mirabilia illustriaq́; dicam⁹, vt ęquitatẽ nostrã, eorũq́; quos vel laudam⁹ vel vituperamus, facinora demonstremus. in hmõi.n.caussis vt plurimum nõ disceptationis, sed ostentationis potius causa orationẽ habere cõsueuimus. Primũ aũt exordia eodẽ mõ cõstituemus, qui in deliberatiuo à nobis gñe demõstratus est. Post exordiũ vero partiri debem⁹ & B ea q̃ extra virtutem sunt, & ea q̃ in ipsa virtute bona considerãtur, hoc modo: externa qdẽ bona in bonam valetudinem & robur, & formæ dignitatẽ, & diuitias: virtutẽ vero in sapientiã, iustitiã, & fortitudinem, illustresq́; disciplinas distribuimus. Horũ aũt quę ĩ virtute posita locataq́; sunt, iure laudanť, extraria autẽ subducuntur. Robustos nãq; & pulchros, et nobiles atq; locupletes nequaquã laudare, sed diceř beatos conuenit. His aũt diligẽ C ter consideratis, post exordia de gñe primũ dictionem ordinabimus. Hoc.n. primũ hoĩbus ac reliquis aĩalibus clarum inest, vel obscurũ. Proinde recte quidem aut hominem, aut aliud tale animal ex gñe commemorabimus. Cũ vero aut affectũ, aut rẽ, aut orationẽ, possessionemue laudare voluerimus, continuo ex ĳs q̃ honesta adsunt, non absurde laudabimus. A genere autem laudare ita conuenit, Siquidem progenitores insignes fuerint, debem⁹ D oẽs ab initio ad eum vsq; quem laudatũ volumus, resumere, & i singulis progenitoribus clarum aliquid summatim apponere. Quòd si primi ĩdustrĳ ĩsignesq́; fuerint reliquos vero nihil oratione dignũ gessisse contigerit, primos quidẽ illos eodẽ modo prosequemur, ignauos aũt atq; degeneres omittemus, ea vsi cauillatione, ꝙ propter maiorum multitudinẽ nolimus auditoribus oratiõis lõgitudine graues effici: ꝑsertim cũ nemini sit ob- E scurũ, qui ex bonis clarisq́; parẽtibus nati sunt, eos consentanee fieri suis maioribus non dissimiles. Sin aũt veteres ꝓgenitores obscuri fuerint, qui vero proxime extiterunt, illustres: ab ĳs est laus generis capiẽda, dicendũq́;, vt de illis quidẽ longã repetere quandã orationẽ superuacaneũ admodum fuerit. Sed si eo laudes referanť: qui proximi ĳs q laudãtur extitissent, planè & hi quoq; boni probiq́; viri oñdenť, F quòdq; perspicuũ sit horum maiores industrios quosdam insignesq́; extitisse. Haud nanq; verisimile videri, hmõi hoĩes honestos & bonos esse, qui ex ĩprobis progenitoribus nati essent. Vbi vero nullus maiorũ sit splẽdor, dices ipsum in se generosũ esse, colligesq́; eos oẽs ĩgenue natos esse qui ingenitam sibi virtutem hñt, & eos alĳs quoq; omnibus lõge antecellere, qui suos ꝓgenitores laudant: permultos.n.

Laudãdi forma.

G qui ex claris maioribus nati essent, degeneres extitisse. addesq́ꝫ φ de huius nunc & non de progenitorũ præconĳs agatur. Eodem autẽ modo in vituperationibus origo generis ĩ improbos maiores referenda est. Et ita laudando ac vituperãdo quæ ad genus pertinent, ordinabimus. Et si quid illi de quo loquimur, pręclarum fortuna concesserit, hoc duntaxat tuebimur, vt ea q̃ ętati conueniunt enarremus, & id quidẽ haud prolixe: pueri nãqꝫ
H tã suo ingenio q̃ꝫ eorũ qui ipsis præfuerint, diligentia, honesti, pudiciq́ꝫ sunt. Quare breuis de ĳs est habenda oratio. Cũ hunc aũt modũ ꝑcurreris, habita ad posterũ cõmentatione atqꝫ sñia, debes hanc partẽ in adolescẽtis ętatẽ terminare. Et propositiõe deinde facta, aut ei⁹ qui laudat, res gestas, aut mores, aut studia amplificabis, quemadmodũ ab initio in demonstratiuo genere prius dixim⁹. Exponesq́ꝫ ab hu
I ius quẽ ipse laudas, cũ esset hac ætate, aut per hunc, aut per studium, aut ex hoc aut huius gratia, tũ hoc tũ illud præclarũ facinus gestũ fuisse. Oportet & cęterorũ quoqꝫ iuuenũ pręclara facinora colligendo conferre, & huius longe ĳs maiora esse ostendere: illorũ quidẽ q̃ minima sunt, huius aũt quẽ tu laudas, q̃ maxima sunt enarrando. Conuenit aũt & q̃ apud alios res illustres parũ pro dignitate collatæ fuerint, eas abs te dicendo itidẽ magnas demonstrari. Et semper res K
ita comparando augendæ & exornandę sunt: vt, Vbi, & quis iuuenis ita Philosophus vnq̃ꝫ fuit, qui vel senior magnum adeo incrementum habuerit? Et qui adeo robuste gymnasiorum labores perfert, vehementer is Philosophię studiũ & industriã adamabit. Et hoc quidẽ modo similitudine & collatione vsi amplificabimus. Cum vero quæ circa ætatem adolescentis cõsiderant̃, absoluerimus, in fine huius par- L
tis sñias commentationesq́ꝫ locabimus, aut quæ dicta sunt breuiter iterantes, aut ad postremã partem finiẽtes. Rursus vbi proposuerimus quę gesta sint ab ipso viro quẽ laudamus, de iustitia primũ dicere aggrediemur, quã eodẽ mõ vt in superiorib⁹, exornãtes ad prudẽtiã, si fuerit, descẽdemus. Et hãc eodẽ quoqꝫ modo absoluentes, fortitudinẽ si fuerit, proponemus. Quam eadem amplificationis ratione itẽ M
percurrentes, cum ipsius finem partis attigerimus, & omnia genera prosecuti sumus, summatim quæ ante dicta fuerint iterãtes, exitum vel sententia, vel cõmentatione toti orationi apponemus. Cõgruet autem laudib⁹, nominibus etiam multis circa vnumquodqꝫ vti, & splendidã facere dictionem, atqꝫ magnificam. Eodem quoqꝫ modo cum de nequã hominibus oratio nobis erit, vituperationes constituemus. Oportet autem nullis in

Quo cto vi patio consti dæ.

A in eum vtamur cauillis quē carpimus, sed ipsius duntaxat vitā enarremus. Sermones enim longe magis quàm iocosæ obiurgationes atq; cauilla & auditoribus persuadent, & ęgritudine quos vituperamus afficiunt. Nā huiusmodi quidē sales ad ideā, vel ad substantiam referuntur. Sermones vero sunt ingeniorū, morum'q; veluti imagines. Cauendum est etiam ne res turpes nominibus appelles turpibus.
B Id enim adfert grauitati calumniam. Sed quæ huiusmodi sunt, tanquam per ænigma significabimus, & aliarum rerum nominibus rem ipsam manifestabimus. Debemus autem in vituperationib⁹ ironia vti, & in ijs aduersarium deridere, quibus ille maxime exultat: & priuatim q̄dem paucis'q; præsentibus eum dehonestare. In vulgus autē & multitudinem cōmunes maxime vituperationes maledicere. Vituperationes vero eodem modo poterimus, quo etiam & prę
C conia & augere & extenuare. Itaq; harum specierum ex ijs q̄ superius dicta sunt, vsum omnē intelligemus.

Accusationis Quæstionis'q; præcepta: quæ ad Iudiciale genus spectant.
Cap. 35.

Reliquum est vt accusandi quærendi'q; præcepta peragamus, quæ rursus quemadmodum in iudiciali genere dictum est cōponemus, ordinabimus, percurremus. Primum igitur in exordijs rem, de D qua fit accusatio vel defensio ꝓponemus, vt etiam in alijs præmissis speciebus. Ad attentionē autem ab ijsdem locis exhortabimur, quos in suadendo dissuadendo'q; docuimus. Item etiam de beneuolentia idē quoq; modus seruandus erit, qui in deliberatiuo genere præmissus est. Nā is cui auditores beneuoli sūt ex præterito aut pręsenti tempore, & is, ne calumnia affectus sit, ad eos irritādos vel in se, vel in rem ipsam, vel in orationem, beneuolentiam captabit eodem modo, vt illic docuimus. Is vero, in quem neque beneuoli auditores, neque infensi fuerint, beneuolentiam captare poterit ex præterito præsentiue tempore, vel per se ipsum, vel per rem, vel per orationem. Ille autem, qui apud auditores calumniæ obnoxius factus fuerit, partim mixtim partim priuatim beneuolentiam captabit. Hic igitur modus erit, per quem beneuolentia comparabitur. Enimuero hi aduersus quos neque bono neque malo animo auditores fuerint, paucis sunt laudandi, & aduersarij vituperandi. Oportet autem eos ab ijs laudare quæ videntur maxime auditorum interesse: (dico autem ciuitatis studiosum, amicorum obseruatorem, gratum, misericordem, & similia) ad-

Exordiū.
Attētio.
Beneuolētia.
E
F

G uersarios autem ab ijs vituperare, quibus auditores ad iram irritantur. Hęc autem sunt ciuitatis inimicus, amicorũ hostis, ingratus, immitis, & huiusmodi. Opus est ẽt laude iudices deleni re, ꝙ iusti iudices grauesq́ꝫ sunt. Aduersariorũ pręterea defectus, sicubi tibi minores extiterint siue ad dicẽdum, siue ad agẽdum, seu ad aliud quicquam quod in disceptatiõe versetur, erunt oratione complectendi, & iustũ pręterea, & legitimũ, & vtile, & q̃ deinceps sequuntur, inducenda.
H Cũ iudices igit̃ neqꝫ bono neqꝫ malo animo in nos fuerint, ex ijs beneuolentiam captabimus. Si quis vero in calumnia sit, idq́ꝫ ex præterito tempore, & circa orationem scire ex antedictis poterimus, quo pacto insimulationes soluere oporteat. Quòd si ex pręsenti tẽpore calumnia fuerit, necesse est circa ip̃m hoĩem eã fieri: aut si ineptus pręsenti controuersię, aut si criminibus subcontrarius, aut si pro cõfesso accusationi obnoxius videat̃. Ineptus
I quidẽ fuerit, si aut iunior aut senior pro alio disceptet. Subcontrarius vero esset, si quis robust⁹ imbecillum verberationis accuset, aut si quis contumeliosus cõtumeliæ temperantẽ insimulet, aut siquis admodũ pauꝑ hoĩem ditissimũ pecuniarũ agens in iudicium deuocet. itaqꝫ hmõi homines subcontrarij criminibus sunt. Pro confesso aũt erit, siquis fortis robustusq́ꝫ existens, ab infirmo & imbecillo verberationis accusetur, aut si quis fur existimatus, furti reus in iudiciũ arcessat̃. Vt aũt oĩa vno cõplectamur verbo hi quorum moribus similis est hominũ opinio, videbuntur criminib⁹ esse obnoxij.
K Circa ipsum igit̃ hominẽ ex instanti tpe calumniæ hmõi fieri poterunt. Circa rem aũt eę contingent, si quid aduersus domesticos amicos, aut aduersus hospites, aut in suos, vel de prauis vel de turpibus reb⁹ negotia adferat. hęc.n. infamiam disceptãtib⁹ afferunt. Quemadmodum
L igitur eas insimulationes sumus dissoluturi, deinceps ostendam. Duo esse communia in omnib⁹ elementa existimo: alterum quidem, vt quibus rebus correpturos iudices aduersarios putes, his eos ꝑueniẽs corripias. alterũ vero est, si res in aduersarios quidẽ maxime: sin id min⁹, in alios quosdam transferas, ea vsus cauillatione, ꝙ nõ ex sentẽtia tua, sed ab aduersarijs coactus in certamen descenderis. In vnãquãqꝫ
M vero calumniam hæc argumentari conuenit. Iunior quidẽ causabitur aut seniorum aut amicorum, qui pro se disceptẽt, solitudinem, aut criminum magnitudinem, aut temporis pręscriptionem, aut rerum multitudinem, aut aliud quid hmõi. Si vero habueris pro alio dictionem, dicẽdũ erit te amicitiæ gratia aduocatum fieri, aut aduersarij motũ inimicitijs, aut quia negotijs interfueris

A tersfueris, aut ob vtilitatē publicam, aut quia is cui patronus venis, & ab omnibus est desertus, & iniuria premitur. Quòd si crimini pro confesso obnoxius, vel subcontrarius accusationi effici videatur: cum præoccupatione vtendum est, tum etiam dicendum vt neq; iustum, neq; legitimum, neq; vtile sit ex opinione ac suspicione ferre prius sententiam, q̄ res fuerit audita. Quę igitur circa ipsum hominem sunt, hoc pacto insimulationes diluemus. Eas vero quæ circa rē sūt, B ita repellem⁹. Causam in aduersarium reijciemus, vel si maledictum ei crimini demus, vel si iniuriam aut cupiditatem, aut ꝑtinaciam, aut iram prętendam⁹, ꝙ nullo alio modo ius consequi possibile sit. Priuatas igit̄ calumnias apud iudices ita diluemus, cōmunes vero omnibus speciebus soluere poterimus, quemadmodum in superioribus dictum est. Exordia vero in genere iudiciali eodem modo collocabim⁹, C sicuti ēt in deliberatiuo. Eadem etiam ratione narrationes exordio coniungemus, quas vel particulatim ꝓbabiles esse, iustasq; ostēdemus: aut ipsas separatim tanquam in vnum corpus ordinabimus. Deinde vero erit confirmatio, quam, si quidem rebus ipsi aduersarij cōtradixerint, ex probationibus: sin autem cōsenserint, ex iustis & vtilibus & his similibus confirmare debemus. Collocanda sunt ex probationibus primum quidē testimonia, D & si quę nobis ex quæstionibus cōfessiones fuerint. Demum vero si nullo modo verisimilia ea fuerint, sententijs & commentationib⁹: sin autem non omnino verisimilia, probabili, demum exēplis, & coniecturis, & signis, & argumentis, demum vero cōmentationibus & sententijs cōfirmare debemus. ꝙ si verisimilia fuerint, probationes quidem omittemus, iustis aūt quemadmodū in antedictis vtemur. Et hoc quidem modo confirmabimus. E Post cōfirmationem autē vbi ea quæ in aduersarios sunt collocauerimus, ꝓoccupabimus eas res quas verisimile fuerit aduersarios dicturos. & si quidem aduersarij rē negarint, probationes illas à nobis dictas amplificabimus: quas vero illi dicturi sunt, reprehēdemus, & extenuabimus. Si vero fateantur & legitima & iusta esse q̄ ꝭm scriptas leges à nobis inductas ostēderimus, enitēdū est vt his simul leges, quas & iustas & honestas F & conducibiles vniuersæ Reip. plures iudicarint, tales ēt eas eē ostēdamus. quas aūt aduersarij induxerūt, eas cōtra habere, demōstremus. Quòd si minus cōmode hæc dici quiuerint, iudices cōmonefaciendi sunt, eos nō de lege, sed de re iudicar̄, quodq; iurati sint ꝭm leges latas sententiā latū ire, & doceas haud hoc tempore decere leges, sed in cōstitutis diebus eas ferre, sed si cōtigerit

Narrationes.

Cōfirmatio.

Præoccupatio.

Quo pacto vtendū legib⁹.

G tigerit rem his legibus agitari q̃
iniquæ esse videantur, dicẽdum
erit non legem rem huiusmodi,
verum iniquitatem esse: cũ lex
quidem ad vtilitatẽ feratur, hęc
autem afferat ciuitati perniciẽ.
Dicendum etiam erit haud con-
tra leges facturos, si huic legi cõ
trariam sententiam tulerint, sed
leges potius laturos, ne sit im-
probis iniquisq́ decretis vtẽdũ.
Oportet aũt ad id collectionem
afferre, ꝙ nulla lex prohibet Rei
pub. benefacere: sed ĩprobas le-
H ges authoritate priuare, aliud
nihil eẽ, q̃ ciuitatẽ beneficio do
nare. Quascunq; igitur ex his le-
gibus, quę nullam ambiguitatẽ
continent, habuerimus ex talibꝰ
pręuenientes abunde contradi-
cere poterimꝰ. De ambiguis ve-
ro legibus iudices ita senserint
vt tibi expedit, oportet hæc de-
monstrare. ꝙ si iudex dicat quẽ-
admodum aduersarij, condocefa
ciendus est, legumlatorẽ nõ hoc
sensisse quod ab illo dr̃, quodq;
conducit ipsis iudicibus legem
I ita dicere. Verũ si nullo mõ pos-
sis in contrariã sententiam com-
mutare, ostende aliud nihil pos-
se contrariam legẽ dicere, atq; ip
se dicas. Et quo quidem pacto
oporteat vti legibus, ex his quæ
diximus abũdabis. Summatim
vero si peccasse omnino fatean-
tur, & ex iusti tñ & legitimi par
tibus defensionẽ parent, ex his
ea sunt confutatione pręuenien-
da, quæ dicturi illi videãtur. sin
aũt peccasse fateantur, & sibi tñ
ignosci postularit, sic talia opor- K
tet confutare. Primũ quidẽ di-
cendum erit deterioris esse mo-
ris, quodq; tũc illi crimen in im-
prudentiam reijciunt, cũ se de-
prehensos intuentur. proinde si
huic ignoscitis, alios itẽ oẽs sup-
plicijs atq; cruciatibus liberabi
tis. Dic ẽt & illud, si eos qui pec-
casse cõfitentur, absolueritis, quo
pacto inficiantes condemnabi-
tis? Dicẽdum ẽt erit, etsi impru-
denter errauit, non tñ decet me
ob huius imprudentiam detri-
mento affici. Præterea dicet, cũ L
neq; legumlator imprudẽter de
linquentibus ignoscit, eo neq; à
iudicibus qui ſm leges iudicãt,
ignosci iure potest. Ex his igitur
atq; similibꝰ eos q sibi scđm po-
stulant confutare poterimus: si-
cuti ẽt ab initio exposuimus. Vt
cõpẽdio aũt vtar, quęcunq; sint
aduersarij dicturi & ad proba-
tionẽ, & ad iuris sui partes affe-
rendas, & ad veniam postulan-
dam, ex antedictis pręoccupabi
mus. Post hanc aũt causam tota
est oratio per enumerationẽ sũ- M
matim repetenda, & breuiter (si
fieri potest) iudicũ animi in ad-
uersarios quidẽ vel ad odium,
vel ad irã, vel ad inuidiã: in nos
aũt ad beneuolentiã, vel gratiã,
vel misericordiam commouen-
di. Quibus aũt rebus hoc fiat, in
deliberatiuo genere, in suasioni-
bus & dissuasionibus diximus,
ac rursum in defensionis specie
ad finem percurremus. Oratio-
nis igitur principiũ in iudiciali
genere,

De defensione.

genere, siquidem accusemus, ita componemus & ordinabimus. Si vero defendamus, exordium quemadmodum & in accusando cõstituemus. Eas aũt res quarum accusamur, quibusq́ʒ accusator scientiam auditoribus fecerit, relinquemus. quib⁹ vero opinionẽ reliquerit, hasce vbi post exordium proposuerim⁹, dissoluemus: testesq́ʒ & quæstiones & iuramenta refellemus, quemadmodum antea audisti. Et si quidem res credibiles fuerint, poterimus ipsarum responsionem in eius quod relictum sit, locũ trãsferre. Quòd si testes per quæstiones fidem fecerint, aut in orationẽ, aut in negotium, aut ĩ quodcunqʒ aliud fuerit in aduersariis maxime verisimile, ipsorum est responsio transferenda. Si vero aut cõtra vtilitatem publicam, aut contra consuetudinem accusator te fecisse criminetur, debes defendere id maxime esse vtile, quod ab eo crimini datur: vel si id minus potueris, dices vt neque abs te, neque ab his qui tibi sint similes, aut ꝙ non hoc modo huiusmodi res geri consueuerit. Probabile igitur ita solues. Exemplum vero debes primum, si potes, demõstrare id haudquaquam esse criminationi simile, vel aliud tibi ex cõtrariis præter verisimilitudinẽ exẽplum ferendum esse. Coniecturam autem potes confutare si dicas quibus causis contraria significare contigerit. Sentẽtias vero atque commẽtationes aut improbabiles aut ambiguas ostendas oportet. Signa autẽ non eius solũ, cuius ipse sis accusat⁹, sed rerum plurimarũ signa esse ostẽde, & ea quidẽ quę ab aduersariis dicta fuerint, in contrariũ aut ambiguũ cõuertentes, poterimus hoc modo improbare. Si vero quorũ nos accusator criminat̃, ea fecisse fateamur, idq́ʒ ex iusti & legitimi partib⁹ defendere ꝑgamus, magis legitimas res nostras, iustioresq́ʒ demonstrare elaborabimus. Quòd si min⁹ cõmode fieri potuerit, ad imprudẽtiam casumqʒ defugiemus, iacturasqʒ paruas eẽ ostẽdem⁹, & ignoscendũ nobis esse argumentabimur, demonstrantes ꝙ oĩum quidẽ hominũ per imprudentiã delinquere cõmune sit: sed afficere iniuria improborum eẽ ꝓpriũ. Dices ẽt & ęquum & bonũ esse & iustũ & conducibile his ignoscere qui per imprudentiam deliquerint. neminem enim oĩum scire, si quid aliquando sibi huiusmodi euenturũ sit. Ostendendum est ẽt si quid aduersarius ipse aberrauerit, & veniam tamẽ consecutus sit. Post hæc ex pręoccupationes sequuntur quę ab aduersariis dictæ sunt. harũ igit̃ alias satis superqʒ à reb⁹ ipsis soluere poterimus. Sed si calumnietur scriptas nos orõnes recitare, aut quò eas recitemus meditari, aut mercede cõductos patronos fieri, ad hæc talia cõtraueniam⁹ oportet, dissimulãdoqʒ dicam⁹

G minime omnium lege prohiberi aut se scripta, aut illum nō scripta loqui. lege nanq; talia patrare non permitti, loqui vero vt quisq; velit, facile sini. Dicendū quoq; erit vsq; adeo aduersarij delicta vel ipsius eius sñia pmagna esse, vt existimet me nunq̄ digne ī se accusando satisfacere posse, nisi quę dicturus essem, & antea scriberem, ac multum tēporis meditat⁹ sim. Ad scriptarum igitur orationū calumnias sic occurrere poterimus. Si vero
H dixerint nos discere meditariq́; dicēdi facultatem, cōfitebimur id quidē, dicemusq́;, nos quidē quos ais discere, neq; calūniatores, neq; cōtentiosi certe sumus. tu vero qui oratoriā tenes, cum hoc tēpore, tū sæpe aliàs nos calumnijs circūuenire deprehēsus es. Quare cōducere ciuibus vr̄, vt & ille oratoriā discat. non.n. sic malū neq; insimulatorem eū fore. Eodē quoq; modo si quis nos mercede conductos causarū
I patronos dicat, & fatebimur, & cauillabimur, huiusq; rei authorē accusatorē nostrū ac reliquos demōstrabimus. Mercedū autē spēs diuidem⁹, dicemusq; alios pecunijs, alios gratis, alios supplicijs alios honorib⁹ aduocatos assistere. Te igit̄ gratis id obire muneris ōnde: aduersariū vero dicito, ne paruo qdē pretio aduocatū assistere. Eum nanq; vt aliquid argēti iniuste capiat, nō aūt ne persoluat, in iudiciū ire. Idē quoq; modus seruandus est, si qs nos aut aliquos edocere dixerit, qui controuersijs apud iudices vtantur, aut iudiciales orationes conscribere. nam & alios omnes ostendes pro virib⁹ adiumento amicis esse, & docēdo q̄dē, & consulendo: & artificiosissime in hmōi rebus occurres. K
Oportet aūt & circa interrogationes atque respōsiones, quotquot in huiusmodi speciebus inciderint, ne nos negligentia vlla capiat, sed quæ respondeo, cōcedant̄, quæq; negentur, sunt consideranda. Concessiones igitur L
sunt huiusmodi, Mihi filium enecasti, enecaui equidem: nam ille in me prius distrinxit gladium. Filiū mihi pulsasti. pulsaui equidem: iniuria enim in me prius manus iniecit. Mihi caput confregisti. confregi equidem: nam noctu impetum in meam fecisti domum. Tales igitur cōcessiones legibus freti nonnunquam facimus. Huiusmodi vero negationes legem declinant. Mihi filium occidisti: non ego quidē, M
sed lex occidit. Hæc autem omnia ita oportet respondere: cum duarū legum altera iubet hoc faciundum, altera non vetet. Quæ igitur in aduersarios dicēda sūt, ex his omnibus colliges. Post hæc autē eorum quæ ante diximus iteratione breuis est admonitio adhibenda. Ea vero est De iteratione
vtilis omni tempore: quamobrē & singulis in speciebus ea iteratione vtendum est. Verū in accusationibus maxime & defensionibus

A sionibus ea congruit. Itidē quoque in suasionibus atq; dissuasionibus. Neq; solum ea hic commemorare quæ ante diximus quemadmodum in laudādo & vituperādo, verūetiam animos iudicum in beneuolentiam nostram conciliare, & in aduersarios concitare debemus. Hāc vero iterationem in orationis partibus postremam constituimus. hæc enim facit, vt reminiscaris summatim quæ dicta sunt enu-
B merando, aut ratiocinando, aut interrogando, tua quidem quæ optima sunt: aduersariorum autem, quę nequissima, si quidem interrogationis figura vti volueris. cuiusmodi autē vnūquodq; horum sit, ex ijs cognoscere possumus, quæ superius dicta sunt. In beneuolētiam vero nostram iudices conciliabimus, & in aduersarios cōcitabimus ex ijs beneficijs, vt etiam in deliberatiuo genere summatim ostendimus, quibus nos aut amici nostri ip-
C sos à quibus iniuriā suscipimus, ipsorumve necessarios, seu iudices ipsos, vel eos qui eis curę sūt siue affecerimus, siue afficimus, siue sumus affecturi, & si ipsi dixerimus nunc tempus esse referendarum pro susceptis beneficijs gratiarum. Et si eos in commiserationem, si opus fuerit, adduxerimus. Hoc autem eo facimus, quo nostram in auditores beneuolentiam demonstremus, & quàm indigne ob ea quæ male passi fuerimus aut patimur, passurive sumus, miseria premi D
mur, nisi hi nobis adiumēto fuerint. Si vero nihil nobis adsit huiusmodi, cōmemorabimus quibus bonis priuati fuerimus, aut priuamur, aut priuabimur, vbi iudices nos neglexerint, seu vt nūquam boni quippiam nacti fuerimus, aut nanciscimur, aut nacturi sum⁹, nisi ab ijs auxiliū meruerimus. Ex his nanq; commiseratione nos dignos constituemus, & auditores nobis conciliabimus. Aduersarios vero ca
lumnijs circunuētos in inuidiā E
& odium apud auditores ex horum cōtrarijs adducemus, cum ostenderimus ab ijs aut horum amicis auditores ipsos ipsorūve necessarios mali quippiam indigne passos, aut pati, aut passuros. Ex hmōi enim rebus ad odium & iram in aduersarios rapientur. Sin autem hæc fieri cōmode nequiuerint, ea in vnum redigemus, quibus auditores in aduersarios ad inuidiam concitemus. Inuidia nāq; propinqua
est odio. his autem summatim F
inuidebitur, si eos indigne fortunatos, & ab auditoribus animo alienos ostenderimus, percurrētes quā multa bona iniuste passi fuerint, aut patiūtur, passurive sunt. Aut quā nunquam nullius boni indiguerint, vel indigent, vel indigebunt: aut quàm in nihil vnquā mali inciderint, seu incidunt, seu incident, nisi nunc à iudicibus puniantur. Ex his igitur rebus auditorum nobis

animos

G animos ad beneuolentiam in cõclusionibus constituere, & in aduersarios contra commouere poterimus. Ex omnibus vero supradictis accusationes defensionesq; quàm aptissime ordinabimus.

De quæstionis speciebus. Cap. 36.

QVærendi autem species separatim quidem ipsa raro cõstituitur, sed alijs speciebus commiscet, & aduersus contradictiones ma
H xime est vtilis. Verũtamẽ ne huius nos ordo lateat, si quãdo vel oratio, vel vita hominum, aut actio, aut ciuitatis administratio quærenda contingeret, item etiã hac de parte summatim percurram. Est igitur quærentibus eodem quasi modo exordiẽdum, sicuti etiam calumnia circunuẽtos oportere docuimus. Quare cum idoneas in principijs causas attulerimus, quibus id recte facere videamur, ita ad quærendum veniemus. Causæ autem
I congruent in ciuilibus quidem conuentibus, quòd aut contentione quadam, quin potius ne auditores lateat, id facimus: demum quòd nobis hi prius molesti fuerint. In priuatis vero vel inimicitias, vel paruas eorum qui quæruntur consuetudines, vel in eos ipsos beneuolentiam, vel vt quæ agunt remittentes, non amplius hæc faciant, pferre oportebit. In publicis autem, si legitimum & iustum & publicam vtilitatem proferemus. Ex K
ijs autem & his similibus exordio constituto, ac singulis deinceps propositis aut dictis aut gestis aut cogitatis quæremus, eaque demonstrabim⁹ & iustis & legitimis, & priuatis & publicis vtilitatib⁹ aduersari. Et omnia demum considerabimus, si quo in loco ipsa sibi vel morib⁹ proborum hominum, officijsve dissentiunt. Sed ne in singulis enarrandis longiore vtamur oratione, quo pluribus illustriũ stu L
diorum aut rerum aut verborũ aut consuetudinum res eorum quos quærimus, aduersari ostenderimus, eo ipsos obscuriores apud auditores constituemus. Opus est autem non tristi & acerbo quodam, sed miti mansuetoq; vultu quęramus. Hoc enim modo verisimiliores redd entur apud auditores habitæ orationes, & oratores ipsi nullũ de se relinquent insimulationi locũ. Vbi vero diligenter omnia quæ fieris, atq; amplificaueris, orationis exitum breui iteratione ter- M
minabis, & vt eorum quę dicta fuerint auditores reminiscantur efficies. Has igitur species, vbi hoc pacto constituerimus, pulcherrime ipsis vti poterimus.

Peroratio antedictorum omnium per enumerationem, & amplificationem. Cap. 32.

OPus est præterea orando & scribendo in id quàm maxime enitamur elabore-

A boremusq́ue, vt pro rerum natura verba accommodemus, & ita nosmetipsos trita consuetudine ĳs cunctis exerceamus, vt eorũ vsus nobis in promptu sit, atque vt ex arte quidem dicere possimus, tum in priuatis publicisq́ue disceptationibus, tum ĳs etiam in sermonibus quos aduersus alios habuerimus, plurima hinc & artificiosissima adiumenta suscipiemus. Elaborandum est etiam, vt non circa verba orator duntaxat, verum etiam circa vitam, quam antedictis speciebus B exornet atque magnificet, suam diligentiam omnem studiumq́ue accommodet. Nam vitæ compositio & ad suadendum, & ad boni & æqui viri existimationem adipiscendã conducit plurimum. Primum igitur diuidenda sunt secundum omnem disciplinæ distributionem, quid primum, quid secundum, quid tertium, quid quartum tractãdum sit. Demum ea tibi sunt præparanda, quę circa auditores attẽdũtur, de quibus in exordĳs docuimus. C Enimuero beneuolentiam à persona tua captare poteris, si promissis insistas, & eosdẽ amicos in omnem vitam tueare, neque in alĳs actionibus inconstans esse, sed ĳsdem semper vti videare. Attenti autem fient auditores, si his in negotĳs verseris, quæ & magna & honesta sunt, multisq́ue conducant. Cùm vero beneuolos auditores reddideris vbi ad negotiorum expositionem abs te deuentũ est, quę D cunque propulsationem malorũ, bonorum aũt continent exhibitionẽ, facile apud illos admittũtur: quęcunque vero secus sunt, reĳciuntur. Sed pro celeri & aperta & verisimili narratione hæc sunt tibi faciunda. Celeriter aũt absolues, si non omnia volueris simul agere, sed prius primo, & quod reliqui est deinceps. Dilucide vero, si non statim relicta actione in alias res prius transieris, quàm illam absolueris. Verisimiliter autẽ, si nihil à tuo more alienum agas, itẽ si nõ eosdẽ finxeris & inimicos tibi, & amicos E esse. Ex his aũt ꝓbationibus eas assumemus, de quibus ita scientiam ad perficienda negotia tenemus, vt eam alĳs interpretari & explicare possim⁹. De quibus autem scientiam non habemus, eas prout sępius accidere solent, adsumemus. tutissime nanque in huiusmodi rebus egeris, si consuetudinem sequi volueris. In certamine vero contra aduersarios, si quidem oratione contenditur, ex ĳs quæ dicta sunt no- F stram confirmationẽ faciemus. Sin vero contractib⁹ hoc faciemus, si secundum leges & non scriptas & scriptas, cum testib⁹ quàm optimis, ac tẽpore præfinito eos confecerimus. Ex cõclusione vero eorum quę dicta fuerint, reminisci auditores faciem⁹ si quæ gesta sunt, summatim rursum dicemus. Ex his aũt q̃ agimus, ita cõmonebim⁹, q̃cunque

eadem

G eadem negotia vel ſimilia prio-
ribus tractemus. Beneuoli autē
nobis erunt auditores, ſi ea geſ-
ſerimus quibus aliquid benefi-
cij ſuſcepiſſe, aut ſuſcepturi vide
buntur. Magnas autem res gere
mus, ſi ea negotia tractauerimꝰ
quæ multorum ſint bonorum
cauſa. Hoc igitur modo quæ ad
vitam pertinent, præparanda
ſunt: ex priore autem inſtituto
circa orationem eſt exercitatio
adhibenda. Sacrificia vero, vti
præmiſſum eſt, faciemus ad De-
H os quidem pie, ad ſumptus au-
tem moderate, ad ſpectacula ve-
ro ſplendide, ad ciues autem vti
liter. Et aduerſus immortales q-
dem Deos ea habebunt pie, ſi pa
trio more ſacrificemus: ad ſum-
ptus autem moderate, ſi nō quę
cunq; miſſa fuerint, ab his qui
ſumptibus præſunt, conſuman-
tur: ad ſpectacula vero ſplendi-
de, ſi magnifico ſint apparatu
conſtituta: ad ciues autem vtili-
ter, ſi & equites & grauioris ar-
maturæ pedites belle inſtructi
I pompam celebrent. Quæ igitur
hoc modo mortales in Deos fe-
cerint, pie certe fecerint. Eos au-
tem amicos cōparabimus, qui
ſint nobis moribus non diſſimi-
les, & quibus eadem quæ etiam
nobis conducant, & quibꝰ ma-
gnis in rebus communis nobiſ-
cum fortuna ſit. talis enim ami-
citia perdurat maxime. Socios
autem eos facere debemus, qui
& iuſtiſſimi ſint, & non medio-
cri valeant potentia, & in proxi
mo habitent. hoſtes autem facie K
mus qui horum ſint contrarij.
Suſcipiendum autem bellum in
eos eſt, qui rempublicam, aut e-
ius ſiue amicosq́, ſiue ſocios iniu-
ria violare moliuntur. Præſidia
autē habeamus oportet aut no-
ſtra, aut ſociorum aut hoſpitum
cauſa. & primo quidem noſtra,
demum ſociorū, tertio vero ho-
ſpitum. De tributis autē id qui-
dem eſt optimum, quod à pri-
uatis prouentibus ac poſſeſſio-
nibus proficiſcitur: ſecundum
vero à cenſibus: tertium autem L
à pauperibus, qui ſua corpora
miniſterijs præbent, ab opifici-
bus autem arma, à locupletibus
vero pecunię. De adminiſtratio
ne autem reipublicæ, popularis
quidē principatus eſt optimus,
in quo leges optimatibus hono
res diſtribuunt. plebs vero neq;
dandis priuatur ſuffragijs, neq;
ferendis quidem ſententijs. pro-
xima vero illa eſt, in qua leges à
ditioribus affici contumelia ple
bem non ſinunt. Principatus
autem paucorum duo ſunt gene M
ra. aut enim eſt ex amicitia, &
ſocietate quadā, aut à cenſibus.
Neceſſe autem eſt ſocios facia-
mus, cum ciues minus ex ſeſe
potētes ſunt, qui tum ſolum, tū
oppida tueātur, aut hoſtibus re-
pugnent. Eſt autem ſocietas o-
mittenda, cum aut eam facere
non ſit opus, aut ſocij longe à no
bis diſtent, neque potentes ſint
qui opportune adſint. Ciuis au
tem bonus eſt, qui amicos ciui-
tati

A tati vtilissimos comparat, inimicos vero & paucissimos & infirmissimos: quiq; sine vlla priuatorum bonorum publicatione prouentus comparat quamplurimos, & qui sese iustissimũ prębens, eos in quæstionem agit, qui rerumpublicarum aliquid per iniustitiam violant. Largitionibus vero vtuntur omnes, aut quoniam aliquid inde sperant commodorum, aut quo susceptorum beneficiorum gratiã referant. Obsequuntur autem
B omnes aut lucri, aut honoris, aut voluptatis, aut timoris gratia. Commutationibus vero vtuntur omnes aut sponte, aut inuite. omnes enim actiones, aut vi, aut suasiõe, aut fraude, aut occasione perficiuntur. In bello autẽ vincitur aut fortuna, aut corporum multitudine, robustitateve, aut pecuniarum copia, aut opportunitate locorum, aut virtute sociorum, aut consilio & calliditate imperatoris. Socios vero delinquendos putãt aut maiore vtilitate, aut belli solutione. D
Iuste autem agere est communes sequi vtilitatis consuetudines, parere legibus, priuataq; pacta seruare. Conducit autem corpori quidem bona habitudo, & formę dignitas, aut vires, & bona valetudo. animo vero sapiẽtia, prudentia, fortitudo, temperantia, iustitia. his autem vtrisque pecuniæ & amici. Inutilia vero sunt horum contraria. plurimum vero vtilitatis affert bonorum ciuium multitudo. E

Rhetorices ad Alexandrum finis.

AVERROIS

TRACTATVS DE RHETORICA DEMONSTRATIVA.

Hetorices demōstratiuę sūt quatuor partes. Rhetorica doctrinę, & disciplinæ, & rhetorica litigiosa vere, & rhetorica institutionis confictionis, & rhetorica tentatiua. Incipiamus itaque à rhetorica doctrinæ & scientiæ, & dicamus, ꝙ omnis disciplina, & doctrina speculatiua nō sint apud nos nec actu, neque in potentia propinqua actui, quæ est ipsa reminiscentia, nisi veniat ex cognitione præcedenti nobis in actu. Et ex quo scientię sunt duę partes, formatio, & verificatio, oportet ꝙ hęc notio precedens scientiam sit duarum specierum, notio præcedens verificationem, & notio præcedens formationem. Dum autem considerabimus has duas notiones, inueniemus vtranq; diuisam iterū in duas partes, in agentem, & in dirigētem: agens quidem verificationem est pręmissarum quę sumuntur in syllogismo. Dignior autem quę est harum duarum agentium verificationem, est præmissa maior, quoniam ex ea pendet in potentia ipsum quęsitum: Dirigens vero ad illam est detentio quęsiti in duabus partibus ipsius præmissæ: dirigens vero ad formationē est id, quod significat nomen. Pars autem agens illam est rerum, ex quibus componuntur definitiones, quas numerauimus in his quę exacta sunt. Rerum itaq; necessariarū ad doctrinā sunt tres partes. Prima est ordo orōnis: ordo vero est duarum specierum, quarum vna est ordo, qui est secundum naturam, qui est dum incipimus à simplici ad compositum, prout res est in arte Medica. Secunda autem est, qn̄ incipimus à leuiori & diuulgatiori, dū fuerit hoc posse: sicut incipere mus in arte Geometrię à corpore, deinde procedemus ad superficiem postea ad lineam: & hanc intrat doctrinam, quę dr̄ resolutio definitionis. Rhetorica vero, quæ fit in doctrina, conuenit, ꝙ sit demonstratiua & est, quę significatur per dictiones originales vsitatas, non accommodatas, & ꝙ non sumamus ad rei intelligentiam suum exemplar, aut aliquod suorū euentorū. Quantum vero hæc rhetorica vtatur cōmutatione est, ꝙ ferat definitionem vice rei definitæ, & orōnem vice nominis, & aliqn̄ in quibusdam locis fert nomen notius, vt intelligať latētius & silr̄ aliqn̄ ad rei intelligentiam sumit suum oppositum, qn̄ rei intelligentia per suū oppositum ponit ipsam notiorem. Et silr̄ vtitur exemplis non fm modum verificationis, sed fm modum directionis. Ac etiā diuisio iuuat hunc modum doctrinæ. Expedit autem auferre Rhetoricam litigiosam, & Poeticam. Hę nāque duę orōnes non vtunť dictionibus

A bus originalibus vsitatis, neq; rebus originalibus, sed dictionibus cõmutatis, & accommodatis, & vice rei sumunt suum simile, & ipsi⁹ exẽplar. Et aliqñ multi viri errant in hoc, & vtuntur hac in rhetorica doctrina. Iam aũt cõfutauit illos Arist. pro ut fuit sermo Platonis de materia, ꝙ sit fœmina, & de forma ꝙ esset mas. Hic.n. sermo remotus est ab intelligentia substantiæ ipsius materiæ. Præmissæ aũt vsitatę in artibus sũt quatuor specierum, videlicet propositiones, quas sumere oportet, sicut ꝙ totũ sit maius sua parte. Et subie-B ctiones, quæ non sunt addiscenti notæ ab initio rei, neq; apud illum est contrarium illarum. Hoc autem fit ob multas causas: aut quia ille patiatˀ defectũ suæ scientiæ ob paucitatem suorum annorũ, aut quia non concedat vsitatem illarũ, vel quia illæ indigent ad occursum veritatis earum longo tp̃e: & iõ conuenit ꝙ istæ ponãtur in doctrinæ principio subiectiones suppositæ, quousque corroboretur intellꝰ circa illas. Si vero fuerint diuulgatæ apud gẽtẽ, cuius est addiscens, supponuntur illi, ex quo sunt intellectę & diuulgatę.
C Et illarũ sunt suppositiones, & sunt illæ, quę apud addiscentem sunt cõtra id, quod sunt apud docẽtem. Et harum quidẽ sunt duæ species, quarum vna est ꝙ res, ad quarum ostẽsionem sumuntur, indigeant prolixitate, sicq; capiuntˀ ad explicationẽ rerũ, priusquã ostendantˀ per demõstrationem ob expetitionem facilitatis, & post hæc procedetur ad ferẽdum demõstrationem de illo, ꝓut in initio libri Euclidis dictum est, ꝙ qñ linea cadit super duas lineas, & fiũt duo anguli, qui sunt ex vno latere minores duobus rectis, illæ coincidẽt. Dicimus itaq; ꝙ ingressus D sit Euclides mõ suppositionis, & ꝓœmij in illã apud initium sui libri. Scḋa aũt pars est, ꝙ res sit oñsa ĩ alia sciẽtia, & in sciẽtia illa, in qua oñdiˀ sit cõclusio, & in sciẽtia in qua ẽ suppositio, & ꝓœmiũ sit principiũ. Et iõ nõ est iter ꝙ ꝓportioneˀ ad illã, ꝙ eã addiscat, quaten⁹ est habẽs hãc sciẽtiã, in qua ẽ suppositio, sed scit illã quatenus hẽt illã scientiã, in qua ipsa verificatˀ. vt. v.g. acceptio Physici & Astrologi à Geometra ꝙ latus exagoni sit æquale semidiametro. Et ex illis sunt descriptiones, quib⁹ E explicatˀ nomẽ illorũ, quæ notũ est inesse rei notæ numeratæ in ꝓlogis quæ recipere oportet: quando vero non fuerint notæ numerabuntur in procemijs inter subiectiones suppositas.

Litigiosa oratiõe orat, qui patiˀ ignorãtiã rerũ ſm modũ dispõnis, & habit⁹, videlicet, ꝙ credat rẽ aliter quã sit, sicut ẽ orõ de pte ĩdiuisibili, & silibus, cõtra id, de quo ẽ habitus in rhetorica disciplinæ & doctrinæ. Error aũt occurrẽs ĩ artẽ est duob⁹ modis, aut ĩ sua principia, aut in ea q̃ principijs succedũt. Error q F dẽ in principia est, sicut illius, q ab negauit naturã eẽ, aut motũ esse in sciã Physica. Error vero in ea, q̃ principijs succedũt, ẽ, sicut illius, qui in hac illa scientia credit esse vacuum, & esse mouens seipsum. Et iterũ errorũ quidã est essentialis, & quidã non essentialis: essentiales quidem sunt, ꝙ affirmetur de re quod est negatũ ab ea in eo qḋ dicim⁹ essentialiter, aut ecõtra, hoc est ꝙ ab illa negetˀ qḋ ei inest essentialiter, sicut ꝙ confirmetˀ cõtinuo esse vltimum, inquantum

De litigiosa contradictione.

G quantum continuũ est. Non essentiales vero aliquando sunt veraces, & aliquando sunt mendaces: Et ex fallẽtibus sunt quædam orationes, vt præhabitum est, quæ vl'iter sunt res quæ affirmant' alicui rei, aut negantur ab illa preter q̃ inter illas, & inter illam sit aliqua ꝓportio ex ipsis proportionibus, quas numeraui mus. Hos autem errores non essentiales impossibile est, q̃ ipsos consideret habens artem illam ex ea parte qua est ex viris illius artis, sicut impossibile est q̃ consideret errorẽ occurrentem in principia illius ar-

H tis. Veruntamen considerat illum, qui occurrit in illud quod succedit principio, & cum hoc est essentialis. Ac etiam error aliquando occurrit ex syllogismo, & absq; syllogismo: quando autem occurrit ex syllogismo, conuenit, q̃ confutetur sylls & conclusio, qm̃ quando breui nos expediremur in confutatione conclusionis absq; syllogismo, remaneret cõclusio dubia, qm̃ essent duo sylli, quorũ alter destrueret ipsam, & alter ipsam cõfirmaret: & tales cõfutationes sufficiũt ĩ arte Topica. Respõ

I dens enim recipit in se solum obseruantiam positionis præter q̃ constituatur de illa ostẽsio per rationem: sed confutatio syllogismi absq; conclusione est habentis Rhetoricam, qm̃ non sequitur ex ablatione syllogismi ablatio conclusionis, sicut nõ sequit' ex ablatione antecedẽtis ablatio consequentis in syllogismo conditionali coniunctiuo, quia proportio sylli ad conclusionem est hęc eadem proportio. Syllogismus autẽ confutatur, aut ex parte formæ, aut ex parte materiæ, aut ex parte vtriusque, Ille vero, qui occurrit absque

syllogismo, ipsum destruet solum K res, in quam cadit error, & non est differentia inter syllogismum contradictorij, & demonstrationem cõditionalem & confutationem: aliquando enim fit per contrarium, & est possibilis, & aliquando fit per cõtradictorium.

HÆc quidẽ rhetorica constitutionis confictionis est composita ex his duabus rhetoricis, hoc est ex rhetorica doctrinæ, & ex litigiosa, quando vna earum affirmabit rẽ aut ipsam negabit secundum modũ demonstrationis, & altera ipsam destruet secundum modum eundem. L Et Topicæ potestati est hic magna iuuaminis collatio, & quasi est hic necessaria.

De rhetorica cõstõnis conti ctionis.

SEd Rhetorica tentatiua experimenti est rhetorica, qua exquirit interrogans, vt fallat in omni arte per errores essentiales in arte ad cognoscendum quantitatem perfectionis suę in arte illa. quoniam perfectio artis continet quatuor res: quarum vna est, q̃ cognoscat principium illius artis: secũda autem ẽ, q̃ ex se excernat ab ea, quod expedit q̃ ostendatur ab eo, quod nõ ostenditur in illa arte: tertia, q̃ remo- M ueat errores essentiales ab illa: quarta autẽ est quòd sit ei potestas ad illam addiscendum. conuenit autem tentatori quòd consideret acceptionem interrogationum ex parte qua lateat tentatorem, sicut quòd illum interroget principia remota, & per hoc intẽdat illum fallere, ac ipsum interroget secundum syllogismum compositum, non secundum syllogismum simplicem.

De rhetorica tẽtatiua experimenti.

IN LIBRVM ELENCHORVM

De Elenchis ſeu Sophiſticis fallaciis.

QVando locuti ſumus de rebus, quibus cognoſcitur quid poſitum ſit ſecundũ modum demonſtrationis, quæ eſt ipſa demr̃atio, & quid poſitum ſit ſm modum verę definitionis, quę eſt definitio, iam loquemur de rebus, quib⁹ fallitur. Notũ
B autem eſt, ꝙ cadat error in his gñibus ex notitia præcedenti duas partes quæſtionis, hoc eſt formationẽ, & verificationem. Cognitio autem agens vtranq; illarum, & dirigẽs, & fallens, eſt duum generum, ſm dictiones, & ſecundum res.

De dictionibus. DIctiones autem, ſiue ſint nomina, ſiue verba, aut literæ, ſunt duarum ſpecierum, aut æquiuocę, aut diuerſiuocæ. Aequiuocę autem quædam ſunt incomplexæ, & quędam complexæ. Incomplexę autẽ, quædam ſunt ęquiuocę ſecundum ſe, & quædam ſunt ęquiuocę ſecun
C dum declinationes. Æquiuocę autem ſecũdum ſe, quædam ſunt ſm quandam contingentiam, & quædam ſunt analogæ, & quædã tranſlatæ, & quædam accõmodatę. Iam autem præmiſimus prælibamina de his. Æquiuocę vero ſm declinationem ſunt, ſicut cuius declinatio eſt vt declinatio pluralis; & non pluraficatur, vt Venetiæ, aut cuius declinatio vr̃ fœminina, vt ſophiſta. Cõpoſitorum vero exemplum eſt, quẽcunq; Socrates dixit ꝙ ille ita ſit, ille eſt ille, quem dixit: Socrates autem dixit lapidẽ ꝙ ſit lapis: ergo Socra- D
tes ipſe ẽ lapis. Æquiuocatio itaq; hic eſt ſolũ in dictione ipſa. Dictionũ aũt diuerſiuocarum, q̃dã ſunt diuerſiuocæ in ſe, & quædã diuerſiuocæ ſm ſua agnomina. Et diuerſiuocæ ſm agnomina, q̃dam ſunt diuerſiuocę ſm agnomina earũ q̃ ſunt ĩ eis, & q̃dam ſunt diuerſiuocę ſm agnonima earũ, q̃ sũt extra illas. Diuerſiuocarũ vero in ſe, q̃dam sũt q̃ differunt ſm ſe totas, & loco earum ꝑmutatᷓ vna dictio, & q̃dã sũt q̃ differunt ſm quaſdã ſuas partes, & cũ ſuis connotatis. Diuerſiuocarũ ve-
ro ſm ſe totas sũt multę ſpẽs. Quę- E
dam ſunt, quibus mutatur nomen loco nominis, ſicut dum mutatᷓ vinum in flauum. Et quędã ſunt quibus permutatur nomẽ in orõnem, vt q̃n mutatur vinum in fugantem mœſtitiam. & earum ſunt quædã, quibus permutatur oratio ĩ orationem, vt permutatur animal riſibile in emptorem & vẽditorem. Diuerſiuocæ vero ſm partes, quædã ſunt, vt dicendo habens manus, & habẽs duas manus. Et ſicut ẽ permutatio quoddam ipſarum regimẽ, vt dicendo impoſſe eſt ꝙ agat, & nõ eſt poſſibilitatis vt agat. Et harũ ſunt, qui F
bus permutãtur ſua regimina eſſẽtialia, vt dicendo alyzmel, & alyuamal. Diuerſiuocarum vero ſecundum agnomina illorum quę in eis ſunt, quædam ſunt quæ permutantur a diuiſione in compoſitionem, prout dicẽdo, Socrates eſt cæcus, & eſt ſecundum mentem: ergo eſt cæcus ſecundum mẽtem. Aut ex compoſitione in diuiſionem, ſicut dicẽdo, quinarius eſt aggregatũ ex pari & impari: ergo eſt par. Et quædam ſunt, quibus permutantur lo-

G ca pausę, sicut dicēdo, homo videt quicquid videt: & homo videt lapidem, sequitur hinc ꝙ lapis videt. Et quędam sunt permutatę ordine, sicut dicēdo, nō est dignum ꝙ agat, & dignum est ꝙ non agat. Et q̄dā sunt quibus permutatur vox, quæ assimilatur alicui rei, in vocem quę assimilat̃ alij rei. Diuersiuocę vero ſm agnomina illorum, quę deforis sunt, quędam sunt quibus pmutatur ipsarum dispositio & forma, & hanc partē subintrat ipse accentus. Et quædam sunt, quibus mutatur dispositio dicti, & eius forma & ha-
H bitudo, vt ꝙ res explicetur per suū agnomen, aut per suum genus. Et quædam sunt diuersiuocæ secūdū agnomina extrinseca dicto: & hęc sunt, sicut agnomina patētia diuulgata quæ connectuntur: sicut ꝓnūciando aliquam orationem cū dicto, quę assimilare faceret aliquid, quod nō faceret assimilare sine eis, quando illud esset separatum Dictiones vero quædā fallunt in illis quatuor generibus scibiliū: & quædam fallunt in vno illorū: & quædam in pluribus, q̄ vno. quę quidē fallūt in quatuor partibus sunt, si-
I cut nomen æquiuocū, & eius partes. Exemplum vero suę fallacię in scientiam dirigentem ad formationem, manifestū est ꝙ non facit intelligere rem, cuius formatio intēditur. Sua vero fallacia in sciām agentem formationem est, quādo fuerint dictiones incōplexę, quę significāt partes definitionis æquiuocæ: sicut est legis definitio, ꝙ sit operationū directiua. Sua vero fallacia in scientiam dirigentē ad verificationē fit, dum quæsitum diuiditur in duas partes contradictionis, & illas sigñat noīe ęquiuoco, K putat̃ de illo, qđ est q̄sita multa, ꝙ sit vnū q̄situ: aut de illis, q̄ sunt cōtradictoria multa, ꝙ sint duo cōtradictoria: sicut est an mundus sit cōposit⁹ ex materia & forma, aut nō sit cōposit⁹ ex eis. mūdus itaq; dr̃ đ oībus eius partibus ſm quādā speciem ęquiuocationis. & silr̃ materia & forma. Fallacia vero ī sciam agentē verificationē est, sicut dicendo versum esse circulū: & circulus est figura, in cui⁹ medio ē punct⁹, a quo oēs lineę exeuntes ad circunferētiā sunt ęquales: oīo itaq; metrica est talis. Fallacię aūt noīs ęquiuoci sunt multæ nimis: & cōuenit, L vt caueatur ab illis. Loca autē, quibus cōstat, ꝙ nomen sit ęquiuocū, aut ꝙ hoc nō sit eius, notum est ab initio rei, siue cōsyderemus definitiones harum rerum, quas sigñant noīa: & qñ illas inuenerim⁹ differētes, nomen est æquiuocū: & silr̃ ēt si fuerint differentes ſm partem definitiōis, videlicet gñe, aut dr̃ia. Et aliqñ cōstituemus hoc ex suis proprietatibus, & descriptionibus. Et iterū dum rei opposita fuerint multa, res erūt multæ, hoc ē ꝑ opposita M eis cōtraria, & priuationem & habitum, & affirmationē & negationem: qm̄ vnicuiq; illorum est vnū oppositū necessario. Vt gratia exēpli, grauitas dr̃ de voce & corpore: vnum itaq; oppositorū est leuitas, & aliud est acumē. Exemplum autē illius, quod fallit pluribus vno horum gñum diuersorum in ordine. illa. n. fallunt in scientiam directiuam ad verificationē, & in agentem: v. g. ꝙ ordinemus dictionē infinitātem vice dictionis negatiuæ, aut ecōuerso: sicq; ęstimabitur de ne-

A negatione ꝙ sit īfinitatio. & qñ po nec̄ minor ī prima figura, de illa, ꝗ non est conclusio, ꝙ sit conclusio. Qñ aũt acceperimus duo opposita quatenus sint opposita oppositione nominis simplicis & infinitati, quę est oppositio habitus, & priuationis, & illa opponũtur oppositione affirmationis & negationis, fit illa fallacia in sc̄iam dirigentē ad verificationem. Et silr̄ est huius cõtrariũ, vt ꝙ capiatur graue & leue ꝙ sint opposita oppõne affirmationis & negationis. & qñ diceretur fortasse inuenitur aliqua pars, quæ nõ est grauis neq; leuis, nõ admit- B teretur hoc, nec apud illũ eēt possibile hoc esse. Exemplum autem illius: qđ fallit in vno gñe tñ, est dictio mutata a diuisione in cõpositionem, vel ex cõpositione in diuisionem: quando autem alicui viro peruenerit aliqua harum rerũ, poterit cauere animã suam ab errando in id, ī quod erratur vno gñe harum notionum, aut plurib⁹ quàm vno genere.

De rebus fallẽtib⁹.

RES autem fallentes sunt octo generum. Quoddã est accñtis. Et quoddã est consequentis. Et C quoddã est vocis simplr̄, & connexæ clausulæ. Et quoddã est, ꝙ capiantur multæ interrogationes, ac si esset vna. Et quoddã est, ꝙ ignorentur aliquę conditionũ oppositorum. Et quoddam est locus petitionis principij. Et aliquod ē acceptio nõ causæ vt cã. Et aliquod est locus trãslationis & cõmutationis.

De fallacia accñtis.

Illud quidē, quod est fm accñs vlr̄ oppositum est illi quod ē essentialr̄, vt pręmissum est. id. n. quod est essentialr̄, est ꝙ pręđicatũ sit de essentia subiecti, aut subiectum de essentia prædicati. Id ergo qđ est D fm accñs, est ita, ꝙ neutrius essētiæ sit ꝙ alterutri insit. Hoc aũt est duarum partium. quarũ vna est, ꝙ hæ res, quę cõiunguntur per accñs, insint alicui subiecto essentialr̄. qñ aũt vnum illorũ pręđicatur de altero, aut secum cõnectitur, est prædicatio sua per accñs, aut cõnexio per accñs: prout inest risus illi, qui vendit & emit. Secunda aũt est, ꝙ hę res, quę cõiunguntur per accñs non sint connexę fm dispositionē illius qđ est essentialr̄. vt ꝙ corruscat corruscatio, & moriatur aliqđ E animal. Et hæc pars ē remotissima illarum, quæ sunt per accidens. & eius notio fit facilis, cũ ipsius casus sit raro. Prima vero pars est multę fallaciæ, cũ sit semper & vera, & ipsa fallit in scientiam agentē verificationē & formationem. Fallacia quidem formationis est, vt ꝙ cõcipiatur corpus naturale ꝙ sit diuisibile in tres superficies, quia superficies diuidunt in lineas, & lineę in pũcta. hęc itaq; ē formatio corpis nãlis per accñs. & ideo hęc formatio fallit in verificationem, adeo ꝙ putetur ꝙ corpus nãle sit composi F tum ex pũctis. Et ex hoc loco errauit, qui asseruit partē indiuisibilē, aut ex quo res est polis p accñs, impolis essentialr̄. Quãdo itaq; caperemus quod est per accñs vice illi⁹, quod est essentialr̄, putabit de illo quod ē possibile, ꝙ sit impossibile: prout est apud illũ, apud quē impole est fuisse res trãsmutabiles successiue in infinitũ in prædicato: tale itaq; forsan est pole, per accñs, licet sit impossibile essentialr̄. & similiter est esse infinitam virtutem corpori ęquali, licet sit impossibile

G essentialr, non est impossibile per accñs hoc est ex parte, qua accidit huic corpori aliqua dispositio. Et aliquã do res est poßis essentialr, impoßis per accidens. Id autem, quod est secundum accidens, fallit in multis diuersis locis.

De fallacia consequentis. Locus vero consequentis est, ꝙ res denominetur ſm aliquã dispositionem: deinde denominetur aliud per illam, & exprimat secundam esse primam, aut sicut iudiciũ primæ, v. g. ꝙ denominemus per Heramum aliquem virum, qui sit Diogenes: deinde denominemus alium H ꝑ illud, & putemus ꝙ sit ille primus aut sicut primi iudicium. Et silr videmus mulierem, cuius corp⁹ tumescat ob imprægnationẽ: deinde cernimus aliam mulierem, cuius corpus tumescat, & putemus illam prægnantem. & hoc æstimãtes ꝙ semper affirmatiua vlis conuertatr ſm suam dispositionem secundũ suam quantitatem & qualitatem. Et vlr hoc loco cõstruitur syllogismus ex duabus affirmatiuis in scda figura: hic autem non concludit, vt præmissum est. Et aliquando etiã fallit aliqua spẽs fallaciæ, sed secunda I intentione, verbi gratia qñ hoc loco euenerit nobis aliquod prędicatum cõuertibile cum suo subiecto, putamus ꝙ conuersa contradictorij huius prędicati conuertibilis sit vera. Vt v. g. dũ putamus de tumore corporis, ꝙ sit impręgnatio, & verificatur nobis cõuersa cõtradictorij huius orõnis, videlicet cui nõ inest imprægnatio, illi non est tumor corporis, hoc autẽ est falsum. Falsum autem non accidit hic occasione conuersi contradictorij, qui ẽ locus demonstratiuus: quia si fuerit omnis homo animal, quod non est K animal non est homo. Ostenditur autem veritas huius loci. quia si nõ verificatur id quod dicimus, quod non est animal non est homo, verificatur eius contradictorium, quod est aliquid quod nõ est animal, est homo: ipsum aũt est falsum: suum ergo contradictoriũ necessario est verum, videlicet quod non est animal nõ est homo, & vlr vis illius loci, in quo reperitur oppositum consequentis condõnalis cõiuncti. Verũtamen errauit hic, quia euersum contradictorij, quod non est verũ.

L Connexiones vero sunt tres, quarum cõsuetudinis est ꝙ sumant cõnexæ cum tpe, aut loco, & putetur ꝙ verificent simplr, v. g. hoc acetum est vinum permutatum, ergo est vinum. hoc autem est falsum. qñ vero absoluuntur cõnexa, sunt vera, dum seruantur in eis duę res. quarũ vna est, ꝙ non teneatur in oratione oppositum illius, quod secum cõnectitur, siue fuerit nomen illi opposito, quod significet ipsum, eo ꝙ est oppositum sumptum ſm suum nomen, siue fuerit oratio ipsum significans, quæ sit ſm illud nomẽ. Exẽplum aũt connexi, quod qñ absol- M uitr, tenetr in illo suum oppositũ ex parte qua sumitr ſm suum nomen, est, Socrates est aĩal mortuum. qñ itaq; hoc absoluitr, tenetur ĩ eo suũ oppositũ, et dicim⁹ Socrates ẽ aĩal, ex illo intelligitr oppositũ cõnexi in eo, q̃ est mors. Exemplũ aũt connexi, qđ dũ absoluitr tenetr, in eo oppositio ex parte, qua ipm sigñat orõ, ẽ dum dicim⁹, hic hõ est mortuus. id n. qđ intelligitr ex sigñato hoĩs, dũ absoluitr, est oppositũ mortuo. Secũda vero condõ est, ꝙ ꝑdicatum connexum

De fallacia simpliciter & ſm quid.

A nexum non sit prędicatũ cã illi' p quod connectit: vt dicẽdo, Socrates est poeta, qñ verificatur nunc pdicatio de ly est, ob ipsum connecti cũ poetria. & iõ qñ absoluit falsificat. Absolutæ vero sunt res, quę sumptę simplr, putatur q verificentur cõnexæ clausulis, & sequitur hinc mẽdacium, aut nugatio. Et exemplũ quidem illius, ex quo sequitur mendacium, est, vt dicendo Socrates ẽ medicus, & Socrates est in foro: Socrates itaq; est medicus in foro. Exemplum autẽ superflui, & nugationis est, Socrates est homo, Socrates est B aĩal: sicq; Socrates est hõ aĩal. hoc aũt est superfluum, quia aĩalitas cõtinetur in humanitate eo mõ, quo pars continetur in toto. Cõuenit ergo, dum voluerimus de his absolutis, q verificentur connexa, q sint sibi inuicem connexa essentialr, & q non sequatur ea superfluum & nugatio: sicut fit dicẽdo, Socrates est animal: & Socrates est ambulans: Socrates itaq; est animal ambulans.

De fallacia multarũ interrogationum pro vna.

Sumendo vero multas interrogationes, ac si esset vna, fit fallacia huius orõnis in quæsito, cuius subiectum sequũtur duo iudicia opposita, sicut est dicere, an lutũ sit aqua & terra. qñ itaq; non distinguitur C orõ, & dr in potentia, aut ĩ actu, possibile est nobis putare q lutũ sit terra permista cum aqua, ex quo duo miscibilia non inueniuntur in gñe mistionis in actu. Et huius loci est ambiguitas Mennonis notoria, qñ voluit destruere disciplinam, & sumendam demrationem, quando dixit: Non euadit quæsitum, quin sit ignotum, vel notum. si sit notum, nõ fit de eo nobis qõ, si aũt sit ignotum, nõ est nobis modus ad ei' adeptionem, quoniam ipsum sciem' D ex parte qua est notũ: ac ẽt, dũ occurreret nobis, nescirem' q illud sit id qd qsiuimus. sicut qui qrit seruũ quẽ nõ pnouit, quẽ, dũ ei ille occurret, nesciret eẽ illũ. Locus aũt fallacię in hac orone est, q ipse vtit hoc loco noto vno mõ, ille aũt dr duobus modis, quorũ vn' ẽ ĩ potẽtia, & alter ĩ actu. Esset tñ necessaria hæc ambiguitas, si nostrũ qsitũ esset notũ in actu, aut ignotum oĩbus modis: est vero ignotũ in actu notũ in potẽtia, ex quo oñsum est, q syllus pcedat pcessu a toto ad partẽ: pars aũt continetur in toto in potentia. E Plato vero, qa nõ fuit ei notificatus mod' solonis hui' ambiguitatis, sustinuit sciam esse reminiscentiam. Qñ aũt volumus, q hic locus nõ sit fallens, cõuenit q diuidamus quot modis dicatur res, & consyderemus singulos ipsorum separatos.

De fallacia elẽchi

Ignorantia vero elenchi fit in loco suę fallaciæ, qñ ignorant aliquę conditiones, quę appositę sunt clausulę conditionum oppositorum, & tũc sint opposita. iam autem retulimus has conditiones in his, q præmissa sunt. Aut quando capitur, qd F nõ est oppositum, ac si esset oppositum, dijudicans veritatem & falsitatem. Fallacia aũt huius loci fit duobus locis, quorum vnus est syllogismo contradictorij, & alter est syllo cathegorico, sed in illo est suppositio. In syllogismo vero contradictorij capimus, quod non est contradictorium illi, cuius constitutionẽ intendimus, ac si esset illius contradictorium. qñ itaq; fecerimus hoc, & cõiunxerim' illi propositionẽ verã, & ex illo sequitur mẽdacium, putamus q fasum sequatur ex contra-

G dictorio positionis. v.g. ꝙ dicam⁹, creator est extra mundũ, aut intra ipsum. si aũt sit extra mundũ, aut intra, est corpus, ex quo illud quod est extra mũdum, aut intra ipsum est corpus: sequit̃ itaq; ex hoc mendaciũ, videlicet ꝙ creator sit corp⁹, quod quidem falsum sequitur, ex eo quod dixim⁹, ꝙ ipse sit extra mũdũ, aut intra ipsum. Locus vero fallaciȩ in hoc est, quia extra & intra dijudicãt veritatem & falsitatem in subiecto proprio eis, illa autẽ sunt corpora, ſm, ꝙ illorũ consuetudi-
H nis est dijudicare veritatẽ & falsitatem de illo vero, quod nõ est corpus illud est mendacium. Iam autẽ ostẽsȩ sunt istȩ res in prȩmissis. Illius vero fallacia in syllõ cathegorico concludit illud, quod nõ est cõtradictoriũ illi, cuius cautela intenditur a rñdente, ꝙ sit illius cõtradictorium: caperet itaq; quod nõ est positio, secundum ꝙ esset positio.

De fallacia petitionis principij.

Petitio vero principij est duarũ specierum, aut petitio ad confirmationẽ primæ positionis, aut petitio ad destructionem illius. Petitio q̃dem ad confirmationem illius est
I duarum partium. Quarũ vna est, quȩ creditur esse vera petitio, & nõ est. Secunda aũt est illa, quȩ vere ẽ petitio. Incipimus itaq; ex hac parte & dicimus, ꝙ petitio ſm primã positionẽ vl'r est, ꝙ res sumatur ad suijpsius ostensionem, & hoc fit in verificationem, aut in formationẽ. res ãt, quȩ sumitur ad suiipsius oñsionem, nõ sumitur ſm denominationem, qua puenitur ad quȩsitũ: tale.n. nõ latet, sed si mutaret̃ mutatione, qua putetur ꝙ nõ sit ipsũ quæsitum, sit tñ ipsum quæsitum. & hic quidem modus occurrit ex parte dictionũ. Altera aũt, est ꝙ sumat̃ ad quæsiti ostensionem, id q̃d ostensum est esse per esse ipsum q̃situm, & hoc notũ est in ostensione p circulũ. Illa vero, quæ fit ex parte cõmutationis dictionum, & ipsarũ mutationis, occurrit quatuor modis. Quorum vnus est commutare nomen vice alterius nõis, vt qui ostẽderet ꝙ vinum lȩtificet, q̃a aromaticum lȩtificat. Secũdus aũt est commutare orõnẽ loco nõis: sicut qui oñderet vacuum esse in mũdo, q̃a in eo sit locus, in quo nõ sit corpus. Tertius aũt est cõmutare
K
L nomen loco orõnis, & est illius cõtrariũ. Quartus aũt est cõmutare orõnẽ loco orõnis: sicut qui oñderet, ꝙ locus, in quo nõ sit corp⁹, inueniatur, quia inueniatur spaciũ abstractũ. Notũ aũt est, ꝙ medius terminus oĩum horũ syllõrum sit ipsummet subiectum, q̃siti, q̃d est minor extremitas sylli, & maxime q̃n dñia inter illa fuerit per nõia solum. In illis vero, quorum loco nominum commutatur oratio explicans illa, potẽtia medij erit potẽtia minoris extremitatis, q̃n orõ explicãs, & nomẽ simplex fuerint æqua
M lis sigñationis, & neutrũ erit noti⁹ altero. q̃n vero vnũ fuerit altero notius, tunc nõ erit vere petitio, quia nomen incomplexum nõ est oratio explicãs in actu, sed in potẽtia, ex quo sua significatio est confusa, & sigñationes orationis explicãtis ȩqualiter siue fuerit descriptio, aut definitio, illæ sunt distinctȩ. Et sic põt esse, ꝙ accipiãtur definitiones, & descriptiones medij termini demonstrationum. Aliquando vero contingit ꝙ ipse idẽ medius terminus sit maior & minor. Hoc ãt est posse

A possibile, dum capiũtur duæ partes q̃siti, quatenus sint duæ res, & ĩ veritate sunt vna res, non est impos̃e ꝙ talis eueniat per synonymitatem nominum, immo tale ƒm veritatem non est quæsitum, sed est dictio incomplexa, & hę eædẽ partes petitionis occurrũt in formationẽ sicut qui definiuit motum ꝑ id, qd̃ sit corporis recessus. Ostensio vero secundum circulum est, sicut diximus, ꝙ capiat̃ ad ostensionẽ quæsiti id, quod ostensum est per ipsum quæsitũ, sicut, ꝙ ostendamus figuram stellarũ esse sphæricam, quia
B ipsę nõ moueantur, deinde ostẽdamus, ꝙ ipsę nõ moueantur, quia ipsarum figura sit sphęrica, & hæc ẽ per se manifestæ cadentiæ. Quãdo vero acciperemus aliquid aliud ad ostẽsionem huius rei primæ rei secundum aliam dispõnem, hoc nõ esset impos̃e, vt, ꝙ ostẽdatur sphæricitas per luminis crementũ, deinde capiatur ad ostẽsionem cãę crementi sui luminis ipsius sphęricitas. Et aliquando occurrit ostensio circuli in formationẽ, vt qui definiret solem, eo ꝙ sit stella oriens in die: dña. n. illius definitionis, q̃ est ortus solis, est causata a sole, ex quo
C sol fuit sumpt⁹ in definitione diei: sicq; qui fecerit tale, solum petit in definitione, & sic ẽ qui definiuit imparem, eo ꝙ non sit par: & parẽ, eo ꝙ non sit impar. Formatio vero vtriusq; relatiuorũ per definitionẽ alterutrius expedit necessario, qa quidditas duorũ relatiuorum largitur hoc, quia, qñ nos formarem⁹ patrem, & filiũ separatim impos̃e est quin accipiatur filius inclusus in patris formationem, sicq; est illorum dispositio, licet non formentur, inquãtũ sunt relatiua. Et iã ex D posuit hoc Abumazar Alpharabi⁹ manifeste. Veruntñ dicto Auic. de hoc nõ est aliqua rõ. Hęc itaq; vere sũt oĩa loca, q̃ sũt petitiones principij ƒm primã põnẽ. Illę vero, q̃ ęstimant̃, ꝙ sint petitiones, & nõ sũt petitiones ƒm veritatẽ, sunt quędã loca, quorum est, ꝙ capiatur vl̃e ad oñsionem particularis, aut particulare ad oñsionem vl̃is. Et quidã eorũ, est, ꝙ capiatur consequens rem ad rei ostensionem. Et quidam eorum est, ꝙ capiantur consimilia ad ostensionem aliquorum aliorũ cõsimilium eis. Et quidam eorũ est, E ꝙ capiant̃ ꝑtes rei ad oñsionẽ rei. Quando vero capitur vl̃e ad oñsionẽ particularis est demr̃atiuus, & ẽ modus, sine quo non est pos̃e, ꝙ sit orõ concludens essentialr̃, tunc . n. cõtinet significatũ dicti de omni, prout expositum est in lib. Priorum. iam autẽ prolata sunt verba multorum virorum nostri tp̃is, ꝙ syll̃i categorici sint petitiones ƒm veritatem. Dixerunt. n. hoc esse, qa vl̃e rei est ipsa res, qui scit, ꝙ omne aĩal sit sensitiuũ, scit, ꝙ oĩs homo sit sensitiuus. Et hęc fallacia subintrat locũ, in quo capiunt̃ q̃sita contradictoria, ac si essent quæsitum F vnũ, qm̃ vl̃e rei est res in potẽtia, & nõ est res ĩ actu: acceptio vero particularium ad oñsionem vl̃is ẽ inductio. ego aũt futur⁹ sum ferre sermonẽ de ea in topicis. acceptio vero cõsequentis rei ad oñsionẽ rei ẽ etiã locus demr̃atiuus, sicut, ꝙ oñdatur, ꝙ mũdus habeat partes graues, & leues, qñ ostẽditur, ꝙ mundus habeat partes graues tm̃: deinde ostendetur, ꝙ ipse habeat solũ partes graues: deinde ostẽdet̃ ꝙ ha-

G beat partes graues & leues simul, & hoc quidē verificatur de reb⁹, quæ verificantur separatę, & verificātur coniunctę. iam autem pręhabitum est, q̄ sint hę res. Locus vero consimilium est locus rhetoricus, vt postea veniet. Hęc itaq; est summa petitionum ſm primā positionem.

Petitiones vero, quę sunt de opposito quęsiti, & sunt illę, quib⁹ semper indagatur destructio sunt duarum partium. Prima quidem pars facit petitionem principij de opposito illius eiusdem quęsiti secundum modum, quo fit petitio de ostēsione q̄si-

H ti Spēs aūt huius partis sūt æquales his, quas numerauim⁹. Secunda vero pars est, ꝙ ipsimet quęsito cōnectamus suum oppositum, præter ꝙ putetur de illo, ꝙ sit ipsius oppositū & sequatur ex illo falsum necessario, & putet̃, ꝙ falsum sequatur ex pōne quęsiti, sicut, ꝙ poneretur, ꝙ scīa cōtrariorum sit vna: deinde poneretur, ꝙ quorundam contrariorū scīa nō sit vna: ex hoc. n. sequeret̃, ꝙ q̄dam cōtraria nō sint cōtraria, sed nō acciperetur in hoc rei oppositū ostēsum per ipsam, nisi mō quo la-

I teret, res autē, quæ laterent in illis esse oppositas, sunt ipsæ eædē, nisi, ꝙ aliqua earum sit, de qua putatur, ꝙ nō sit opposita, & est opposita ſm veritatem, & sunt loca dictionum.

Sed de quatuor locis putat̃, ꝙ sint petitiones de contradictorio quæsiti, & non sunt petitiones, ſm, ꝙ sūt petitiones de ipsomet q̄sito. Quia aūt res, quæ sumūtur hic ex oppositis sunt trium specierū, affirmatio & negatio, & habitus, et priuatio, et cōtraria immediata, dum multiplicamus illa quinq; ꝑ hęc tria, proueniunt quindecim loca: quorum locorū tria sūt petitiones ſm veritatē, K & sunt loca orōnū, & de duodecim putat̃, ꝙ sint petitiones, & ſm veritatē nō sunt petitiones. Exēplū aūt locorū q̄ sunt petitiones affirmationis, & negationis ſm veritatem, est hoc, æqualitas ē vtilis & mediū nō est vtile. hic aūt locus diuiditur ſm diuisionem modorum cōmutationū dictionū, quos numerauimus.

In priuatione vero & habitu est, vt fertur ęqualitate gaudet̃, & medietate tristatur. Et contrarium exemplum est, æqualitas iuuat, & mediū nocet. Aliorum vero locorum, quæ non sunt petitiones secundum veritatem, exemplū vniuersalis est, ꝙ L supponas omne animal mouet mādibulam inferiorem: deinde admittamus, ꝙ crocodillus non sit huiusmodi: & hæc quidē est vera destructio. Exemplum autē totius & partis est, ꝙ ponatur mundus totaliter antiquus: deīde admittamus, ꝙ sit nouus ſm quasdam partes eius: & hęc etiam est vera destructio. Exēplum autem cōsimilium est, ꝙ ponamus cōuenire reges esse multos: deinde admittamus ꝙ proportio regis ad regionem sit, sicut proportio M Dei ad mundū: Deus aūt est vn⁹, ergo nō conuenit reges esse multos: hic aūt locus est destructio rhetorica, & non est petitio. Putatur autē de his locis, ꝙ sint petitiones, q̄m, q̄d assimilatur alicui rei in principio consyderationis est ipsa res, & silr̄ ēt est de toto, & suis partibus, & de re, & consequente ipsam, & de vniuersali, & suis particularibus. Exēplificatio vero horū quatuor in cōtrarijs, & priuatione, & habitu, nō est res difficilis apud illum, qui consyderat illa.

A cce-

A De fallacia si cãç, vt causç. Acceptio vero nõ causç, vt cã, cadit in cathegorico, & in syll'o cõtradictorij simul. Ipsius quidem casus ĩ categorico ẽ duobus modis: quorũ vnus est oratio corruptæ formç, sicut ꝙ cõcludatur ex duabus negatiuis: secundus aũt est, ꝙ sit corruptæ materiæ, vt, ꝙ præmissæ acceptç sint falsæ omnes, aut quædã, vel aggregantur ambæ res simul, & ille dicitur corruptus genere, vt qui diceret, oẽs res sunt in tẽpore, & oẽs res sunt in sphæra mundi: tẽpus itaq; est sphera mundi. Et de illis est, ꝙ p̃missæ sint veræ, sed nõ ꝓportionatæ, sicut, ꝙ ostendatur, ꝙ duo latera trianguli sint longiora reliquo latere, quia vnũ mobile mouetur ꝑ illa longiore tẽpore, q̃ sit tẽpus, quo mouet᷑ per reliquũ latus, & hãc partẽ subintrant logica quodãmodo. B De illis ẽt est quidã, qui cõcludit verũ, sed per accñs, qm̃ accidit, ꝙ solũ ꝓpositio minor sylli sit falsa, & cõclusio sit vera: vt dicẽdo, hõ ẽ equ⁹, & equus est animal, hõ itaq; ẽ aĩal. Et quidã eorũ est, ꝙ modus cõclõnis sit ſm vnã rẽ & p̃missæ ſm aliã rẽ, vt, ꝙ concludat conclusionẽ necessariã, & in syll'o sit iam sumpta præmissa contingens, vt dicẽdo, hõ ambulat, & qđ ambulat ẽ animal: C hõ itaq; necessario est aĩal. Et aliq̃s illorũ est, ꝙ medius termin⁹ qui accipitur cã in demõne simpl'r, aut ĩ demõne cãç tm̃, sit cã per accñs: vt dicendo, qđ nõ habet finẽ nõ mouetur, quia nõ habet locum ad quem moueat᷑. in hac itaq; cã sine dubio est ꝓportio accidẽtalis, ex quo imagnati sumus locũ, ad quẽ moueat᷑. Et de illis est, ꝙ sit syll's concludens, sed non concludat quçsitũ, sicut est oratio Parmenidis, quicquid est p̃ter ens nõ est: & qđ non est, non est D aliquid, ens itaq; est vnũ. hic itaq; concludit, ꝙ id, quod est nõ ens, nõ sit aliquid: nõ ꝙ ens sit vnũ. Et illorũ aliquis est, qui non concludit q̃situm primo, sed secundario: vt qui ostẽdit, ꝙ partes substãtiæ sint substãtiæ, dicendo ꝑ destructionẽ partium substantiæ destruitur substãtia, & ꝑ destructionẽ illi⁹, qđ nõ est substantia, nõ destruit᷑ substãtia. q concludit in secunda figura est, ꝙ partes substãtiæ nõ sint nõ substãtiæ. Et de illis est quidã, q caret maiori p̃missa, putãdo, ꝙ ipsa desit ob ipsi⁹ diuulgationẽ, prout consueuerunt facere habentes demõnẽ, illa E aũt ſm veritatẽ est falsa, sicut dum dicimus, hic noctu prædat᷑, ergo est latro. Verũtñ in syll'o cõtradictorij hoc fit duobus modis. Quorũ vnus est, qñ subiectũ propõnis veræ ei attributæ nõ fuerit cõpositũ compositione syllogystica, adeo, ꝙ ex hoc sequatur falsum. Secundus aũt est, ꝙ falsum sit sequẽs absq; subiecto æqualiter, siue fuerit non coniũctũ cũ subiecto oĩno, aut verisimile sit, ꝙ sit coniunctũ, præter ꝙ ita sit ſm veritatẽ. Sed primus modorũ harũ F duarũ ꝑtiũ, ipse redit ad corruptionẽ formæ syll'i: alter vero modus cõtinet duas eius partes, ꝙ falsum sequat᷑ sine subiecto, & aditus subiecti in illũ erit superfluus, & incassũ. Exẽplũ aũt illius, in quo subiectũ est superfluũ, & incassum, & putat᷑, ꝙ cõnectat᷑ subiecto, est dũ dicim⁹, si mundus nõ fuerit nouus, est antiquus: qñ autẽ mundus positus fuerit inuentus in actu, & infinitus, erit inuentus, & nõ inuentus simul, hoc aũt est falsum, mũdus ergo est nouus: qm̃ vero attributũ non cõiungitur

G gitur subiecto, quasi non est falsigraphus. Et aliqñ inuenitur tale ĩ syllõ categorico, & illud fit, ꝙ capiamus id, cui non est additus ad conclusionem, ac si ei esset aditus, hoc autẽ contingit in oratione virorum sophistarum nugationis.

De Translatione, & permutatione.

TRãslatio vero, & permutatio est, ꝙ translatio semper fit ad id, qđ põt capi vice rei, & putatur, ꝙ sit ipsa res, & fallit. Hoc aũt est dictio, aut res, ipsa aũt res aut est singularis, aut vl'is, aut ꝑticularis, aut cõsequentia priora, aut posteriora, H aut coniuncta, aut imagines rei in aĩa, aut sua simulacra sensata, & in his rebus sunt quędam res, quę appropriant eas in se, & qñ in eis imaginantur res aliç, oportet, ꝙ in eis imaginent' res, quę inueniantur in his rebus. Exemplũ vero dictionũ constitutarũ vice rerũ est, sicut qui credit propõnem, cuius sunt nomina synonyma eẽ propões multas. Vl'is vero, & ꝑticularis est, sicut ꝙ attribuamus homini rõnem, deinde transferamus illam ad animal, aut ẽ conuerso. Translatio vero ad I simile est manifesta. & ex hoc loco exit oratio assimulationis. Cõiunctum vero est, sicut oratio dicẽtis, tẽpus interfecit ipsum, tẽpus.n. nõ interficit, sed est coniunctũ interficienti. Similitudines vero rei, notũ ẽ, ꝙ ipsæ dũ capiunt', ꝙ sint res, ipsę in se fallent, sed maior pars fallaciæ harũ similitudinũ fiũt in reb⁹, quas difficile ẽ imaginari in se, sed imaginant' in alijs ab eis, aut fiũt ĩ rebus, quas impol'e est imaginari ĩ se. v.g prima materia, q̃ nõ est formata certe, põt imaginari in suo ꝓportionali: qñ aũt intenditur imaginari in se, capitur formata cum imagine formæ, & nõ imaginatur K ſm id, qđ ipsa est in se, sicut ẽ, qñ dicimus, ꝙ non sit extra mundũ vacuum, neq; plenũ, nõ põt hoc imaginari, sed semꝑ ęstimatur, ꝙ extra mundũ sit vacuũ, aut corpus. Hic aũt locus est, induxit ad orationẽ de vacuo, & ideo dicunt loquentes de Creatore, ꝙ sit, quẽ non cõciperent ipsum intellectus, hoc est, dũ imaginaret'. Fallacia itaq; eorũ, q̃ dicta sunt, cadit ex hoc in rebus, ex quibus fit doctrina, q̃ vocatur constantia ad oculum: hoc autẽ fit in Geometria Mathematicorum.

De rõnibus Probabilibus & litigiosis.

L POstq̃ aũt iam locuti sumus de rebus, ex q̃bus cognoscit' verificatio vera, & formatio perfecta, & postea locuti sumus de rebus, q̃ fallũt in eis, loquemur itaq; de verificationibus topicis, & litigiosis, ſm quãtitatem qua iuuatur vnaquęq; illarum, sermo vero, quo cõpleantur hæ artes, non est necessarius nostro proposito. Hinc aũt incipiemus de sermonibus topicis, & dicemus, ꝙ quãtitas, quam adipisci facit, est coniecturę proximę veritati. Coniectura autem vl'r est, ꝙ credatur de re, ꝙ sit ſm quandã dispõnẽ, & põt esse secus q̃ credit'. Et illi⁹ M proprietatis est, ꝙ auferatur in cõtrouersia cõtra id, quo ẽ demr̃atio, quia illius proprietatis ẽ, ꝙ nõ auferatur ꝑ cõtradictionẽ, hic aũt est duarũ partium, quarum vna est, ꝙ non coniectet' eius contradictoriũ, & hæc ẽ topica, altera aũt est, ꝙ nõ coniectet' eius cõtradictoriũ, & hęc ẽ oratoria. Quòd vero hęc sit quãtitas verificationis, quã hæc ars facit acquirere, est euidens ex definitione orationũ facientiũ ipsam acq̃rere, ex quo oratio topica ẽ syll'us

Quę sit orationũ topicarũ materia.

compositus

A cōpositus ex pmissis diuulgatis notis. In ipsis autē pmissis diuulgatis euenit verificatio ex pte attestationis totis ipsis, aut maiori ipsarū parti, nō ex parte qua res ita sit in se: è cōuerso illius, qđ est res in demrōne, qm ī illā occurrit nobis veritas certe vera ex pmissis, qb' nobis euenit illi' veritas ex pte qua illę sunt, in rebus fm q sunt extra aīam, nō ex parte qua est significatū nostri dicti. Hoc aūt sic existēte, vt plurimū, hę propōnes topicæ sunt falsæ fm partē. Si aūt inueniant̄ verę fm B totū, hoc inest eis p accñs, hoc ē ex parte q̄ cōtingit diuulgato, q sit extra aīam id eius, qđ est ī aī ., nos autē non sumimus eā in his syll'is ex hac parte, vt diximus, sed solū ex pte diuulgatiōis. & ideo oportet necessario syll'm verū fm figurā cōpositū ex talibus pmissis, q faciat adipisci opinionem occurrentem.

De forma topicarū orationū. Postq̄ aūt exposita est quantitas verificatiōis, quā facit acq̄rere hæc ars, dicemus spēs orationum agentiū illam. Et dicimus, q syll'i, ex quibus sequitur opinio propinqua veritati, necessario oportet, q sint veri C fm figurā: sin aūt, essent orationes falsigraphę. Et ideo spēs syll'orū, q̄ fiunt hic, sunt tres species dictę in lib. Prior. hoc est categoricus, & cōditionalis, & syll'us cōtradictorij, tā simplex, q̄ cōpositus illorū: possibilis nāq; est cōstructio q̄siti ipsiusq; destructio talib' syll'is topicis compositis, ex quo īueniunt̄ apud nos prę missę diuulgatę cōferentes q̄sito. Et aliqñ hæc ars vtitur alia specie verificationis propria ei, quæ ē inductio. Hæc aūt species rerū agētium verificationē est illa, q̄ enuntiat aliquid de re vl'i enuntiatione vl'i, quæ affirmat, aut negat eē hāc D enuntiationem in maiori parte illorum, quę sunt sub illa re vl'i. v. g. enuntiatio, qua enūtiamus, q omne corpus sit nouum, cū nos inueniamus maiorē partē corporū talis denominationis. Et est oro cuius vis est vis syll'i primæ figuræ, cuius minor extremitas est hęc res vl'is, medius autem terminus sunt ipsæ partes, & maior est ipsa enūtiatio. Sed res est contra illud, qđ ē res in ipso syll'o, qm per syll'um semper p cedim' ad verificationē rei particularis ignotę, per vl'em, quæ sit nota apud nos, & per æquale notum ad E ęquale ignotū, fm q nō sumemus hic vl'e æquale notum pręmissam maiorem, inquantum est ęquale, sed ex parte qua est vl'e, siue sit nāliter, aut īpositione. Illud vero, quo innuitur verificatio rei pticularis ex vl'i, quod est apud nos, est, sicut, q ostendamus, q oīs homo sit sensitiuus, quia omne animal est sensitiuum: sicq; homo, qui est minor extremitas, hic subintrat maiorem præmissam, & cōtinetur in ea. Exemplum aūt illi', quo procedimus ab æquali est, q ostēdamus, q oīs homo sit risibilis, ex quo oīs hō est E rōnalis: rōnale. n. ē ęquale risibili, quonā pacto risibile sumitur vl'iter distinctū p rationalitatē, & subintrans eā, & si sit illi æquale ex quo hoc non nocet, & ideo diximus de tali, q sit vl'e fm suppositionem. In inductione vero semper īuitur à particulari ad vl'e. quia, qñ, gfa exēpli, oñdimus, q oē corpus sit nouū cū inueniamus quędā corpora noua: patet, q nos procedamus ad hāc enuntiationem vl'em, videlicet, omne corpus est nouum, cum inuene

rimus

G rimus quædam corpora noua, ficut funt aqua, & terra, & aer, & ignis, & cætera. & veniet compofitio orationis, cuius vis eft vis fyll'i primę figuræ, fic, corporum quoddā eft ignis, aer, aqua, & terra: & hæc funt noua, corpus itaq; eft nouum, excepto, ꝙ, qn̄ hoc fecerimus per inductionem feparatā in fe ad oftendendū q̄fitū ignotum, non erit fortis perfuafionis: qm̄ dū videbitur per inductionē, ꝙ p̄dicatū infit fubiecto, q̄fitum erit præmiffa per fe nota oftenfa per inductionē, & non erit ignota. Hæc
H aūt ars ex parte, qua cōftituit fyll'm de quęfito ignoto non fumit per fe notū, inquantū fit quęfitū, fed tale conuenientius eft in regulis rhetoricis, & iō illa ars ꝓ maiori parte vtitur inductione ad verificationē maioris præmiffæ. Veruntn̄ inductio nō eft vtilis ad tale. qm̄, qn̄ nos induxerimus per multitudinē fingulariū ingredientiū fub pręmiffa maiori, & in illis, q̄ inquifiuerimus, nō erit aliqd', quod fit fubiectū quęfiti, vnde eueniet nobis, ꝙ hoc fit cōtentū fub p̄miffa maiori, & vl'ius īquā, vnde nobis proueniet veritas vl'itatis
I huius p̄miffæ. Si aūt fubiectum q̄fiti fuerit in fumma illorū, q̄ induxerimus, redderet' ipfum quæfitum f'm fe p̄miffa ońfa per inductionē, & redibit primū dubiū. In arte vero Topica nō perficitur res tali perfectione, fed illa enuntiat effe enūtiationē in oī, ob eā effe in maiori parte. diuulgatū. n. eft, ꝙ paucū fequat' multū. Inductio vero, inquantū inductio eft, licet ī ea cōpleta fint oīa particularia, tn̄ non largitur per fe prīo p̄dicatū neceffariū effentiale, ex quo nō eft impoł'e, ꝙ illud vl'e fit p̄dicatum de oībus his fingularibus

ꝑ accidens, ficut qui opinatus eft, ꝙ oē qđ generatur, generetur ex ente in actu. & iō tales præmiffæ funt p̄- K
miffæ diuulgatæ. Inductio vero, q̄ fit in demſone, fit ad dirigendū ad veritatem, non ad illius acquifitionē primo & per fe, magnū autē difcrimen eft inter id, quod fit ad dirigendū, & inter id. quod fit vtile per fe. Et ideo nō oportet in præmiffis, quarū veritas acquirit' per inductionē, vt inquiram' oīa fingularia, fed fufficiunt ad hoc q̄dam illorū. Veruntn̄ ad facere inductionē indigebimus ob alterā duarū rerū, aut, q̄a adhuc nō intelligitur hoc genus p̄- L
miffarū per fenfum fuorū fingularium, ficut qui non fentit oīno, ꝙ fcāmonea purget cholerā: talis itaque indiget inductiōe, quoufq; eueniat p̄dicatū effentiale. Et hæ funt notæ inter præmiffas expertas: quæ quidē præmiffæ mutuo fe excedūt f'm quātitatē illorum, quæ oportet fentire de fuis fingularib', vt occurrat veritas illarum. hoc aūt eft f'm datā materiam: de quibufdam. n. oportet, ꝙ fentiamus vnum fingulare folum, ficut funt multę propofitiones arithmeticæ, & de quibufdā oportet, ꝙ fentiamus plusq̄ vnū.
Altera aūt res, qua indigem' ad facere inductionē in demonftratione, M
eft, quia maior pars hoīum non cōcedit vniuerfalitatē multarū p̄miffarū, fed concedunt vnā fuarū partiū, vt, ꝙ fciatur, ꝙ cognitio fanitatis, & ęgritudinis fit vnius fcīæ, quæ eft fcīa medicinę: qn̄ autem diceremus illi, ꝙ cognitio contrariorū fit vnius fcīæ, non concederet hāc vniuerfalitatem donec ipfam īquirat, & tunc occurrit ei illius vl'itas. Hæc itaq; eft forma orationum topicarum.

A rum. Sua vero materia sunt p̄missę diuulgatæ, vt prę missum est.

Orationū topicarū spēs quæ.

Illius autē species sunt istæ, quia quędam est, quæ ē diuulgata apud oēs, & hęc species est nobilissima illarum, & possibile est, ꝙ in hac conueniāt oēs gentes diuersæ cū discrimīe suarū regionū, & suę educationis, sicut, ꝙ cōmendatio studiosorū sit bona, & honor parētū sit opportunus. Et q̄dā illarū sunt, q̄ sunt diuulgatę apud maiorē partē, præter ꝙ sint apud reliquos!, & in his ē diſceptatio, vt, ꝙ De⁹ sit vnus. Et q̄dā sunt diuulgatæ apud scientes, & ha

B bentes sapientiā, aut maiorem partem, vt, ꝙ cœlū sit sphęricum. Et q̄dā sunt diuulgatę apud artifices, p̄ter ꝙ vulgares repugnent illis, sicut q̄d est in medicina, ꝙ scammonea purget cholerā, & colognt ida phlegma. Aut sint apud notū inter sapiētes in arte, p̄ter ꝙ repugnet eis aliq̄s vir illius artis. sicut est dictū Hipp. ꝙ labores prouenięres sine cā p̄cedēte prognosticētur morbos. Aut sint apud maiorē partem illorū, & iterū sint similes diuulgatis, ac si eēnt diuulgatæ. vt, ꝙ scīa contrariorū est vna, sicq;, & sensus contrariorū est vnus idem. Et iterū, ꝙ est contrariū

C diuulgato est diuulgatum: v.g. si sit diuulgatū, ꝙ amico expediat benefacere, inimico itaq; expedit malefacere. Nobilissimū autem horū est, cui attestant̃ oēs, aut maior pars. Illæ vero, quibus oēs attestātur, sunt vulgatę testimonio oīum, aut maioris partis, sicut sunt opiniones sapientum, quę quidem sunt diuulgatæ, quia omnibus, aut maiori parti vr̄, ꝙ conueniat, ꝙ admittantur illorū opiniones. Et tales sunt opiniones propriæ artibus, & reliquæ.

Hę autem prę missæ diuulgatę necessario sunt vniuersales, ex quo particulares sunt latētes, & nō sunt cōes omnibus s̄m sensum, licet capiātur in his syll'is indefinitę, & non aduertatur in eis nimium ꝙ eas exponant cum signis, & ideo mentiuntur secundum partem. D

Quot sint p̄dicata topica.

Vl'es autem, vt prę missum est, tā simplices, quàm cōpositę illarum, sunt octo partium, genus, & spēs, & dr̄ia, & proprium, & accidens, definitio, & descriptio, & oratio, quæ non ē definitio, neq; descriptio. Hoc aūt sic existēte, prędicata topica necessario sunt vnius istarū partium. Quia vero species nō prędicat̃ nisi de singulari, & in enūtiatione, cuius subiectum est singulare, qua non vtuntur in hac arte, ideo nō numeratur hic p̄dicatum. Descriptio vero subingreditur proprium, q̄n illorū potestas est vna: & sil'r oratio, q̄ nō est definitio, neq; descriptio subintrāt accidens. Sunt itaq; prędicata topica necessario quinq; partiū, definitio & genus, & dr̄ia, & proprium, & accidens. Definitiōis aūt descriptioni sufficit, ꝙ sit oratio significās dispōnē rei, qua est ipsius cōstantia & esse. Genus vero iam definitū est, ꝙ sit prędicatū de multis differentibus specie ī eo ꝙ quid est. Dr̄ia vero est prędicatum de multis differētibus specie in eo ꝙ quale est. Propriū autem est, q̄d non significat rei quiditatem, & inuenitur toti ei, & soli, & semper. Accidens vero describit̃ hic duabus descriptionibus. quarū vna est, ꝙ ipsum capiatur pro re, & non sit genus, neq; dr̄ia, neq; proprium, neq; definitio. Secunda autē est, ꝙ sit id, quod pōt vni eidem rei inesse, & non inesse. Describitur vero his E F

duabus

G duabus descriptionibus, qm̃ aggregatum ex eis euenit ad accn̄tis formationem absolute: qm̃ vna descriptio illarū attribuit accidenti inseparabili, & altera illi quod separat. Notum autē est, ꝙ hæ descriptiones hic positæ non sufficiāt ad formationem vnius istarum perfecta formatione, sed sufficit de illius significato hic. perfectio.n formationis rerū, ex quibus cōponunt definitiones, est in lib. Poster. Sicq; quod accepimus hic in generis definitione, notū est, ꝙ generis vltimi generum. Et sīr de dr̄ia non sufficit, ꝙ H sit prędicatū in eo ꝙ quale, pręter ꝙ sit propria rei, cuius est dr̄ia. Qn̄ aūt prędicata in propōnibus topicis fuerint vnius istarū quinq; partiū, oportet necessario species syllōrum topicorū, ꝙ sint fm ꝙ componunt ex his quinq;, q̄ sunt formata fm hunc modū formatiōis: & hoc est, qn̄ accipiunt prædicata naturaliter, vel e conuerso, & fuerunt positi tres termini syllōrum, qui proportionātur sibiinuicem fm vnā harū quinque proportionū, prout est proportio definitionis, aut alia proportio- I nū, vel fm compositas, vt, ꝙ vnius termini proportio sit dr̄iæ, & secundi sit proportio accidentis, aut alia ꝓportio: aut capiant semp vno modo, videlicet ꝙ duo termini semper proportionent ad tertiū, aut maior extremitas, & mediū ad minorem, aut minor & mediū ad maiorē, præter ꝙ inter duas extremitates proportionatas sit aliqua ꝓportio istarum proportionū, sed sua prædicatio erit per accidēs. Hoc aūt ē duobus modis. aut, ꝙ ponamus amborū illorū, ad extremitatē proportionē vnā, vt, ꝙ sit proportio medij termini ad minorem solum proportio K definitionis, aut q̄uis harum quinque ꝓportionū, vel è contra, hoc ē, ꝙ minor & medius ꝓportionent ad maiorē fm hanc proportionē, aut alterius illorum: aut, ꝙ ponam⁹ ꝓportionē amborū ad aliud extremū duas proportiones, vt, ꝙ proportio extremitatis maioris ad minorem sit proportio definitionis, & medij ad maiorē sit proportio dr̄iæ, aut aliqua alia proportio ex illis. Qn̄ āt processerimus in cōbinationib⁹ horū syllōrū hoc mō, fiunt spēs syllōrum topicorū duplū spērum syllōrum demr̄atiuorū. hoc aūt est, quia L illi non seruāt in illis prędicationē naturaliter, neq; ꝑdicationē essentialem. Ob vehementiā aūt assimilationis illorū, & suæ affinitatis ad species syllōrū demr̄atiuorū, multi viri putauerunt ꝙ multi istorū syllogismorū demr̄atiuorū ceciderint ex lib. Abumazar. illi aūt fm veritatē sunt syllī topici. Hic autē est vna pars spērū orationū verificatiuarū, q̄ notę sunt inter logicas oñones, videlicet species, q̄ componit ex præmissis veris, q̄ non sunt essentiales, sed sunt cōmuniores, q̄ genus quo M vtunt: ex parte itaq; qua ē vera, ęstimat, ꝙ sit numerata in spēbus demr̄onū: & ex parte, q̄ nō est essentialis, ęstimat de ea ꝙ sit topica. Themist. vero oñdit de hac parte, ꝙ nō sit topica: qđ vero vr̄ ex vi verborū Abumazar, ē, ꝙ illa sit topica. Nos āt dicim⁹, ꝙ si cā occursus veritatis in aliquo q̄sito nō fuerit q̄ putat in aīa, ꝙ sit ꝑdicatum de essentia subiecti, aut subiectū de essentia ꝑdicati, in hac verificatione nō fit aliqua res ꝑter diuulgationē, aut inductionē, illa aūt, quę ē talis cōsuetudinis, necessa-

A necessario est topica. Veruntñ tales sylľi sunt in eminentiori gradu, q̃ sylľi topici, quia non sunt falsi, nec in parte: hęc itaq; quantitas, quã diximus, est sufficiens ſm nostrũ propositũ hic. Arist. vero, quia apud eũ hæ orationes topicæ distinctæ sunt à demonstratiuis, non solũ in materijs, sed ẽt ſm orationẽ, opinatus ẽ, ꝙ tales, & si non sint demõstratiuæ, habeant de illis exercitiũ ex magis diuulgato illarum. Ex quo, n. ꝓ maiori parte ꝑmissę diuulgatę sunt oppositę, poſ e est, ꝙ vna eadẽ res construat & destruat ex his ꝑmissis, qñ
B propõni minori coniungunt duæ propõnes contradictoriæ, & opinatus est, ꝙ talibus sylľis vtant ambo aduersarij ad confirmationẽ & destructionẽ rei, ſm ꝙ alter eorũ intẽdat cautionẽ illius, & alter destructionẽ. Et eueniet inde magnũ exercitiũ, mõ quo euenit in artibus, q̃ sunt præuiæ mõ aliarũ, sicut est ars Dialectica, & aliæ ab ea. Et ꝑpea posita est hæc ars ĩter interrogantẽ & rñdẽtẽ: & instituit interrogãtẽ mõ, quo recipiat à respondente id, quo destruat illius positionẽ: rñdẽtis autẽ modũ instituit, ꝙ non admittat
C rẽ, qua destruatur eius põ. Et tradidit ad hoc oĩa loca, quibus adipiscãtur sylľi in oĩbus q̃sitis ſm clausulã ꝯdõnis, sicut q̃rit simpľr, siue fuerit q̃sitũ ſm cõditionẽ annexã, vt q̃ratur an sit genus, aut definitio, aut vlla quinq; proportionũ: deinde cum hoc tradidit quo mõ interroget interrogans, & rñdeat rñdens. Et cum hoc dedit ꝑcepta propria interrogãti, & ꝑcepta propria rñdẽti. Et hinc est, ꝙ hæc ars definit, ꝙ sit habitus, quo valeat interrogans facere ex ꝓpõnib⁹ diuulgatis sylľm ad destructionem vtriusq; duorũ extremorũ D contradictionis, quod interrogãs recipit à rñdente: & illo valet respondẽs non admittere interroganti aliquã rẽ, ex qua sequatur cõtradictorium illius qđ posuit. Huius ẽt artis sũt alia iuuamina, q̃ numerata sũt in lib. Top. Sed tale exercitiũ putat, ꝙ non sit necessariũ ad perfectionẽ artis demr̃atiuæ: si vero fuerit, sine dubio est ex parte manifestioris.

In Librum Rhetorices.

POstq̃ expleuimus sermonẽ de sylľis topicis, quantum iuuat verificationẽ, loquemur de rebus persuadentibus, & ſm quantitatẽ, quà persuasionẽ adipisci faciant. Euidẽs autẽ est, ꝙ persuasio sit opinio ꝑualens, ad quã anima acquiescit, & cũ hoc imaginat illius cõtradictoriũ. Iam autem in præhabitis definiuimus quid sit opinio. Res vero, agentes persuasionem scrutinio, & inductione, apparet ꝙ primo diuidãtur in duas partes. Quarum vna est ex ipsis orationib⁹. Et secunda ẽ ex rebus, quæ deforis sunt, quę non sunt orationes, sicut sunt fides & testificationes. Et similiter etiam scrutinio videtur, quòd sermones, quibus vtuntur orationes diuulgatæ, diuidantur in duas partes, in exempla, & argumentationes, quæ dicunt in hac arte signa: hoc autem fit, quando vnum illorum præsagitatur alteri acceptionem alicuius nominis, dicendo, fac hoc, quia prædecessor fecit illud, & iuuit eum, sicque persuadebit illud exemplo. Aut dicitur, quando sic est, concluditur sic. & sic in singulis rebus, de quibus est oratio.

De Rhetoricis persuasiuis. E

F

G Et ex quo iã notũ est, ꝙ hic modus orationis vtatur his duab⁹ specieb⁹ sermonũ, loquemur de vtrisq; primo: deinde postea procedemus ad sermones de alijs persuasionibus: hi.n.fuerunt veriores, ꝙ persuadeãt q̃ illi, & priores naturaliter illis.

De signo.

Dicimus autem, ꝙ signũ sit syllogismus concludens s̄m initium opinionis præoccurrentis oĩbus, aut maiori parti hominũ. Initiũ aũt opinionis præoccurrẽtis est opinio, quam dũ aliquis vir offendit, occurrit ei de illa coniectura ꝑualẽs, cui animus acquiescit, priusq̃ H videat illius finẽ. Syll'i aũt cõcludũt s̄m initiũ opinionis prçoccurrẽtis, aut ꝑꝑ suas formas, aut ꝑꝑ suã materiã. Propter suas quidẽ formas cõcludit s̄m initium opinionis, sed ꝑꝑ suã mãm est ẽt sua ꝑmissa vera s̄m initiũ opinionis. Formæ aũt syll'orum concludunt s̄m initiũ opinionis, qñ negligunt illas, & subtrahũt ab eis aliquã rẽ, qua est necessitas illatiõis, s̄m modũ vulgi est, ꝙ obseruent illã interloquẽdo ad se inuicẽ. Et ideo conuenit, ꝙ consideremus hãc rem ĩ vnaquaq; specie syll'orũ, I quos numerauim⁹. numerãdo nanque hãc, euenient nobis species omnium syll'orum rhetoricorum ex parte suarum formarum.

De formis signorum rhetoricorum.

Et dicimus, ꝙ ex illis, quç exacta sunt, patet, ꝙ illud, quod agit necessitatẽ illationis in prima figura, est præmissa v'lis. id autem, quod facit combinationem, est, ꝙ præmissa minor sit affirmatiua. Hoc autem sic existente, qñ subtrahemus præmissam maiorem, figura redditur oratoria, aut similiter, quando capitur indefinita: sed illius defectus est magis oratorius, quoniam iam intelligitur illi⁹ defectus, ꝙ illa sit imperfecta, quia non est in ea locus cõtradictionis, & ꝙ illa sit notç diuulgationis nimium eo modo, quo faciunt artifices demr̄onis. Et similiter aliquando est rhetorica in quibusdam ob defectum minoris, aut ob acceptionem illius negatiuæ. In secunda vero, & tertia figura fit propterea, quia in eis non est prçmissa, quæ faciat acquirere rem in conclusione nota ab initio rei, quç aliquãdo est minor, & aliqñ est maior. Et similiter est in prçmissis, quç faciũt combinationem, non nocebit si in L ambabus ostẽdemus duas præmissas simul, sed cõuenit, quando hoc fit, & non deest vna illarũ, ꝙ capiantur ambæ indefinitæ: sin autẽ, non remanebit in eis omnino locus cõtradictionis. Et iterum ex speciebus combinationum non cõcludentiũ est, quæ creditur in initio opiniõis, præter ꝙ ita sit secundum veritatẽ: & hç species sermonum etiam sunt persuasiuæ secundũ suam formam. v.g. ꝙ componantur ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Et species concludentes in tertia figura, dum sunt duç conclusiones vniuersales, sunt huius speciei. sed conue- M nit cum hoc, ꝙ nõ explicet in eis signa, & sumantur indefinitæ ad cõstruendum in eis latentiorem locũ contradictionis.

De syll'is Categoricis.

De syll'is Cõditionalibus.

Syllogismi vero conditionales, quidam sunt coniuncti, & quidam disiuncti. Coniunctus quidem est signum, dum adhuc remanet in eo locus ad contradictionẽ. Et iam ostensum est in lib. Prior. ꝙ ille sit concludens, dum fuerit perfectæ illationis, & repetitũ in eo fuerit ostẽsum per syllogismum categoricũ: si

A si autem fuerit repetitum in eo per se notum, iam necessario coniunctio est ex eis, quæ oportet ostendere: & ostensum est ibi, quòd repetitum in eo non est per quodcunq; antecedens, aut consequens qđ cõtigerit, neq; quæcunque res ex illis contigerit est ipse concludens. quãdo autem hoc ita fuerit, ergo hæc species syllogismi erit signum, dũ subtrahem⁹ ab eo partem istarum conditionum, sed prius, quo ponatur persuadens, est, ꝙ subtrahatur repetitum in eo, & iam redderetur persuadens, quando per ipsum cõcluditur quodcunq; contigerit ãtecedens, aut consequens, aut eorum
B contradictorium. Sed in illo, q̃ nõ fuerit veræ illationis, cõuenit cum hoc, ꝙ nõ exprimat repetitum pro maiori parte ob timorẽ & metũ, ꝙ putet aduersarius eum, sicut qui repetit consequens, & cõcludit antecedens, aut repetit oppositum antecedentis, & concludit oppositum consequentis. & aliquando in tali exprimitur repetitum & fit oratio persuasiua, sicut est sermo quorundam Antiquorum dicentiũ: si ens sit genitum, habet principium, sed non gignitur, ergo non habet principium. Galen. autẽ, & multi Ana-
C lytici vtũtur hac specie syllogismi ad ostensionem illius, cuius causæ operationum animalis ignorãtur, v. g. dicendo dum aufertur os reflexum aufertur vox, sicq; ergo dum inuenit̃ os reflexũ, inuenitur vox: & nõ sequitur, sicut illud, dum aufertur animal, aufert̃ homo, & non sequitur ex inuẽtione animalis inuentio hominis. Quãdo vero concludẽs erit verus, est, sicut ꝙ sit oppositũ cõsequentis, aut ipsummet antecedens. Oportet itaq; ꝙ nõ exprimatur in illo repetitum: si autem, nõ remanebit in oratione locus cõtradictionis, nisi insinuetur coniunctio, & nõ exprimat ipsam. D
Disiunctus vero aliqñ redditur persuasiuus, quando nõ complentur omnes contradictiones in eo, dum fuerint plures q̃ duæ, neq; cõplentur in oĩa repetita. Si vero aufertur repetitum in hoc syll'o, non reddit̃ persuasiuus, sed dũ hoc fecerit, remanebit in forma illius, per quem quęritur ostensio vnius contradictoriorum, quando diuiditur in ea.
Exemplũ autem illius, in quo non complentur omnia cõtradictoria, est sermo Abualmaphal in libro quem directionem appellauit, dũ voluit destruere, generationem ex elementis, dixit: Si inueniretur genitum ex quatuor elementis, non euaderet quin hoc sit, aut quia corpora penetrant se mutuo, adeo, ꝙ corpora congregãtur simul in vno loco, aut hoc erit, quia vnumqđq; illorũ stat in seipso. accipiamus itaque ambas has spẽs eẽ falsas: sicq; falsum est, ꝙ inueniatur elementũ plusquàm vnum, ex quo generet̃ E
aliquod vnum ens. Ex hoc autem sermone cecidit vnum cõtradictorium, quod debebat poni in syllogismo, videlicet quòd sit generatũ secundum modum mistionis, sicut videtur in oxymelle. Species vero, q̃ incipit à negationibus, & desinit in negationes, erit tm̃ persuadens, quando subtrahemus repetitũ, & ostendemus cõclusionem: quãdo enim deesset repetitũ, & conclusio simul, nesciret audiens quam rem intenderas cõcludere. impossibile autem est inuenire repetitũ, quod F

G ostendat quãcunque rem contigerit etiam apud initium opinionis: sed semper repetitur in illis affirmatiuum, & concluditur negatiuum, quando autem fecerit hoc, non remanebit locus persuadens.

De syllo. Contradictorij.

SYllogismus vero contradictorij, quãdo volumus, quòd reddatur persuasiuus, fit, quòd exponatur locus dubij & improbabilis cõsequentis in eo, & notemus propositionẽ, ex qua sequitur falsum. & per illam ondetur, dũ oblatio nõ fuerit manifesta. v.g. dicendo, si non omnis hõ
H est sensitiuus, non oẽ qđ est aĩal est sensitiuum: quia omnis homo est animal: hæc enim consecutio est in tertia figura. Hæ itaq; sunt species signorum ex parte suæ formæ, quæ sunt species syllogismi simpliciter.

De spéb⁹ signorum ex parte materiæ.

Diuisio vero suarum specierum ex parte suæ materiæ, oportet, ꝙ accipiatur ex parte, qua fm se pręmissæ diuiduntur in ipsam: & pręcipue præmissa maior, quatenus ipsa facit acquirere cõclusiones. minor vero potest capi vt contigerit, cum sit rhetorica, aut diuulgata, aut aliter. Et dicim⁹, ꝙ p̃missa facta hic in hac parte orationum, & maxime ipsa
I maior, est vt capiatur ex parte, qua est diuulgata in initio opinionis cõmunis. Iam autem definiuimus in exactis, quid sit initium opinionis communis, sicut, ꝙ præmissæ topicæ vtuntur illis, quatenus sunt diuulgatæ fm veritatẽ, & sicut diuulgatæ contingit, ꝙ sint veræ, & ꝙ nõ sint, sic præmissæ, quæ sunt in initio opinionis contingit per accidens, ꝙ sint diuulgatæ aut veræ, & non contingit, nisi ꝙ ipsę vniuersaliter accipiuntur, inquantum sunt diuulgatæ in principio opinionis, sicut pręmissę topicæ accipiuntur, inquantum sunt famosæ fm veritatem solum. K Famosæ autẽ, quæ sunt in initio opinionis præoccurrẽtis, variantur in enũtiationes receptas, & sunt præmissæ, quæ sumũtur vl'es in initio opinionis præoccurrentis, & in res sensatas, quæ accipiũtur inditia aliarum rerum in initio opinionis etiam. Quædam autem horum inditiorum sunt, quæ sumuntur inditia essendi rem simpliciter, sicut est nos accipere vas vacuum inditium vacuitatis: & quædam sunt, quę accipiuntur inditia essendi prædicatum in subiecto. Hæc autem dum L fuerint vniuersaliora q̄ subiectum, & magis propria q̄ prędicatum, aut æqualia illis, componitur in prima figura, & appropriatur apud Antiquos nomine inditij. Si autem fuerit vniuersalius duabus extremitatibus, componitur in secunda figura. Si autem fuerit magis particulare cõponitur in tertia figura. & ambo hæc appropriantur apud Antiquos nomine signorum. Hæc autem inditia, quæ sumuntur hic, aliquãdo sunt res posteriores sicut passiones, & aliquando sunt priores, sicut sunt causæ. M Et vtrę; partes istarum propositionum receptarum, & inditiorum aliquando erunt in materijs necessarijs, & possibilibus in maiori parte, & possibilibus æqualiter. Receptæ vero, quæ sunt in materijs necessarijs, sunt sicut ꝙ cuiq; patienti sit agens: quæ vero sunt in materia possibili in maiori parte, sunt, sicut, ꝙ omnis æger, qui sequitur appetitum suum, & non obtemperat dicto medicorum, nõ sanabitur. Illarum vero, quæ sunt æqualiter in possibilitate, exemplum est, ꝙ

A ꝙ omne aptius & facilius sit eligibilius: quoniam per hoc idem potest argumentari de re ꝙ sit eligibilior. Inditium autem, quod est in prima figura, & est quod appropriatur nomine inditij in materia necessaria, est simile illi, quod dicimus, luna auget suum lumen paulatim ſm lunarem figuram: ipsa itaq; est sphærica. Quę vero ex illis est in materia possibili pro maiori parte, est, sicut dicere: ille congregat hoĩes, & pręparat enses, & arma, & fortificat mœnia suæ terræ, & non habet inimicum: sicque ergo vtitur versutia B ad rebellionem patrandam in regem. hæc autem nota est apud Antiquos in inditio simillimo. Quæ vero est in materia possibili æqualiter, est, sicut exemplum dicendi, ille non recessit à suo loco, & superauit suum riualem, adeo ꝙ successit illi lassitudo: ergo ille est fortis. Aliqñ etiam vtuntur hoc ad euidentiam supra pusillanimitatẽ, ꝙ ille vir nõ valeret cum illo ad fugã. Et hæc inditia Primi appellabant cõiecturas. Signa vero quædam sunt in materijs necessarijs in secunda figura, vt dicendo, nerui oriuntur ex cerebro, quia radicãtur in eo: quod vero fue C rit in materia possibili pro maiori parte, est, sicut dicendo, ille percussit inimicum ob terrę iniuriam: ille.n. ascenderat ad mœnia, & obuiam factus est ei ipse inimicus: significans autem iniuriam est hic actus. Illud vero, quod est in materia possibili æqualiter, est, cuius vis est vis inditij, quod fit in hac materia, ex quo vis vniuersalium in hac materia est vis particularium. Particulares autẽ conuertuntur, & redeunt in primã figuram: & quando fiunt res, vl'es non sunt magis falsę, nisi ſm falsitatem particularium. Antiqui autem D abijciunt hanc speciem signorũ, q̃ sunt in hac materia. Inditia vero, q̃ sunt in tertia figura ĩ mã necessaria sunt, sicut dicimus, ꝙ tẽpus sit orbis sphæricitas: qm̃ oẽs res sunt in tempore, & iterum omnes res sunt ĩ orbis sphæricitate. Illa vero, quæ sunt in materia pro maiori parte, sunt, sicut, exempli gratia, dicere, philosophi sunt studiosi, quia Socrates philosophus est studiosus. Quæ vero sunt in materia possibili æqualiter, causa abijciendi illa est ipsamet cã abijciendi ea in secunda figura. Cõuenit autem, ꝙ sciamus, ꝙ hæc diui E sio non sit essentialis ꝑmissis signorum, inquantum sunt præmissæ signorum, hoc est sua diuisio in necessariũ & poſe, qm̃ ꝑmissæ signi sumunt' ex parte, qua sunt receptæ in initio opiniõis, vt diximus, & ĩquãtũ sunt signa, & ĩditia ab initio opiniõis, nõ ex quo sunt in materia necessaria, aut possibili. Illa.n. in q̇bus sumunt' tales præmissæ, sunt syllogismi demõstratiui, hoc est, ꝙ sint, in quibus sumuntur pręmissæ, ex quo sunt necessarię, aut possibiles ĩ maiori parte. Possibiles vero ęqua F liter sunt, quæ æstimantur magis propriæ his orationibus, ex quo nõ vtitur illis ars demonstratiua. hæc eñ ars, dico artem Rhetorices, nõ vtitur illis ex parte qua sunt æqualiter: quoniam si vteretur illis secundum hunc modum, nõ sequeretur ex eis magis res, q̃ eius contradictorium, sed vtitur illis ex parte qua cognoscitur vnum illorũ modica iudicij inclinatione in initio opinionis hoc autem est ſm aliquod tempus, & ſm aliquam dispositionem.

G Quia aũt aliqui viri ignorauerunt hanc rem, & abiecerunt, ꝙ hęc ars vtatur iudicio in materia ęqualitatis, illi ęstimauerunt, ꝙ non cadat persuasio in illud quod est ęqualr.

Ars Rhetorices, & Ars Topices ñ hñt ꝓprium subiectũ.

Hęc aũt ars, vt dictum est, non habet subiectum propriũ, sicut nec artis Topicæ est proprium subiectum: quoniam hæ duę artes non sumunt præmissas, quę fiunt in eis in anima, prout sunt extra aĩam, sed semper indicant, ꝙ prædicatũ insit subiecto ob diuulgationẽ ab initio opinionis, aut ſm veritatem, H non quia naturæ ipsius prædicati sit ꝙ insit subiecto, aut naturę subiecti, ꝙ ei insit ipsum prædicatum, & nõ solum sumit hæc ars præmissas, quę sunt notę diuulgatæ ab initio opinionis, pręter ꝙ apponatur eis modus essendi, sed etiã accipit necessarium ſm ꝙ est possibile in initio opinionis, & similiter ipsum possibile, inquãtum sit necessariũ. Acceptio vero ipsius necessarij inquantum sit possibile, ẽ, sicut ille, qui putauit, ꝙ cœlum possit esse alterius figuræ, & ꝙ generetur oĩs I res ex qualibet re, quæ contigerit. Quæ vero putantur esse impossibilia, & sũt possibilia, sunt multę res, quas esse nõ est difficile. Qui vero consyderat credulitates vulgi de illis, licet modus verificationis, quẽ proponunt, sit ei ab ætate pueritię, est, vt ꝙ omnes res sint possibiles, & ꝙ nõ sit res impossibilis, adeo, ꝙ sequatur illi, q hoc dixerit, ꝙ hoc suum dictum non sit necessarium, sicut est dictũ in confutatione, Platonis in Socratem, quãdo Socrates ei dixerat, nihil scit, Plato dicebat ei, ecce rẽ scitã, videlicet hæc enunciatio. Iam autẽ recessimus ab eo, quò tendebamus: redeamus autem ad id, vbi eramus. Et dicimus, ꝙ id qđ coegit Antiquos ad diuisionem propositionum signi ſm materiã, sit, quia aliqñ contingit præmissis euidentibus in initio opinionis imbecillitas, & potestas quædã secundum materiam: & ideo præmissæ, quæ sunt in initio opinionis, qñ contingit eis, ꝙ sint ex materia possibili pro maiori parte, sunt vehemẽtioris persuasionis, q̃ sint dum sunt ſm æqualitatẽ. Sicq; iam expositum est ex hoc sermone, q̃ sunt L species signorum ex parte formę, et materiæ, & cõuenit, ꝙ loquamur de exemplo.

De exẽplo

Exempli autem sunt quędã partes. Quædam eorum sunt, ꝙ enuntiemus prædicatũ inesse subiecto, vel ipsius negationẽ ab illo, ob illud prædicatũ inesse simili illius subiecti, aut ob illius negationem ab illo, quando illud esse in simili, aut illi⁹ negatio ab illo fuerit quid notius, sicut dum dicimus, ꝙ cęlum generetur, quia paries generatur. Et quędam illorum sunt, ꝙ enuntiemus prædicatũ inesse subiecto, aut negari ab eo, ob inesse si- M mile illi⁹ prędicati in illo subiecto, aut illud negari ab illo, quãdo inesse simile, aut ipsum negari fuerit notius. v.g. ꝙ enuntiemus de cęlo, ꝙ transmutetur, quia mouetur ſm locum. Et quædam illorum sunt, ꝙ enuntiemus prædicatum inesse subiecto, aut negari ab eo, ob inesse simile illius prædicati simili illi⁹ subiecti: aut ob illud negari ab illo, dum inesse simile prędicati simili subiecti fuerit magis notum, aut negari ab illo fuerit notius. ver. g. mel resoluit, quia zaccharũ resoluit.

A uit. Aliquando autem est enuntiatio vniuersalis, & simile pticulare, sicut dicimus voluptas ē mala, qa vinum est malum. Differentia autem inter hoc, & inter inductionē est, quia in inductione verificamus vniuersale per particulare, hic vero verificamus vnū per alterum, quia illud sit simile, non quia vnum eorum sit in altero. Simile autem est duarum specierum, simile in re cōmuni, aut simile secundum respectum. Exemplum similis in re cōmuni est, sicut id, quod præmissū est: exemplum autem similis secū-
B dū respectū est, sicut diximus, rex in ciuitate est sicut Deus in mūdo, & sicut Deus ē vnus, sic expedit, ꝙ rex est vnus. In hoc itaq; exemplo, vtcunq; fuerit, non est enuntiatio vniuersalis de particulari, similiū enim nō est vnum vniuersalius altero, neq; inueniuntur duo similia ex hac parte. Manifestum autē est ex eo, qd ꝑhabitū est in lib. Prior. ꝙ oratio necessario concludens sit, in qua ostenditur pars per totum. Quando autem hec ita est, ex ipso exemplo non sequit᷑ necessario vn⁹ sermo necessarius, neq; est conclu-
C dens essentialiter. V. g. qa, qñ nos enuntiamus de cęlo, ꝙ sit generatū ob ipsius similitudinē ad corpora generatis per soliditatem, & ęqualitatem, & contrarietatem, & cætera: cœlum itaque in hac oratione est extremitas minor in vno syllō, qd est subiectum quæsiti: generatum autē est extremitas maior, ex quo est prædicatū quæsiti: medius autē terminus est soliditas, & æqualitas, & cætera. Quando itaq; cōponimus syllm, dicimus sic, cœlū est solidum, & solidum generatur, ergo cœlū generatur. oratio vero di- D centis, ꝙ solidū generetur, non sufficit, ꝙ sit indefinita, si voluerim⁹ cōcludere cęlū necessario in illa, nisi, & quousq; sumamus ipsum vl'e, qđ est, omne solidum generatur. Sicq; si peruenisset hoc vl'e apud id, quod scrutati sumus quędā solida, eo mō quo consueuit, ꝙ eueniant pręmissæ expertæ, ostensio per exemplū in hoc eēt superflua, nisi caperetur ſm modū pręuij apparatus, & directionis ad occursū veritatis de vl'itate, licet non occurrat nobis veritas ipsius vl'is ad sensum huius rei necessario, sed in initio opinionis. Et hīc E oñditur, ꝙ euentus veritatis vl'iter de talibus præmissis non sit ex sensu, sed ex alia virtute: sensus. n. concipit de illis singularia terminata numero, & ꝙ gradus æstimationis sint ſm suam propinquitatem huic vl'i enuntiationi, & ipsius distantiā ab illa. Æstimatio autem vl'iter est iudicium de vl'itate solum sensu.

Quia autem imaginati sunt quidā posteriores loquentium hoc, quod est id, quod dixit Abualmahal, qui ait, ꝙ faciat acquirere ipsum exemplum veritatem ſm modū directionis & aduertentiæ tm̄, sed ex quo ip- F sum nō dr̄ de syllō vero ſm figurā, oporteret, ꝙ omnes scientiæ essent principia, sicq; non esset ibi aliqd, quod doceatur per syllm, adeo, ꝙ gratia exempli, possibile sit ꝙ liber Almagesti legatur ab illo, qui non consyderauit omnino res geometricas, & nouitas mūdi esset per se nota. Iam itaq; ostensum est quis sit gradus exempli in verificatione, & in hac arte simile & conforme est inductioni in topica, sicut signum hic est simile, & conforme syllō topico.

G pico. Expedit itaque post hæc ꝙ redeamus ad locutionem de rhetoricis, quæ non sunt ſm orationem, & quãtum tribuunt de verificatione. Hę itaque orationes vniuersaliter sunt tredecim generum, quorum quoddam est ex excellentia dicẽtis & defectus sui aduersarij, quia notum est, ꝙ illud faciat hominẽ adipisci bonã ęstimationẽ de illo, & faciat admittere id, quod ille dicit. Et aliquod est præuius apparatus audientium per affectum ad verificationem, prout possibile est in verificatione audiẽtis affectus, cogẽs eius verificationem ex dolore, aut mise-

H ricordia, aut timore, aut ira. Et hoc ẽt vr̃ ꝙ declinare faciat hoĩem ad verificationẽ. Et de illis est allicere audiẽtes ꝑ orones morales, hoc aũt fit, qñ verisimile illis fuerit, ꝙ dictũ illius admitterẽt ꝑclari ĩtellectu, & viri nobilis educationis, & qui non vtitur adprauata opinione, neq; est peruersus. Et de illis est magnificatio rei, de qua est sermo, & illius purificatio. oratio.n. quando magnificatur, anima erit decliuis ad illã: & econtra, dum paruificatur, recedit anima ab illa, & nõ occurrit inclinari ad illam. Et de illis sunt con-

I ciones. Et de illis sunt testificatiões. Et de illis est supplicatio. Et de illis est fideiussio, & pignoratio. Et de illis est solitudo in eremo, & tollerantia laborum, & vita monastica. Et de illis est, ꝙ qualitas orõnis, & vocis, & accentus sit ſm dispositionẽ, qua putetur esse rem, quam proponit cõfirmare, sicut qui narrat rem terribilem pallescit, & erubescit ei9 facies, & eleuat eius vocem. Et de illis est deprauatio sermonum, & ipsorum declinatio, & deiectio maioris partis illorum, & eos ponere ſm

K formam, qua detegat illius turpitudinem, & facilem reddat illius oppugnationem. hæc autem magis ingrediuntur Sophisticam, q̃ Rhetoricam. Hæc itaq; sunt omnia desoris persuasiua: & a suo initio notũ est, ꝙ ipsa faciant adipisci solũ persuasionem, in quibusdam autem illorum latet hoc latentia quadam. Nos autem sermonem faciemus de vehementiore gradu istorũ, qui est ipsa attestatio. Vniuersaliter autem attestatio est narratio quædam. In narratiõe autem est narrans vnus, aut plures q̃ vnus. Plures autem q̃

L vnus aut erũt vniuersitas quædam, quã possibile est numerare, aut vniuersitas, quæ non potest numerari. Rerum autem narratarum quædã sunt sensatæ, & quædam intellectæ. narrantes autem res sensatas, aut narrant illas quas viderint, aut narrãt quæ audiuerint ab alijs, qui sint tales, quales sunt ipsi aut minores, aut maiores eis. Res autem narratæ sensatæ, aut sunt res pręteritæ, quas non senserimus nos, aut sint in præsenti tẽpore, sed lateant nos. In narratione vero rerum, quas sentimus,

M non est nobis immoranduum, neq; vlla vtilitas. Et similiter putatur, ꝙ sit in intellectis apud artifices, quorum cõsuetudinis est, ꝙ exponatur in sua arte hæc intellecta. Sed apud vulgus potest esse, ꝙ attestatio agat de illis persuasionem. Et hac de causa ĩuenimus sectam hominum nostrę gentis, q̃ appellat̃ loquẽtium, ꝙ nõ sustineãt notitiã nouitatis mũdi & eẽndi creatorẽ excelsũ, m&c. alia ab his ex radicibus legis sup attestatione legis solum, sed vtũtur syll'is. Secta autem, quæ Deũ cognoscit, abhorret

Margin: De Rhetoricis, q̃ nõ sũt ſm orationẽ.

A abhorret ab hoc. In narratione aũt, & attestatione rerum sensatarũ nõ videmus, ꝙ fortificetur, & debilitetur verificatio per numerũ narrantium, & per alias similes res, quę his annexæ sunt. Fortioris autem fidei sunt quæ eueniunt ex illis, quæ narrauit vniuersitas, quam nõ esset definire, & dixerint, ꝙ illi viderint ita. Et similiter, quæ narrauit innumerabilis vniuersitas alicui alteri vniuersitati innumerabili, & dixerint, ꝙ sic viderint. Et similiter quanto excedit vna vniuersitas aliã, & magis sunt adepti excellentiam illius,
B quod attigerunt, qñ cõuenerint in suo initio & medio & vltimo: impossibile enim esset, aut difficile foret illos cõfundere. Et hæc pars narratiõis est, quæ vocatur Rora, i. Scriptura sacra. Et euenit huius veritas aliquo mõ in missione Moses principis prophetarum, supra ipsum sit pax, & inuentione Sinai, & Horeb, & in cæteris alijs. Conuenit itaque scrutari quo mõ hoc eueniat. Veritas enim quædam est essentialiter, & quędam est accidentaliter. Manifestũ autem est, ꝙ verificatio essendi rem sensatam primo & essentia-
C liter eueniat à sensu: & ideo cui deficit sensus aliquis deest aliquod sensatum: esse autem sensata non adipiscitur solum per sensum, sed etiã per imaginationẽ eorũ ſm ꝙ sunt. Et aliquando etiã euenit veritas essendi sensata essentialiter ex syllõ: v.g. hic paries est fabricatus, sicque eius est fabricator, sed nõ peruenit ex eo forma fabricatoris essentialiter. Ad adeptionem vero essendi res sensatas, quæ penitus non sentiuntur, non est nobis modus, per syllm aliquãdo euenit veritas essendi eas,
D sed raro, sicut aliquando euenit nobis ipsarum forma de illo quod fabricatum est raro. In talibus vero, licet non penetret sensus in sua singularia, penetrat tñ in sua nomina, aut quę illa significant. Id autem, quod agit hanc verificationẽ apud maiorem partem hominum, est ex legibus & historijs. Sed satis notum est, ꝙ hæc actio sit per accidens, qm veritas illius sequitur qđ æstimatur, ꝙ sit eius causa, quæ est historia vt in paucioribus mõ quo causata sequũtur suam causam accidentalẽ. Causa vero adeptionis huius verita-
E tis, quæ est per accidens, & quo modo euenerit, non est ex his; q̃ oporteat constare ex hac scientia, & iam dictum est de ipsis in libro de Sensu & sensato. Quia autem quidam viri opinati sunt hoc, conati sunt tradere in historia numerum, ex quo eueniat veritas essentialiter. & quãdo non eueniret eis, dicebant, ꝙ eueniat ex se, licet non euenerit ad nos. Hic autem est manifestus error. nã, si esset aliquis numerus, ex quo eueniret veritas essentialiter, res diuulgatę non se excederent ſm numerũ narrantium, & possibile esset, ꝙ hic
F numerus esset proportionatus, & cõstaret multitudo veri, & paucitates sunt cõpositę ex combinationibus. Ex quo autem quidam illorum innituntur apponere in legibus conditiones, ex quibus eueniat veritas, quæ non sint necessariæ, dixerunt ex suis conditionibus esse, ꝙ ex eis eueniat veritas essentialiter. Hęc autem ars vtitur historia, & attestationibus ex illo qđ sumitur pro maiori parte, q̃ est ipsa ęstimatio. qđ vero sumitur alicui rei, vt in paucioribus, non vtitur eo aliqua ars oĩo.

G Diuulgatio vero statutorũ scriptorum est res nota: id vero, quo euenit de illis verificatio, est ipsorum consuetus vsus. Consuetudo aũt est magni vigoris. Et ideo videbis multos illorum, qui educati sunt in consuetudine stultorum, credentes nouitates fictas, & non possumus eos deuiare ab illis. Cõuenimus etiam persuasioni attestationis legis, decori, & cõuentioni virorum legalium de aliqua re ipsius legis. & ideo ex quo ęstimauerunt hoc quidam viri dixerunt, ꝙ scindens congregationẽ, non sit hæreticus. Abuhamadh
H autem Algazel locutus est de hac re cõgregationis in principio sui libri de differẽtia inter Mauros & Amazonides. dixit, ꝙ ipse nondũ cõgregauit quid sit congregatio. Contentiones vero sunt in differentijs verborum, sed magis persuasiuũ, ĩ quo sunt contentiones, est de lasso scindẽte promissiones legis, & sunt res, quę videntur homini impossibiles. sed notum est, ꝙ, qñ res est diuina, licet agens sit maxime enormis, non facit adipisci aliquam rem ꝑter bonam æstimationem de suo opere, &
I confidentia in illo, & de sua excellẽtia. Iam aũt exposuit Abuhamadh Algazel in suo libro inscripto circa hæc, & dixit fides simpliciter in via lassi, prout eam descripserũt loquẽtes, est via vulgaris: egregiorum.n. via est alia. Sicq; numerauimus hęc ĩ rebus, quæ sunt deforis, de quibus æstimatur, ꝙ ex eis eueniat veritas. Rhetorica aũt residui huius est nota. Signa vero sunt nobiliora & vehementioris prioritatis: illis.n. vtimur ad confirmationẽ illius, quod fuerit ex his ignotis esse, aut ignotum esse. v. g. quando pręstantia loquẽtis nota, neq; diuulgata, vtimur K huius expositiõe. hoc aũt fit, qñ aliquis æstimauerit, quod putauit esse miraculum, ꝙ non sit miraculum, vtuntur hoc ad ostendendum, hoc est miraculũ. Et silr̃ est ĩ attestationibus, & iudicijs, & reliquis, qñ accidit disputatio de illis. Oĩbus autem his rebus possẽ est, ꝙ ipsis vtantur in oĩbus artibus coniecturatiuis, prout vsi sunt illis pręteriti ꝑdecessores, qa illi coniectabantur, ꝙ esset via veritatis. Arist. vero, ex quo expositę fuerunt ei sui gradus in veritate, opinatus est, ꝙ opportunitas harum credulitatũ sit vsus vulgi, quo vtantᷣ il L li ĩter se in rebus particularibus volũtarijs, de qbus decernit iudiciũ, ꝙ sint bonę vel malę. Qm̃ aũt rerũ volũtariarũ, de qbus iudiciũ decernit: ꝙ sint bonæ, aut malę, q̃dã sunt, q̃ inueniuntᷣ in hoĩe in se tpe p̃senti, & hę sunt virtutes & vitia: & quędã sunt, q̃ inueniuntur tpe pręsenti in alio, & est ęquitas, & iniquitas: & q̃dã sunt, q̃ ei inueniuntᷣ pro tpe futuro, & hæ sunt res iuuantes & nocentes: quarũ primarũ dr̃ oratio demõstratiua, secundarũ vero dr̃ iudicialis, tertiarũ vero dr̃ deliberatiua. hõ.n. ẽ quodãmodo socialis, & ciuilis M necessario. Quòd autẽ fiant orationes oratoriæ in his tribus generib⁹, exposuit Arist. tradendo regulas, & res, quibus hõ valeat eloquenter dicere de vnaquaq; harum rerũ perfectissimo mõ, qui possibilis est huic rei. Et ideo definiuit hanc artem, ꝙ sit via, qua homo valeat agere persuasionem de vnaquaq; re particulari perfectissimo mõ, qui illi cõuenit ſm suam naturam. Id autẽ, qđ diximus de hoc ſm nostrum propositum de eloquentia, satis sit.

IN LIBRVM POETICÆ.

De Orationibus Poeticis.

Oeticæ autem orones sunt orones metricæ quibus q̃ritur rei assimilatio, & exemplum in orone ad ꝓmouendũ rẽ versus fugã a re, aut fugę enormitatẽ. Institutæ aũt sunt metricæ, qa sic fit assimilatio perfectior. Et si
B cut in maiore parte artiũ, q̃ assimilãt rebus sensatis, sicut est ars Picturę, & alię, non sunt verę ipsę res sensatę, sic orones, quę assimilãt rẽ, nõ sunt orones, quib' ĩtelligitur illi' essentia. Assimilationũ aũt sunt duæ spẽs, videlicet spẽs, qua assimilat' res alicui rei per vnã dictionũ assimilatiõis: aut simulacrũ sumptũ, ac si esset essentia assimilati. hoc aũt fit secũdũ cõmutationẽ, & accommodationẽ: prout dicimus terrę sudor est ipm mare, qũolibet illud tulerit. Hę aũt industrię quędam sunt propin-
C quę, & quędam remotę. Notũ autẽ est, ꝙ hęc ars non sumat assimilationes, ꝙ sint ipsamet res, sed aliqñ erat maior pars hoĩum in hoc, & sumũt rei assimilationẽ fm ꝙ sit ipsamet res: ꝓut dictum Empedoc. de aqua maris, ꝙ sit terrę sudor, quẽ cõgregauerit in eius vesica. Fallũt aũt istę assimilationes, qñ sumunt' fm modũ permutationis, & non venit in illis dictio assimilatiõis. Maior aũt pars illius, quo fallunt hę similitudines, fit, qñ sumunt' fm modũ pmutationis ĩ res, quibus impõe est imaginari assimilationem, aut difficile est il-
lã imaginari. Hę itaque sunt plures D
fallacię, sicut nõ ęstimat', ꝙ imaginetur ens, quod non sit intra mũdum, neq; sit extra ipm. Locus vero magis ꝓprius huic errori est lib. Elenchorũ. Hęc aũt ars, licet sit syllogistica, tñ nõ vtit' syllõ in actu, nec est ei ꝓpria spẽs, qua approprietur. Qñ vero vteret' orone syllogistica in actu, id fit fm modũ erroris, & assimilatiõis alij arti. Arist. aũt, quia vidit, ꝙ iuuamen hui' artis sit magnę necessitatis, quia p eã ꝓmouet' vulgus versus fidẽ alicuius rei, & ad nõ credendũ illã versus actionem aliquã, aut E
illius omissionẽ, nũerauit res, quib' hõ valet assimilare rẽ alicui rei de eo, cuius assimilationẽ ꝓponit pfectissimo mõ, quo possit fieri in hac re. Est itaq; ars Poetica, ars, qua ęstimat' hõ, ꝙ assimilet rẽ alicui rei, pfectiõe qua põt. Verũtñ hę pfectiones sunt extra pfectionẽ humanã. Concludẽdo aũt dicimus, ꝙ qui intellexerit ea, q̃ scripsimus in his tractatibus, & nõ sit sciẽs naturalr, põe est, ꝙ instituat oẽm oronem, quã audiuerit in versificatiõe, & formatione. ĩ hac aũt arte est honor, & pręstantia mõ, quo hõ sit per ipsam ꝓmptus F
versus vltimã pfectionẽ, si sua perfectio sit in adeptione veracis speculationis, & p hãc quãtitatẽ pueniet, ꝙ sit aptus illam recipere. Hac ergo quantitate pueniet ei grad', quo sit fœlix ad vltimã pfectionẽ. Excelsus autem Deus est, qui est Deus adiutor, & sustentans, & non est Deus, nisi ipse qui semp laudetur.

Amen.

PETRI VICTORII IN LIBROS POETICÆ ARISTOTELIS

Ad Lectores Prçfatio.

Agni semper honores habiti sunt poetis, nec tempus vllum fuit, quo studium condendi carminis non extiterit, quantum è priscis literis, vetereq; omni memoria licet suspicari. scripta nanque Hebræorum, quæ satis antiqua sunt, testantur gentem eam admodum hac arte delectatam fuisse: in qua etiam non pauci apud eos magnopere floruerunt: summamque inde laudem, ac gloriam reportarunt. Extitere postea Græci, qui cum cæteros omnes mortales omni dote ingenij superarent, in studium & ipsi idem toto pectore incubuerunt: in primisq; genus hoc orationis, pedibus quibusdam ligatum, coluerunt: neque enim tantum quæ oblectare possent, ac suauitate quadam animos hominum permulcere, numeris quibusdam, versibusque complexi sunt, sed graues etiam materias, tristesque hoc tanquam condimenti quodam genere asperserunt. Testantur hoc, verumque esse declarant, Parmenidis, Xenophanis, Empedoclis opera, qui cum aut theologi, aut physici fuerint, subtiliter a se, optimeque cogitata hac ipsa oratione incluserunt. Vixerunt ijsdem temporibus non pauci: ac multo plures ipsos ætate consecuti sunt, qui cum veriorem materiam sui carminis cepissent, magisq; aptam huic lepori, festiuitatiq; recipiendæ, omnem operam, industriamque suam in poematibus conficiendis consumpserunt, vt taceam, qui cunctos illos tempore antecessit, lumen eximium ingeniorum: fontemq; omnis elegantiæ, Homerum de cuius summa virtute, naturæque diuinitate cum omnes consentiant, reliqua ipsius omnia valde incerta, & obscura sunt: neque enim omnino compertum est, aut qua ætate vixerit, aut vbi natus sit, aut quòd demq; pstitit, naturæ ne ipsius vi, an arte, doctrinaq, præstiterit. Aeschylus autē in primis, qui & philosophus erat: & in omni suo facto, vitaque amplitudinem ac dignitatem colebat, grande argumentum sectatus est. tragœdiæque scribendæ se totum dedit, quam cum vndiq; rudem, & inchoatam accepisset, pluribus rebus ornauit, ac magnopere studio suo expoliuit. Huic successere Sophocles, atque Euripides, qui in eadem scena magna cum laude versati sunt, ac siquid illic desiderari poterat, cura diligentiaque sua addidere. Non enumerabo nunc, qui ætate illa in eodem studio vixerunt, quamuis longe diuersa genera poematis amauerint, alijsq; musis se totos dicauerint. Et sanè cum mecum diligenter cogito: menteq;, quæ fuerit vita eorum, qui tunc Athenis ætatem degebant, reuoluo, fortunatos illos beatosq; fuisse iudico, quibus quotidie liceret aliquod specimen ingenij gustare: eodemq; tēpore sincera aliqua voluptate se vndique explere, & mores simul, vitamque ab omni labe, culpaq; emendare: in ea enim præcipue vrbe, domo profecto quadam Musarum, florebant & studia reliqua doctrinæ, & hæc in primis elegans, & polito homine digna, disciplina. Quare

rectè

recte existimatur amplus ille grandisq; poeta dixisse, nec sine causa tantum huic ciuitati, praeclarisq; ipsius institutis tribuisse, qui affirmauit Athenas Graeciae Graeciam esse. quòd vt vniuersa Graecia cunctae Barbariae praestaret, ita haec vna Graeciae ciuitas reliquas omnes eius gentis ciuitates dignitate, ac gloria superaret. Non opus est nunc accurate docere, quanto studio Athenienses partus optimorum ingeniorum fouerent: quibusq;, quasi condimentis quibusdam, hunc suauem etiam sua sponte cibum animorum concinnarent ctm potius in hac re quibusdam aliquando visi sint plus quàm oportet, fecisse iustamq; ipsius mensuram transiluisse. qui fortasse falsò senserunt: nec quantum boni inde capi posset, siquis vere existimet, cognouerunt: cantus enim quidam, musicaeq; artis lepores, vt magna voluptate aures afficiunt, & ea quidem pura, ac sincera, ita & animis moderantur, & motus ipsorum turbidos extinguunt. vt non sine summo consilio illi dicti sint à grauissimis, sapientissimisq; viris magnam vim habere ad veteres mores retinendos, statumq; ciuitatis optimum conseruandum. nam quanto facilius irrepant in pectora hominum, quae festiuitatibus his commendata fuerint, vel potius hoc eximio bono ornata, neminem arbitror ignorare. quantum verò studium veteres poetae adhibere soliti sint, vt vitae hominum prodessent: exemploq; aliorum, quos tanquam imaginem quandam magnarum virtutum, aut ingentium vitiorum effingerent, nos expolirent, & ab omni culpa reuocarent, exploratum est: neque enim illi, si finem alium suorum laborum habuissent, tantopere probati fuissent: nec adolescentes ipsi voluntate parentum: consilioq; eorum, qui tenerae illi aetati praesunt, omne illud tempus in illis & diligenter legendis, & ad verbum ediscendis consumpsissent. quare existimari debent, huic etiam parti doctissimi viri prouidisse, & eos potissimum numeros, modosq; elegisse, qui & rebus illis, quas canerent mirificè conuenirent, & animos etiam nostros ab omni labe, maculaq; purgarent. Quos etiam sumptus nobilis illa ac generosa ciuitas in scena ornanda sustineret, & quanto artificio res eas, quae illic agerentur, referendas curaret, nemini dubium est. nam scripta etiam epicorum, quibus in theatro locus eodem pacto vt tragicis, comicisq; non erat, non carebant ornatu, nec vllo modo destituta, impolitaq; manebant: ad lyram nanq; antiquitus illa canebantur, & certos quosdam summo studio instructos, atque omni cultu corporis expolitos, quos ῥαψῳδοὺς vocabant, habebant. De melicis vero: grandioribusq; illis poetis, qui dithyrambici dicebantur, nihil opus est disputare: his enim poematibus exornandis praecipue musica inuēta erat: magnamque in primis coniunctionem illa, cum hac arte habebant. Nec existimare debemus tam eruditam, optimisque legibus institutam ciuitatem, aures patefacturam fuisse poetis, nisi ex illorum studio fructus magnos capi posse intellexisset: si nanque maius aliquod incommodum ex lectione illorum nasci plerunque cognouisset, longe illam à se voluptatem protinus exturbasset: quis enim est verior fructus rerum secundarum, aut qua alia in re melius tranquillis temporibus homines acquiescunt? sine studio nanque aliquo, relaxationeq; quapiam animorū nullo modo vita traduceretur. Sed Romana etiam resp. quae gens grauis in primis, & seuera fuit duramq; admodum, atque asperam vitam diu coluit, quippe cū in militaribus laboribus tota occupata foret, cito haec studia recepit: poetasq; in magno honore, ac pretio habuit. quod studium in tā nobili ciuitate, & quae imperium in omnes gentes haberet, tantopere creuit, vt quemadmodum caetera bona eò comportata fuisse ex omni orbe terrarum videbantur, ita quoque ipsum relictis veteribus, suisq; sedibus, confluxisse in eam vrbem non sine causa existimaretur. Statim igitur il-

lis

lic orti sunt Ennij, Pacuuij, Accij, qui tragœdias scriberent: grandeq; hoc poema magnificè explicarent: sententiarumq; amplitudinem, cum granditate verborum, stiloq; sublimiore copularent. nec tamen eodem tempore scena altera destituta fuit, ac sine honore vllo, dignitateq; iacuit. extitere nanque lepida ingenia, quæ ipsam frequentarent. atque ita demum tenuem illam materiam colerent, atq; omni suauitate expolirent, vt non pœniteret grauem illum populum, & gloria vndiq; magnitudineq; rerum gestarum florentem, in theatro sedere, atque aures vocibus comicorum, iocisq; præbere. Ii autem fuere Cæcilius, Trabea, Afranius, alijq; complures, in quibus Plautus, Terentiusq; summum locum tenuere. cum eorum alter facetijs, salibusq; mirificè animos eorum oblectaret: alter vero, seueritate, singularumq; naturarum proprietate, à se mirabilem in modum expressa: rerumq; ipsarum prudenti constitutione, eosdem captaret. non defuerunt etiam ipsis, qui reliqua genera poematum adumbrarent: & si parem in illis laudem Latini cum Græcis primis temporibus consequi non potuere. nam apud illos quoque postea nati sunt, qui doctrina, ac studio non paruo in ea genera adhibito, non multum Græcis cederēt, nec valde inferiores ipsis laude ac gloria forent. quamuis, vt verum fateamur, natura ipsa Græcos illos diuinos poetas, suo quosque in genere primos, videatur informasse: ars vero & diligentia nostros potius expolisse. qui sanè tantū in ea re progressi sunt: plus minus ve honoris, commendationisque acquisiuerunt, quantum ad illos propius accesserunt: meliores ve, aut deteriores eorum imitatores extiterunt. Cum autem in principe omnium ciuitate hæc studia florerent, & quæ tanquam mater cæterarum vrbium foret, paulatim illa in municipia, coloniasque manarunt, ac per omnem Italiam spargi, disseminariq; cœperunt. & eadem de causa etiam in prouincias transierunt: quibus omnibus in locis vehementer colebantur, summoq; in honore erant. Huius vero rei signum est, ac satis quidem illud certum & exploratum, quod cunctæ illæ ciuitates theatra ædificarant, quorum vestigia multa manent adhuc: vel potius non paucis in locis adeo integra, & ab omni temporis iniuria conseruata sunt, vt certo intelligatur cogitasse illos operis ipsius, ac materiæ firmitate naturam ipsam vincere, quæ vt noua aliqua semper gignit, ac procreat, ita vetera, factaq; cuncta conficit, atq; consumit: voluerant autem illi præstò sibi semper facultatem omnem esse huius voluptatis fruendæ, atque omnia prompta, parataq; manere, quæ ipsam adiuuarent, atque omni re vndiq; ornatam, instructamq; redderent. Sed non tam fortasse his obfuit vetustas ipsa: iniuriæq;, quæ nascuntur ab ijs rebus, quæ in propinquo telluri hoc cœlo fiunt, quàm humana vis, impetusq; mortalium: qui alia mente vsi, longeq; diuersum consilium secuti, illa euerterunt, quæ sedulo maiores, magnisq; sumptibus factis fabricarant. quæ causa etiam, vt arbitror, fuit, vt optimorum ingeniorum monimenta, quibus illa seruiebant, eodem fato vterentur, & ipsa quoque miserabiliter extinguerentur. Vnde pauca illorum ad nos peruenerunt: præsertimque apud Græcos nouæ comœdiæ penitus interierunt, vt quæ teneræ esse, & posse mores iuuenum corrumpere existimarentur. Cum tamen contrariæ rei efficiendæ illæ inuentæ forent, & ipsius certè præstandæ magnam potestatem haberent. Sed Cicero quoque vtilitatem huius poematis magnopere prædicauit, qui testimonio veteris grammatici, comœdiam imitationem vitæ, speculum consuetudinis, imaginem veritatis vocauit. & Plutarchus præterea, optimus huius rei existimator, vitæque cultor grauissimus, eximie ipsam celebrauit, cum Menandri fabulas commendaret, ac quot fructus ex illius ingenio tenero adhuc prodijssent: (adolescens. n. ille mortuus est,) significaret. Nam Socratem, Xenocratem

nocratem, Zenonem, seuerißimos quosq; philosophos, in theatrum venire solitos, literis mandatum est. Animus sane illorum, qui ipsa tollenda curarunt, reprehendi non debet: prodesse nanque humanæ vitæ voluerunt: consilium fortasse non omnino sapiens fuit: quod enim nocere tantum consueuit, nec boni quicquam vnquam gignere potest, id funditus excidendum est, atq; omnes eius fibræ sine dubio elidendæ: contra antẽ, quod mixtum est, & quasi è duabus maximè contrarijs rebus temperatum, quarum alteræ detrimentosæ sunt: alteræ vero vtiles, quales ferè omnes res in hac nostra vita sunt: neq; enim puræ sinceræq; illæ vllo pacto sunt, ipsæ nullo modo videntur extirpandæ, ne vnà cum malo, bono ẽt priuemur: potius enim via aliqua, ratioq; est excogitanda, qua vitium illarum conteratur: commodum autem, bonumq;, quod inde capitur, augeatur. vnde factum illud Lycurgi, stulti atque importuni regis, meritò insimulatur, atque ab omnibus irrisum semper est atque exagitatum. qui cum vidisset, quibusdam, qui ipso vsi fuerant immoderate, vinum aliquid nocuisse, subito vites excidi iußit, ac stirpem illam mitem, vnde tot bona ad humanum genus perueniunt, quantum in ipso fuit, sæuitia sua, magnoq; opinionis errore obtruncauit. eadem igitur ratio fuit eorum, qui fabulas poetarũ, suauißimum pastum animorum, magnumq; ornatum rerum secundarum, deleuerunt: ac paruo spatio temporis, fructus magnorum ingeniorum, qui valde vtiles erant alijs ingenijs excolendis, ac quidquid deniq; ad eos expoliendos pertinebat, perdiderunt. Quare non parum fortasse in illos quadraret, quod Spartiates quidam in Philippum Macedonem, illum Alexandri patrem, fertur dixisse: cum.n. Lacedæmonem nuntius venisset, Olynthum eum euertisse, atq; in nobilem, ac copiosam Græcorum vrbem rabiem omnem suam exercuisse, inquit, regem eum æqualis illi vrbis condendæ facultatem nunquam habiturum. Sed vetus hoc incommodum, & quod longinquitate temporis penè tenebris inuolutum est, amplius non deploremus: optemus potius, ne huiuscemodi aliquid in mentem veniat nostri sæculi principibus, ac maturiore consilio in deliberatione omni de hac re, vtantur. Vt si quando etiam duri quidam ac penè agrestes, siue qui tristitia hac sua commendari velint, huiuscemodi aliquid suaserint, consilia ipsorum mala vafraque contemnant, ac nullo modo Musis bellum indicant: cum n. vita nostra, malis multis, ac molestijs vndiq; cincta, aliqua egeat oblectatione, nec continenter versari poßit in laboribus, requietemq; nullam capere tantarum defatigationum, quæ remißio animi honestior est, ac magis probo viro, liberaliterq; educato digna? Nam imbecilla ætas, & quæ nullo pacto voluptate diutius carere potest, nisi in animi voluptatibus aliquibus occupatur, corpori se totam tradit, atq; illius cupiditatibus explendis ardenter incumbit, vt vitam ita degere videatur magis bellue alicuius, quàm hominis propriam: quia neglecta meliore parte sui, deteriori seruit, rationemq; appetitui patitur obtemperare. Præterea fructum illum, qui maximus ex hoc studio percipi potest, de quo supra disputatum est: qua. n. alia re magis ad virtutẽ colẽdã adolescentes, quàm vocibus poetarũ inflãmantur? aut q̃uo illi magis à vitijs reuocantur, turpitudinemq; eorũ prope oculis intuentur, quàm spectatis, & tanquam ante pedes positis exẽplis illarũ rerum, quæ summo consilio à poetis, ea de cã, describuntur? Nec Platonis auctoritas, quominus poetas diligamus, studiumq; ipsorũ toto pectore colamus, debet nobis obstare qui putatur nõ valde amicus ipsis fuisse quippe cũ ducẽ eorũ optimũ è rep. illa, quam finxit, quãuis ornatũ vndique, ac summo quoque honore affectũ, eduxerit, atq; exterminarit: vt qui crederet sententijs ipsius quibusdã: totaq; demũ rõne illa, infici multũ, atq; deprauari mores hõium eorum,

quos

quos ſuo quodam, ac nouo modo inſtitutos, illic viuere voluit, ac ſi id facerẽt, plene, perfecteq; beatos futuros exiſtimauit. ipſe nanque perſpicitur magnopere hac arte delectatus fuiſſe, ſermonesq; ipſius eruditiſsimi, atq; politiſsimi referti ſunt vocibus poetarum: accurati vero eiuſdem interpretes longe aliud ipſum ſenſiſſe arbitrantur: nec minus aliquid vnquam cogitaſſe, quam Homeri dignitatẽ violare, quem admirabatur, ac cum aliquam eius rei occaſionem nactus erat, libenter ornabat, ac ſumma virtute præditum eſſe affirmabat: ita demum illi pugnare conantur hoc crimen, tanquam nullam maiorem maculam doctori ſuo, auctoriq; vitæ iniuri poſſe exiſtimarint: nec alia vlla re tantum dignitatem illius exiſtimationẽq; lædi, ac labefactari, quam ſi crederetur ille poetam eum inſectatus fuiſſe, quem cæteri omnes iure optimo colerent, ac venerarentur. Quòd ſi alia nulla ratione auctoritatem Platonis poterimus ſuſtinere, opponemus ipſi Democritum magnum illum Phyſicũ, & qui de hoc etiã præclare potuit iudicare: ipſe nanq; mirifice, Homerum celebrauit, ſcripſitq; ipſum: (quæ verba adhuc eius illuſtri loco poſita leguntur,) cum diuinam naturam nactus eſſet: ope ipſius ornatum illum variorum carminum potuiſſe fabricare. vt qui putaret ſine diuino cæleſtiq; ingenio, nullo modo potuiſſe ipſum, adeo pulchra, ſapientiæque plena carmina conficere. nam eundem etiam, quod ſimile huic eſt, ſine quodam afflatu furoris negaſſe quemquam poetam magnum eſſe poſſe, Cicero teſtatus eſt. magnam autem vim apud me habet ad Homeri virtutem perſpiciendam, & quaſi ante oculos mihi collocandam, cum cogito virum illum ipſo contentum fuiſſe, ac nihil amplius in ea re deſideraſſe, cui vnus hic mundus ſatis non fuit, ſed innumerabiles vel infinitos potius, mente animoq; peragrauit. Hanc igitur artem, tantopere generi humano vtilem, cum ipſam valde probaret: & quantos fructus ferre poſſet, præclare videret, iudicio ſuo ac cognitione multa pulcherrimarum rerum ornare voluit Ariſt. ſimulq;, quæ ipſius tractandæ optima ratio eſſet, amatoribus illius indicare: gratiæq; multum ipſi, ac dignitatis aduerſus eos, qui eam non magnopere diligerent conciliare. nam non deerant etiam qui, eam colentes, in aliqua re, ignoratione ducti, peccarent: quos corrigere; atq; in veram viam reducere, rectum eſſe exiſtimauit. Quod ſiquis hoc vnquam efficere eximie potuit, ille in primis, vel potius vnus omnium mortalium, huic rei præſtandæ idoneus fuit: & quia quæ laudi, aut vitio poetis darentur, longo tempore Athenis obſeruarat: & quia ingenium id, iudiciumq; habebat, quod metiri res omnes facile valeret: veramque illarum formam cerneret, atque alijs etiam, qui cupiditate ipſarum capti forent, demonſtraret. Semper vero eum ſtudium hoc amaſſe multis modis intelligitur, in quibus hoc etiam non paruum animi ipſius erga illud indicium eſt: quod ſcripta ſua omnia teſtimonijs poetarum referſit: ſæpeq; verum eſſe quod ſentit quacunque de re, auctoritate ipſorum comprobauit. Valet etiam plurimum ad idem declarandum, quod cum a patre ipſius, prudentiſsimo rege, Alexandrum ſuſcepiſſet inſtituendum, & omni eleganti doctrina, &, quæ tantæ ſpei puero conueniret, expoliendum, Homerũ in primis illi propoſuit: ingeniũq; ipſius in virtutibus eius ſũmi poetæ contẽplãdis exercuit: cũ.n. alterũ Homeri opus ab ingenioſo viro, ac multũ in hac re vidente, vocatũ ſit pulchrũ humanæ vitæ ſpeculũ: quis non fateatur imaginẽ magnanimi viri, ac fortiſsimi regis Iliade expreſſam eſſe: nec potuiſſe optimum, ſapientiſsimũq; præceptorẽ verius illũ informare, & ſimulachrum eius vitæ, quam ſequi poſtea ipſum oporteret, ante oculos illi melius collocare, quàm ſi monſtraſſet ei Achillis virtutes, artificiũq; poetæ docuiſſet in illo heroe fingendo, cæteriſq; principibus Græcarũ copiarũ, & ipſis clariſsimis

viris

viris exprimẽdis? Inde autem natus est admirabilis ille amor magni illius regis erga magnum eum poetã, quem multis modis significauit, ac nullo tẽpore passus est minui suo in pectore, atque extenuari. quod mirari non debemus, cum in animum eius tenerum singulares virtutes: incredibilemq; industriam huius diuinissimi poetæ acutissimus magister studiose, & quanta maxime diligentia posset, inseuisset. Nam Alexandrum postea, virum factum, militariq; disciplinæ vsu etiã valde peritum, Iliadem bellicæ virtutis viaticum existimasse semper atq; appellasse, ab ijs qui res ipsius gestas scripserũt, comitesq; itinerũ eius fuerunt, literis proditum est. Eundem ẽt Achillis facta magnopere admiratum fuisse: è numeroq; heroum omnium plurimum illum amasse, testatur honos, quem cineri ipsius atque ossibus habuit. Cum.n. bellum illaturus regi Persarum, Ilium venisset, vel, vt alij volunt in Sigeum: illicque Mineruæ hostias immolasset, simulq; heroas re diuina illis facta, sibi propitios reddidisset, columellam super tumulum Achillis stantem vnxit vnguentis, nudusq; vna cum sodalibus suis circum ipsam cucurrit: coronaque illic imposita beatum Achillem prædicauit, quod duo illa multum peruagata, & quæ paucis admodum in vita contigere consecutus esset. Confecisse præterea Aristo. libros non paucos Homericarum quæstionum memoriæ a veteribus proditum est: quemadmodum etiam separatim eum tragœdiam ornasse: omneque demum hoc studium alijs quoque scriptionibus suis illustrasse. Incubuit igitur ille in hanc rem toto animo atq;, vt existimare licet, quod conatus est, absoluit, cumulateq; perfecit: omnesq; partes poetices subtiliter pertractauit. Cum autem dicendi etiam studium expolisset: atq; ad intimas ipsius partes acie ingenij sui penetrasset, magistrosq; demum illius, artem, quam profitebantur, docuisset, eadẽ naturæ diuinitate quid boni, maliq; ĩ hac ipsa cõmitti possit, declarauit. in quo ẽt plus ne, an minus laborarit, non facile affirmarim. Nã cũ illic plures habuerit, qui ante ipsum in id opus incubuerint, doctoresq; illius studij, vt potuerunt, extiterint, hãc contra artẽ primũ ipsum aggressum fuisse iudico: neq;.n. vlli memorãtur, qui id efficere tentarint: vt post Arist. ẽt, qui aliquid ipsi addiderint, multũq; in eo progressi sint, minime feruntur. Non falso ẽt fortasse putaret, qui crederet hũc doctissimi viri laborem magis profuisse ad scripta veterũ poetarum iudicanda: virtutesq;, ac vitia illorũ intelligenda, quàm nouum aliquem, qui in eo studio cum laude versatus sit, informasse, & perfectum vndiq;, atq; absolutum reddidisse: neq; tamen id auctoris ipsius culpa factum est: sed vitio potius eorum temporum, quæ postquam ille editus ac diuulgatus est, Athenis, reliquaq; in Græcia, consecuta sunt. ita enim omnia Macedonum armis, intestinisq; malis illic perturbata sunt, vt vetera instituta Athenienses dimiserint: ac nouos mores, miseræ illi fortunæ conuenientes, paulatim didicerint: otij vero, ac pacis hæc studia socia sunt, florentibusq; rebus gentis alicuius ac populi, non tantum tranquillis tpribus, maxime frequentantur. Romani aũt poetæ ad præcepta hæc, nisi fallor, non multũ aures patefecere, neq; auctoritatẽ huius summi doctoris in studio suo secuti magnopere fuere. tragici nanq;, ac comici totos se ad fabulas Græcas vertendas dederunt, nec noua multa argumenta studiose finxerunt. Epico vero carmini colẽdo apti in primis, vt arbitror, Lucretius, Catullusq; fuissent, si eorum alter veriorem materiã cepisset, in qua versibus complectenda ingenium exerceret: alter vero longiorẽ ætatẽ vixisset, cũ iuuenis adhuc tale specimẽ huius poematis dederit, vt nõ male de ipso hoc ariolari possimus: ambo aũt magnis ingenijs præditi fuere: ijsq; luminibus poemata illa sua refersere, vt si toto pectore in hoc amplum argumentũ incubuissent, nullo negocio pares illi tractando,

omniq;

omniq; virtute cumulando, futuri fuisse intelligantur. nam quanta in vtroq; fuerit facultas scribendi, elegantiaq; orationis, cum ea ætate vixissent, qua maxime Latinus sermo purus, sincerusq; esset, quid attinet disputare? Successit his Virgilius, non magno sane spatio temporis interiecto. sed quo grauia in primis mala, atrociaq; exorta sint, & quæ vt veterem statum eius ciuitatis labefactarunt ac penè Romanum imperium euerterunt, ita Latinum sermonem, extincta omni nobilitate, totum inquinarunt: & antiquũ omnem leporem ei eripuerunt. hic igitur, cum idoneam materiam, propriamq; eius carminis sumpsisset, plurimum ipsam studio diligentiaq; sua exornauit: ac quod arte iudicioq; præstari potuit, egregie perfecit, atque cumulauit. nam & Homerum ducem sibi proposuit, ipsumq; omni in parte sui poematis accurate expreßit, vel vt quidam volunt, potius expilauit. quin certe tanquam apis quædam, singulos eius flores, vt tragicorum etiam, reliquorumque optimorum, & Græcorum, & Latinorum poetarum lustrauerit: indeq; suauißimum mel confecerit, dubitari non potest. Sed tamen hic magnus, & qui studio illo suo, curaq; adiutus, primum facile locum inter suos sibi vendicarit, ac iudicio multorum cum Homero etiam de primo loco ac palma concertarit. Sed vt ad opus Aristoteleum, artẽq; hanc redeam, iacuit diu ipsa: & penè vndiq; tenebris oppressa atq; extincta fuit. quippe cum è tribus libris, primus tantum in v ta relictus sit: reliqui autem duo qui consequebantur, interierint: nec vestigium eorum vllum restiterit. nam ad hunc numerum librorum, quos scripserit de hac arte, peruenisse Aristo. testimonijs veterum auctorum perspicitur. Plutarchus.n. in Homeri vita tertij libri mentionem fecit, non longe a principio eius bene longæ scriptionis, vbi de origine eius poetæ disputat, ac quid de re illa memoriæ prodiderit Aristoteles, diligenter commemorat. Sed etiam Laertius in Socratis vita narrat Aristotelem in iij. lib. περὶ ποιητικῆς dixisse optimo illi viro sedulo aduersatos fuisse Antilochum Lemnium, & Antiphontem interpretem portentorum. Præterea ipsemet in viij. libro de optimo statu reip. testatur, se accuratè, copioseq; disputasse de purgatione perturbationum in his quæ scripsit de poetica nec non et in primo itidem. & in iij. libro de arte dicendi exponit, se de facetijs, omniq; ipsarum specie seorsum disseruisse in iisdem de poetica scriptis. quarum rerum vix vmbra quædam nunc reperitur in hoc libro, quem in manibus habemus. præterquàm quod nullo modo verisimile est ipsum, accuratum in primis doctorem, multas partes huius operis neglecturum fuisse. & eas quidem non paruas: imperfectumq; demum id, atque inchoatum reliquisse: aut.n. non attingendum id fuit, aut postquam manus illi admouisset: partesq; ipsius aliquas accurate persecutus esset, reliquas etiã expolire debuit: propositumq; suum ad exitum perducere. nam quin statim in principio huius operis comœdiam appellarit: ipsamq; ornandam sibi proposuerit, dubitari non potest. quomodo igitur ipsam, si opus plenum, integrumq; esset, omittere potuit? Vtinam potius hunc vnum librum, qui restitit, totum, integrumq; esse affirmare possemus, vt scriptionem hanc ipsam mancam, debilemq; esse asseuerare nõ timemus. Neque tamen ob id minus nobis gratum, acceptumq;, hoc, quod tenemus, esse debet: cum.n. ipsum è magna quadã procella, naufragioq; saluum sit, videtur, à nobis ea de cã magis custodiri, ornariq; debere. præterquam quòd ita multa præcepta in ipso continentur: disputationesq; tã acutæ, & poetæ informãdo necessariæ illic existunt, vt omnis opera in eo diligenter legendo bene collocetur: fructusq; sine dubio maximus inde capiatur. Sed. vt significaui, iacebat hoc p̃clarũ opus: nec aliquos adhuc acres sui amatores nactũ fuerat: quãuis.n. formis excusum iã, diuulgatũq; foret, Georgiusq; Valla in Latinũ ser-

sermonem ipsum vertere conatus esset, non tamen adhuc, quia nulla magna diligentia in eo illustrando adhibita fuerat, in vsu, honoreq; vllo erat. quum constet eruditißimos etiã viros: qui oẽm ætatem in humanioribus ijs literis expoliendis consumpserunt, accuratè ipsum non legisse: neque inde vnquam testimonia vlla citasse. Exortus postea est Alexander Paccius, ciuis meus, qui studio præterea hoc ipso vehementer tenebatur: ac tragœdiã etiam quandã, inuento nouo genere versus, nostro patrioq; sermone conscripsit, vt plures etiam è Græcis poetis, non sine laude & industria multa, partim eodẽ nostro: partim Latino sermone expreßit: ille igitur ita acriter hoc opus amauit: vt semper in manibus illud haberet ac de nulla re magis cum hominibus doctis, versatisq; in scriptis huius philosophi loqueretur. Quare cum incensus desiderio ipsius esset, ac nulli labori parceret, vt eum adiuuaret, cum antiquis libris, cuius rei potestatem magnam nactus est, cum gratia apud Clementem VII. Pont. Max. floreret, peruulgatam scripturam contulit, & multos sine dubio locos emendauit. Sed etiam, cum idem arderet studijs omnis elegantis doctrinæ: in primisq;, vt traditũ est, artem hanc coleret ac frequentaret, vt magis familiarem sibi hũc librum redderet, singulasq; sententias accuratè ponderaret, in Latinum sermonem ipsum vertere aggressus est: nec tamẽ plenè, quod animo contendebat, effecit: conatui n. illi egregio mors obuiam ijt, ac singulare bonum, quod inde nasci potuit, fregit ac disturbauit. inchoatus igitur, imperfectusq; liber ille honesti ac probi viri exijt: nec tamen non studia aliorum non parum excitauit. In idem opus non multo post Franciscus Robortellus toto pectore incubuit: qui & annis, et eruditione florens, consumptis in tam præclaro arduoq; opere plurimis vigilijs, hunc librum primus scriptis suis illustrauit, plurimumq; caliginis inde sustulit atque dißipauit: necnon ope antiquorum librorum, nonnullas præterea ex eo maculas deleuit atq; exturbauit: cum. n. multa ille legisset, fabulasq; omnes omnium poetarum diligenter versasset, ac sedulo in primis Græcos scriptores, in quibus varia, multiplexq; doctrina existit, volutasset, bene paratus in hanc palestram venit, quale non sine causa, magnam inde laudem, gloriamq; reportauit. Descendit statim in eandem arenam egregie & ipse alia parte ornatus, ac scientia omni subtili comitatus, Vincẽtius Madius. qui cum ætatem omnẽ in grauioribus libris eiusdem auctoris cõtriuisset, atque in celeberrimis gymnasijs scripta ipsius interpretatus esset, laborẽ etiã hunc viribus suis indignum non existimauit, atq; in eo sustinendo oẽ ingenij sui robur contendit: hic et singulas sententias diligenter examinauit, ac quæ obstare illic, pugnareq; inter se videbãtur, cognouit: adhibitaq; diligentia plurima nodos plures dissoluit, atque extricauit. & ne longior in laudibus ipsius persequendis sine vlla necessitate sim, quippe cum liber ipse, plenus eruditionis ac diligẽtiæ, in manibus sit, vtilem valde operam suam in hoc præbuit atq; collocauit. Sed nescio quo pacto ego, dum hos vere ornaui, & quantopere ad hoc munus obeundum instructi accesserint, significaui, errorem animi mei magis indicaui. qui non ita fortassè idoneus huic operi, neq; par tanto oneri sustinendo, tamẽ illud suscepi, & quasi cum illis contendere voluisse, possum existimari. a qua sane mẽte, consilioq; longe semper absui: ac quiduis aliud magis aĩo meo cogitaui quod sane verũ esse, atq; ita prorsus se habere, res ipsa, vt arbitror, ratioq;, quã in hac scriptione mea secutus sum, declarabit: meq; oĩ huius turpißimi criminis suspicione liberabit. Sed, vt rõnem mei consilij aperiã, ac quid deniq; me, vt tam erumnoso nauigarem salo, impulerit, studiũ id fuit iuuandi, & amor erga hunc optimum scriptorem incredibilis: cum. n. olim diligenter libros eius de arte dicendi legi. ac studio, vigilijsq; meis quantum potui illustraui, eodem

tempore hunc etiã libellum, non valde alienum ab eo argumento, accuratè versaui, & cũ ipsius obscuritatẽ animaduertissem, ac quàm malè ille a vetustate tractatus fuisset, cognouissem, aliquid lucis ipsi adportare: plagasq; nonnullas aliquando eiusdem sanare mihi videbar. cumq; diutius in hac mente fuissem, cœpi sperare, si id facere perrexissem, tẽpore futurum esse, vt adiumento alicui ad eum intelligendum ijs, qui non tantum in eo laborassent, futurus essem. Quod vero falli in hoc, decipiq; magnopere potuerim, admirandũ non est, cum nihil tam difficile omni homini sit, quàm scire, qui sit, ac quid præstare possit, videre. hoc igitur fortasse mihi fraudi fuit, ac quod primò, si totum mihi propositum fuisset, meritò me perturbasset, atque ab eo conatu penitus abduxisset, paulatim susceptum, non tam arduum, laboriosumque mihi visum est. Sed his omnibus rebus nunc relictis, ignosci arbitror oportere illis, qui desiderio iuuandi cæteros capti, splendoreq; laudis occæcati, maius aliquod onus suscipiunt, quàm vires eorum valeant sustinere. hanc igitur mihi quoque veniam dari rogo: præsertim si liuor nullus, obtrectatioq; in hoc meo labore apparebit: quarum rerum vmbram oẽm, spẽmque, vt illæ (nisi fortasse nimis mihi placeo) ab animo meo absunt, ita inde delere, ac funditus extinguere conatus sum. Accesserunt postea preces amicorum, assiduæq; ipsorum voces, vt quidquid & ipse inuenissem ad hoc studium illustrandum aptum, diuulgarem, & cum amatoribus ipsius maximis communicarem: ego.n. vt timidè semper ac pedetentim ad hoc opus accessi, & in singulis ipsius partibus multum hæsitaui, ita ad extremum hoc consilium capiendum valde cohorrui, & tanquam scopulum aliquem prolationem in medium mearum harum vigiliarum reformidaui. Nam quin cupidi ipsius multi inuenirentur nunquam dubitaui: neque.n. contingit hic, quod in altero illo studio, arteq; dicendi vsu venit, vt in liberis tantum ciuitatibus ei locus sit, vigeatque solum tranquillo statu reipub. atque omni strepitu belli procul fugato. cum.n. & illic maxime floreat, ac secundis ipsarum rebus magnopere delectetur, gratum tamen est regibus, honoresque ac præmia magna adipiscitur ab opulentissimis quibusque hoĩbus: idemq; rerum aduersarum solacium ac perfugium magnũ est. Quis n. nescit Aeschylo ab Hierone Siculo maximos honores habitos esse? qui cum Athenis discessisset, existimans se ignominia notatum, quòd ipsi seni adolescentẽ Sophoclem, qui tum primum in scenam venerat, delecti iudices anteposuissent, eumque victorem illius certaminis sententijs suis declarassent, in eam potissimum tellurem se cõtulit: tyrannoq; illi mirifice gratus & acceptus fuit. vnde statim præclarum ipsius factum, beneficiumque in illos hoĩes maximum ingenio suo celebrauit: condebat.n Hieron tunc Aetnam vrbem. vnde poeta ille, argumentum hoc sui carminis fecit, fabulamq; eo noĩe docuit, qua & auctorem eius beneficij ornauit, & hoĩbus, qui illic viuerent, beatam vitã ominatus est. Apud Archelaum ẽt Macedonem, vixisse multum Euripidem, notum est: qui rex tam benignus in eum poetam fuisse fertur, & tam sæpe maxima pecunia, muneribusque amplissimis eum ornasse, vt magnum sane pondus auri aliquando Euripides magno animo recusaret: atque in eo contra preces ipsius persliterit: aliquando totam illã pecuniam sodalibus suis necessarijsq; Athenas miserit, ne aĩum regis erga se penitus videretur repudiare. nam Menandrum ẽt, qui alteram scenam coluit, a Ptolemæo primo Aegypti rege magnis propositis donis euocatum fuisse, memoriæ proditum est. Sed alia plurima, si maiore confirmatione res egeret, exempla occurrerent: nec solum vetera, verũ etiã noua, magisq; huic ipsi ætati propinqua, quãuis negari non possit, quin hæc rariora sint, vt propter misera ẽt, & valde calamitosa superiora tempora, non ita multi fuere,

re, qui huic laudi toto animo incumberent, quamuis non penitus illa vnquàm extincta sit: cum in aliqua semper gente omni ætate aliqui extiterint, qui vt potuere tunc studia hæc colerent, atq; amarent. In quo etiam vere patria hæc nostra gloriari potest, quæ ingenia illa tulit, quæ prima hanc laudem renouarent, atq; omnibus alijs, qui aliquid ipsius lingua scripsissent, longo interuallo præstarent. ij autem fuere, vt vno omnium consensu patet, Dantes, ac Petrarcha, qui inter alios eius sæculi poetas, tanquam lumen aliquod emicuerunt. eorum verò alter, ætate prior, & amplitudine argumenti maior, & cognitione omnium scientiarum illustrior: poema confecit, stuporis plenum, & diuinitate multa refertum. Quòd si aliquem inferiore ætate natura armauit, ac siquis se ad scribendum diuino spiritu afflatus contulit, hic profectò is fuit: neq; enim humanis viribus nixa mens vlla, quæ vidit ipse, & vt nos videremus effecit, potuisset vnquàm contemplari. Qui succeßit autẽ illi, quum minorem materiam sumpserit: est enim Petrarchæ poesis, vt de Anacreonte illo Teio, Cicero memoriæ mandauit, tota amatoria: multum tamen ipsi dignitatis attulit, honesteq; in primis atq; ample teneras illas res, ac molles pertractauit: cum contra Græcus ille & turpiorem amorem celebrarit, & vini plenum temulentiæq; poema condiderit: ita se demum noster, in eo opere geßit, vt nihil in eo videatur posse desiderari, quod ad argumentum illud ornandum, atque omni laude cumulandum faciat. Cum igitur elegans hoc studium tantum adiumenti ceperit à nostris hominibus: nec tantum inuenti sint apud nos, qui magnificè, præclareq; ipsum coluerint, sed etiam palmam ex eo tulerint, cur non debui & ipse, siquid opis ipsi adferre possem, valde conari: & cum eximium carmen scribere nõ valeam: nec etiam fortasse recte id faciendi rationem alijs tradere, eum saltem, qui summo ingenio præditus hoc fecit, artemq; hanc docuit atq; omni eleganti suppellectile locupletauit, scriptis meis adiuuare: & præcepta, quæ dedit, vetustate ipsa, & præterea alijs malis corrupta multum, atque obscurata, sedulitate mea illustrare? Cum aũt nunc explicationem huius libri, finem mei laboris esse statuerim, habeam tamen instituta quædam alia, quæ valeant aliquid ad artem hanc ipsam ornandam, commodiore tpe illa diuulgabo, vt nulla re, qua poßim, desinam ipsam expolire, si modo id, quod conatus sum, vllam in partem efficere potui, atq; præstare. Vt autem omnes ingenij mei vires contendi in singulis sententijs explanãdis, ita diligentiæ plurimũ, studijq; adhibui in antiquis exẽplaribus conquirendis: cumq; oẽs, quæ apud nos sunt, bibliothecas perscrutatus essem, opera ẽt amicorũ, industriaq; in hac re vsus sum, qui vt studio meo inseruirẽt, cæteras Italiæ omnes excussẽrunt, vnde aliquid aptum ad hunc librum purgandum posset expromi. Sed se potius in hoc illi studiosos mei, diligentesq; præbuerunt, quàm auxilij multum mihi, opisque ad id quod quærebam, tulerunt. quod sane ipse admiratus non sum: sciebam. n. vulnera quæ imposita erant huic operi, multis ab hinc sæculis eo comportata fuisse: videramq; ipse olim, ac diligenter tractaram volumen quoddam antiquißimum, in quo cum vna cum alijs nõnullis bonis auctoribus, fideliter scriptis, hic ẽt liber esset, nihilo melior illic ille multis locis, quàm peruulgatus quilibet, typisq; excusus erat, quare desperaui aliquid boni inde posse expectari. Totum igitur me contuli ad lectionem cõem diligenter spectandam, quam tamen arbitror me multis locis emendasse, ac studio meo meliorem reddidisse. quod partim feci ope illorũ ipsorum, cuiusuismodi erant, scriptorum librorũ: partim collatione aliorum locorum, ac testimonio denique, auctoritateque quorundam veterum auctorum, vt coniectura etiam aliquando, acerrimaq; animaduersione ani-

mi mei. quod tamen pudenter (nisi fallor) & cautè feci: semelq; tantū, aut iterū, aliquid mihi, necessitate coactus, in hoc permisi: aut, siquis ēt hoc vult, arrogaui. nec recuso ēt, si forte deceptus sum, nimisq; in hoc mihi tribui, qum opinio mea refellatur, veritasq; ipsa iudicio meo anteponatur: oīa.n.malo, quàm huic diuino, atq; vtili in primis operi, cui plurimum prodesse studui, videri obsuisse, aut aliquid ipsi maculæ aspersisse Nam in hoc quoq; simplicitas animi mei, cupiditasq; infinita iuuandi apparebit: quod vt labor hic meus color sit, sententiæq; auctoris minore cum molestia percipiantur, ab his ēt, qui ipsius linguam non didicere, singula verba expressi, ac ne ordinem quidem illorum plerūque variaui: hanc.n. rationem, rudem penitus atq; inornatam, aptiorem semper existimaui scriptis huius doctissimi, atq; acutissimi scriptoris exprimendis. qui nanq; in præceptis alicuius artis, rebusq; subtilibus, atq; obscuris vertendis, elegantias sermonis sectaretur, hic studio illo suo (vt opinor) potius officeret, quàm lectorem adiuuaret: ac scrupulos sæpe magnos in aīum eius insereret: oratio.n. eorum, qui aliquam artem tradunt, lōge diuersa est à genere dicendi oratorum: & eorum demq; qui multum in eo studio versati sunt: quamuis.n. illi tunc longè alij scriptioni incumbant, retinent tamen non parū frequentatæ ab ipsis locutionis: resq; oēs aut multum augere, aut contra conterere valde, & extenuare consuerunt. Hoc ēt, vt apparet, vidit Melanthius: acutus valde & ingeniosus poeta, vitiumq; nimis expolitæ orationis significauit: cum.n. quæsitum esset ex eo quid sentiret de tragœdia Diogenis, respondit non posse se ad eam oculis penetrare, nominibus vndiq; tectam atq; obscuratam. Eodem igitur pacto acuti sensus Aristo. non poterunt indagari, si granditate verborum speciéq;, tanquam velis quibusdā, operti fuerint atq; adumbrati. Qua in re fortasse plures, non parum lapsi sunt, qui diu versati in illo scriptore, verborumq; splendore, ac copia diligenter notata, stilum Ciceronianum huc transtulerunt, atq; in hoc potius studium oē suum: quàm in sensibus philosophi exprimendis posuerunt. quod nullo modo (nisi fallor) fieri oportuit: eruditio.n. doctrinaq; abscondita hinc petitur, non flores, ornatusq; sermonis ab his auctoribus expectantur. Verum aūt hoc esse, prorsusq; probari debere, intelligitur ēt auctoritate illorum, qui publicè Aristoteleos libros interpretantur. qui cum eruditissimi viri sint, ac de hac re egregiè possint existimare: quippe cum ipsos tanquam incudem quandam, continenter tundat: nec vllam quamuis minutam & exilem partem eorum relinquant, quam non subtiliter perpendant & excutiant, relicto labore hoc ipsorum, doctoreq; suo ita concinnato, vt vix agnoscant: veterem illam simplicicem puramq; tralationem sequuntur. nec ab ea vnquam, in quo sanè multum vident, decepti elegantia, splendoreq; vllo verborum diuelluntur: siquis.n. illic aliquantulum à vero sensu auctoris digrediatur, quod necesse est, si pluribus verbis, aut ornatioribus vtatur, statim plures, ac molestæ quæstiones exoriuntur, quæ magnopere perturbant lectorem, ac sine causa ingeniū ipsius exerceent: cum tale nihil ab auctore vnquam prolatum, aut cogitatum sit. Cognoui ergo Petrū Halcyonium, qui mirum quantū in hoc valuit: ac si conatus hic laudem in se magnam aliquam hēt, non debuit non magnopere commendari ita se certe ille in ea rōne amauit, vt non veritus sit Theodorū insectari, ac cæteros oēs, quos ille doctissimus vir, plurimumq; in hoc munere laudatus, secutus fuerat, præ se contemnere atq; conculcare hic nonnullos lib. Arist. interpretatus est, atq; oēm industriam suam in eo posuit, vt sententias philosophi Ciceronis verbis exprimeret: cuius eloquentiam merito semper probarat, & cū scribebat ēt aliquid, non infeliciter reddebat. quid aūt præstare in hoc de quo quærimus

po-

potuerit, non est tempus nunc accuratè docere. laborem certe illum non esse probatũ testatur, quod in scholas philosophorum receptus non est, præterquam quod statim exortus est, eruditus sanè & accuratus vir, qui valde ipsum accusauit, ac volumen ẽt de illius in eo opere erratis diuulgauit. Possem ẽt exẽplis positis certorũ locorum, vitium hoc ipsorum patefacere, & quàm nullo iudicio in hoc vsi sint declarare: sed quia ab aliorum culpis exagitandis toto animo abhorreo, & rem ipsam satis iam planam, & apertã esse arbitror, omni hoc labore supersedebo. Nam ipse quoque huiuscemodi aliquid fortasse efficere potuissem, si conatus essem, atque id rectum esse, ac laude magna dignum existimassem: eam enim laudem esse, dignamque prorsus, quæ hoc nomine appelletur puto esse, quæ à sapientibus viris, iudicioque præditis proficiscitur: non ab his nascitur, qui vmbram potius rerum, & quod in promptu est spectant, quàm vim illarum, naturamque reconditam intuentur. Huic igitur quoque periculo me exposui: nec voces maleuolorum, imperitorumq;, fructus aliorum gratia reformidaui. & cum fide demum me in hoc, quemadmodum in aliјs oĩbus partibus gessi, atq; eam in primis seruaui. Nec tamen nõ auctor sum ijs, qui harũ litterarum, artiumq; oĩum optimarũ studiosi sunt, vt Græcum sermonem perdiscant. quod non magno negocio, si tantum ipsius percipere voluerint, quantum huic eruditissimo scriptori legendo, cæterisq; scientijs eo scriptis percipiendis satis est, neque longo tempore impetrabunt: ita .n. paucorum mensium labore, maximos labores, in quos necessario aliter singulis diebus incurrent, declinabunt: ac multo facilius ad occultos sensus auctoris penetrabunt: neq;.n. existimandũ est quemquam melius, aptiusq; sensus animi ipsius oratione editurum, quàm auctor ipse fecerit, è cuius mente, intellectuq; illi prodierunt. Qui vero semel gustata suauitate, copiaq; huius sermonis, contentus hoc non erit, sed ad fontes etiam poetarum accedere ausus fuerit, atque inde iucundissimum liquorem haurire, & tanquam in amœnissimis musarum pratis requiescere voluerit, laborabit hic quidem magis, quippe cũ illi festiuitates oẽs, & lepores vndiq; collegerint, & è vetere etiam memoria, peregrinisq; regionibus verba quædam eruerint, vt non pauca quoq; libere satis & contra consuetudinem ipsam aut iniunxerint aut immutarint. Vnde factum est, vt quidam ipsos alia lingua, quàm cæteri scriptores, locutos existimarint, & ob hanc difficultatem illos attingere magnopere reformidarint. nec tamen non labor ille maximum fructum, voluptatemq; aliquando in animis ipsorum creabit, & molestiam illam non sine grandi fœnore compensabit. Cum autem iam, quæ dicere cogitaram, ac consilio meo constituendo, necessaria existimaram, exposuerim, alacri animo ad auctorem ipsum ire iubebo. & vt omnes singula ipsius verba diligenter expendant, admonebo. quem ipsorum laborem, si studio, diligentiaq; mea plurimum leuaui, gaudebo, ac quod magnopere cupij, me plene consecutum putabo. Sin nullum magnum, vt studui, fructum illis tuli, voluntas certe non defuit: conatusque huius rei efficiendæ, vt vnicuique apparere posse puto, non mediocris.

ARISTOTELIS POETICA

Petro Victorio Florentino Interprete.

SVMMA LIBRI.

De Poeseum conuenientia, ac differentijs: Poesis origine, ac incremento: Tragœdiæ essentia, partibus, ac speciebus: Epopœiæ pariter: Poetarum increpationibus, ac defensionibus: Tragœdiæq; & Epopœiæ comparatione.

Quod sit operis propositum. Quæ Poeseum conuenientia, ac penes imitationes differentiæ. *Cap.* I.

H DE Poetica, ipsaq; & formis ipsius, quam vim vnaquęq; habet, & quo pacto oportet coagmẽtare fabulas, si poesis bene se habitura est: Pręterea ex quot, qualibꝰve est partibus: eodemq; modo & de alijs, quę eiusdem rationis, viæque sunt, disseramus, initio sumpto, vt naturæ mos est, primum à primis. Epopœia iam I & tragœdiæ poesis: adhuc autẽ comœdia & dithyrambica, atque eius quæ vtitur tibijs plurima: necnon citharisticæ, omnes imitatio sunt, si quis totum simul spectet. Discrepant autem inter se tribus, aut.n. quod rebus genere diuersis imitantur, aut q̄d res diuersas, aut quod aliter, & non eodem mō. Quẽadmodũ.n. & coloribꝰ & figuris multa quidã imitãtur, effigiẽ illorũ L exprimentes: hi q̃dẽ per artẽ: hi vero per consuetudinẽ: alij vero per vocem imitantur: sic in artibus dictis, cunctæ sanè imitationem efficiunt in rhythmo & oratione & harmonia. His autẽ aut separatim aut mixtis ceu harmonia & rhythmis vtuntur solũ, & ea quę tibias inflat & citharistica: & si forte aliquæ aliæ huiuscemodi sunt, vt ars illa, q̃ fistulis vtitur. Ipso autẽ rhythmo imitantᷣ absq; harmonia, qui è numero saltatorũ aliquos imitantur: hi nanq; per rhythmos M figuratos imitantur & mores, & affectus, & actiones. Epopœia vero solũ sermonibus nudis, vel metris, & his q̃dẽ siue mixtis illis inter se, siue vno quodã genere metrorum vtens, vt vsq; ad hanc diem fecit. Nullo enim haberemus nominare communi Sophronis ac Zenarchi mimos, & Socraticas fabulas: neq; si quis per trimetra, aut elegos

aut

A aut alia quædam huiuscemodi genera carminum, imitationẽ non fecerit, nisi quod homines coniungentes cum metro, ποιεῖν, hos quidem ἐλεγειοποιοὺς. hos autem ἐποποιοὺς, nominãt. Non vt eos, qui sunt secundum imitationem, poetas, sed cõmuniter secundum metrum appellantes: etenim si quidpiam medicinæ præcepta continens, aut artis musicę proprium versibus ediderint, sic appellare consueuerunt. Nihil autem commune B est Homero & Empedocli præter metrum. Quapropter hunc quidem poetam iustum est vocare, hunc vero physiologũ potius q̃ poetam. Similiter autẽ, & si quis omnia metra permiscens non efficiat imitationem, ceu Chæremon Centaurum cõfecit, opus mixtum ex omni genere versuum, non oportet iam hunc poetam vocare. De his q̃dem igitur hunc in modum explicatum sit. Sunt autem nonnullæ, quæ vtuntur omnibus di C ctis: intelligo autem, ceu rhythmo & concentu & metro: quẽadmodum & dithyramborum poesis, & nomorum, nec nõ tragœdia, & comœdia. discrepant verò hę inter se, quod partim harum vna cunctis: partim autem singillatim vtuntur. Has quidem igitur dico differentias artium, in quibus efficiunt imitationem. Quia aũt imitantur ij, qui imitanẽ agentes: necesse autem est, hos aut studiosos aut im probos esse: mores.n.ferme semper comitantur his solis: vitio .n.& virtute, quod pertinet ad mores, discrepãt omnes, siue meliores, q̃ comparati nobis sint, siue deteriores, siue & tales necesse est imitari, quemadmodũ pictores. Polygnotus quidem.n. meliores: Pauson, autem deteriores, Dionysius vero similes pingebat. Planum autem est, quod vna quæq; dictarum imitationum habebit has differentias: & erit diuersa, eo quod diuersas res imitetur hunc in modũ. E etenim in saltatione, & tibiarũ fidiumq; vsu fieri potest, vt sint hæ dissimilitudines. Et circa orationẽ & nuda carmina: ceu Homerus quidem, meliores: Cleophon autem, pares: Hegemon vero Thasius, ille qui primus parodias cecinit: & Nicocharis, qui Deliada versibꝰ scripsit, deteriores. Simili mõ autẽ & circa dithyrãbos, & circa nomos: vt Persas & Cyclopas, Timotheus & Philoxenus, imitari posset aliq̃s. In eadẽ autẽ dif F ferẽtia & tragœdia separata fuit a comœdia: hæc quidẽ.n.deteriores: hęc vero meliores, imitari vult, quã ij q nũc sunt. Adhuc aũt horũ tertia dr̃ia est, vt singulas has res imitaretẽ aliq̃s, etenim in ijsdẽ & easdẽ res licet imitari: aliq̃n q̃dẽ exponentẽ, vel aliud quippiã factum, q̃uo Homerus facit: vel vt eundẽ & nõ se imutãtẽ: vel oẽs vt agẽtes & moliẽtes aliq̃d eos, quos imitamur.

G In tribꝰ iã his drĩjs imitatio versatur, vt initio diximus: in quibus scilicet & quæ, & quomodo. Quapropter hac quidem idẽ cum Homero imitator Sophocles esset: imitantur enim ambo studiosos. hac vero cum Aristophane: agentes enim imitantur & gerẽtes ambo. Vnde & dramata vocari nonnulli ipsa aiũt, quia imitantur agentes. Qua etiam de causa vendicant sibi tragœdiam & comœdiam Dorienses. Asciscunt verò sibi comœ-
H diam Megarenses: & qui hic, tãquam illa exorta sit apud ipsos, cum popularem statum ciuitatis habebãt: & qui ex Sicilia: ex illis enim locis Epicharmꝰ poeta prodijt, qui multo tempore prior extitit Chonnide & Magnete. Tragœdiam vero sibi vendicant quidam è numero eorũ, qui incolũt Peloponnesum, ducentes signum a nominibus: hi enim affirmant se appellare comas, pagos. Atheniẽses vero, demos: tanquam comœdi vocati
I non sint a verbo κωμάζειν, sed nomen duxerint ab errore illo per pagos, quo illic vagabãtur, qui ignominia notati ex vrbe discedebant. Præterea facere ipsi quidem se ostendunt vocare δρᾶν. Athenienses vero πράττειν. De differentijs autem imitationum, & quot, & quæ sint, hæc satis habenda sunt.

De ipsius poetices suarumque specierũ origine, ipsarum incremento, ac mutatione Tragœdiæ, atq; Epopœiæ similitudine. K

Cap. 2.

Videntur autem genuisse quidem omnino poeticã causæ duæ quædam, atque hæ naturales: imitari enim insitum est hominibus a pueris: & hac re illi differunt a cæteris animantibus, quod animal est homo maxime aptum ad imitãdum, & primas perceptiones ipse facit imitando. Et gaudere L
rebus imitatione expressis vniuersos. signum autem huius rei est, quod contingit in operibus opificum: quæ enim ipsa cum molestia videmus, horum imagines, magno artificio, exquisiteq; expressas cum spectamus, lætitia afficimur, ceu belluarum formas abiectissimarum, & cadauerum. Causa autem huius etiam rei est, quia discere non solum philosophis iucundissimũ est, verum etiam alijs similiter: verum parum participes eius M
sunt: hanc enim ob causam gaudio afficiuntur, cum cernunt imagines rerum: quia contingit ipsos spectãtes perdiscere, ac ratiocinari quid vnumquodque eorum sit. Ceu quod hic ille est: quia, nisi ille antea rem viderit, tunc non imitatio efficiet voluptatem, sed propter artificium studiumq; opificis, aut colorẽ, aut propter aliam quampiam huiuscemodi causam. Cum autem

A tem imitari nobis ex natura sit, & harmonia & rhythmus (nam metra particulas esse rhythmorum perspicuum est) a prícipio qui natura facti erant præcipue ad ipsas has res, paulatim promouentes, procreauerunt poesim ex subitis studijs, & ijs quæ ex tempore dicerentur. Diuulsa vero poesis fuit secundum suos propriosq; mores eorum, qui eam tractarent: grãdiores enim honesta facta imitabantur: & ea denique quæ ab huiuscemodi naturis proficiscerentur. Humiliores vero, facta turpium virorum: primum canentes vituperationes: quemadmodum alteri illi hymnos & laudationes. Eorum quidem igitur, qui Homerum ætate antecesserint, nullius possum⁹ huiuscemodi poema dicere: credibile autem est esse multos. Si vero ab Homero initium fecerimus, licet. Ceu est Margites illius, & huiuscemodi nonnulla. in quibus & quod valde congrueret, iambicũ metrum venit. Vnde & iambicum vocatur nũc, quia in hoc metro se mutuo lędebant, atque omni contumelia afficiebãt: extitereq; priscorum illorum: hi quidem, heroicorum: hi vero, iamborũ poetæ. Quemadmodum autem & in rebus grauibus maxime poeta Homerus extitit (solus enim non tantum quia bene: verum etiam, quia imitatiões dramaticas condidit) sic & comœdiæ figuras primus leuiter monstrauit: non vituperationem, sed ridiculam materiam tanquam dramate complectens: Margites enim proportione se habet, vt Ilias & Odyssea ad tragœdias, sic & hic ad comœdias. Cum autem apparuisset tragœdia & comœdia, qui ad vtranque poesim ferebantur naturæ quodam instinctu: hi quidem pro iambis comici extitere: hi vero pro hexametris, tragici euasere, quia maiores, plenioresq; honoris figuræ hæ sunt, quàm illæ. Quærere vero præterea, si tragœdia iam, quod ad ipsius species pertinet, ita se habet, vt satis ipsi esse posit, an non: ipsumq; per se existimatum & ad theatra, alia disputatio est. Nata igitur initio extemporanea & hæc & comœdia: & altera quidem ab his qui dithyrambum canebant: altera vero ab his qui phallica, q̃ vsq; ad hoc tempus manẽt quibusdam ĩ ciuitatibus legibus institutisq; confirmata, paulatim creuit, vlterius semper producẽtibus, quantum ipsius perspicuum fuit. Et cum multas mutatiões sustinuisset tragœdia, quieuit, quia suam naturam nacta est. Et histrionum multitudinẽ ex vno ad duos primus Æschylus perduxit, & partes chori minuit: & orationẽ quę prima concertaret, instituit. Tres autem, & scenæ ornatum Sophocles. Adhuc autẽ magnitudo ex paruis fabulis & locutione ridicula quia ex satyrico mutata est, se-

rò

G rò granditatem honestatemque
suam nacta est. Metrumq; è te-
trametro iambicum natum est:
primum.n.tetrametro vteban-
tur: quia satyrica & multũ reti-
nens saltatoriç artis erat tũc hęc
poesis. Locutione autẽ nata, ip-
sa natura suum propriumq; me-
trum repperit: maxime.n.e nu-
mero omnium metrorum iãbi-
cum aptũ locutioni est. signum
aũt huius rei est: plurimos nan-
que senarios iambicos edimus
in sermonibus, quos inter nos
habemus: hexametros vero, ra-
H ro, & tunc solum, cũ eximus ex
modulatione apta familiari ora-
tioni. Adhuc autẽ episodiorum
multitudines, & cętera vt singu-
la ornata fuisse dicũtur. De his
quidem igitur tot à nobis dicta
sint: multũ.n.fortasse opus esset
singillatim percensere. Comœ-
dia autem est, vt diximus, imi-
tatio deteriorũ quidem: non tñ
in omni vitĳ genere: sed ridicu-
lũ turpis est pars: ridiculũ.n.est
peccatũ quoddam et turpitudo
sine dolore, & q̃ non interimat:
I ceu statim ridicula facies, q̃ tur-
pis est ac distorta sine dolore.
Tragœdiæ quidẽ igitur migra-
tiones, & per quos extitere, non
fefellerunt. Comœdia vero, q̃a
initio nullum studiũ in ea posi-
tum est, fefellit: etenim chorum
comœdorum sero magistratus
dedit: sed voluntarĳ erant. Cũ
autem ipsa iam figuras quasdã
haberet, qui ferũtur ipsius poe-
tę memorantur. Quis autẽ per-
sonas assignauit, aut prologos, K
aut multitudinem histrionum,
& reliqua huiuscemodi, igno-
ratur. Fabulas autem facere
Epicharmus, & Phormis in-
cœpere. A principio quidem
igitur ex Sicilia venit. eorum
vero, qui Athenis nati sunt,
Crates primus cœpit, cum abie
cisset formam illam iambicam,
in vniuersum facere sermones
vel fabulas. Epopœia quidem
igitur tragœdiæ comitata est vs
que ad hoc solum, quod metri-
ca oratione imitatio est studio- L
sorum virorum. Quod autem
metrum simplex habet, & enar-
ratio est, hac parte inter se discre
pant. præterea longitudine: hæc
nanque quam maxime põt, ni-
titur intra vnum ambitum So-
lis redigi, aut parũ variare. Epo
pœia vero indefinita est tempo-
re: & hoc discrepat ab illa: quã-
quam primis temporibus simi-
li ratione in tragœdĳs hoc facie
bant, & in epico carmine. Par-
tes autem sunt hæ quidem eæ- M
dẽ: hæ vero propriæ tragœdiæ.
Quapropter quicũq; de tragœ-
dia cognouit, studiosa & nequã,
idẽ etiam cognouit de epico car
mine: quæcunq;.n.habet epo-
pœia, tragœdiæ insunt, quæ ve-
ro ipsa habet, non omnia in epo
pœia inueniuntur. De poesi q-
dem igitur, quæ in hexametris
imitatur, & de comœdia, post
dicemus: de tragœdia aũt dispu
temꝰ, collecta ex dictis, q̃ idẽ na-
scĩt, definitione essentiæ ipsius.

Quæ

A *Quæ sit Tragœdiæ essentiæ definitio. Cap. 3.*

EST igitur tragœdia imitatio actionis studiosæ & perfectæ, magnitudinem habentis, cõdita oratione, seorsum vnaquaque formarum in partibus agentibus: & non per expositionem, sed per misericordiam & metum cõficiens huiuscemodi perturbationum purgationẽ. Dico iam conditam quidẽ orationem, quæ habet numerum & harmoniam & metrum. illud
B autẽ, Seorsum formis, quia ope metrorũ quędam solum efficiũtur, & rursus aliæ vi cãtus. Quia autem agentes faciunt imitationem: primum quidẽ necessario vtiq; esse debet aliqua pars tragœdię oculorum ornatus: deinde cantus, & dictio: in his.n. faciunt imitationẽ. Voco autẽ dictionem, ipsam metrorum compositionem: cantũ autem, quod vim perspicuam habet omnẽ.

Quot, & quæ sint ipsius Tragœdiæ partes quales, & quem inter se ordinem
C *habeant.* Cap. 4.

QVia autẽ actionis est imitatio: agitur autẽ a quibusdam agentibus: quos necesse est quales quosdam esse & moribus & sentẽtia: propter hos enim & actiones esse dicimus quales quasdam, duæ actionum causæ natura sunt, sentẽtia & mores, & ſm has adipiscuntur finem suum: & inde etiam depelluntur oẽs. Est autẽ actionis quidem imitatio fabula: appello enim fabulam hanc compositionem rerũ: Mores autem ſm quos quales quosdã esse af- D firmamus eos, qui agunt: sententiam aũt, ea, in quibuscunq; dicentes demonstrant aliquid, seu ẽt enuntiant mentem suam. Necesse est igitur oẽs tragœdiæ ptes esse sex, ſm quas qualis quędã tragœdia est: hæc autẽ sunt, fabula, mores, & dictio, & sñia & apparatus & concentus: quibus quidẽ.n. imitãtur, duę partes sunt: vt autem imitantur, vna: quæ aũt imitantur, tres: & E præter has, nulla. His quidem igitur non pauci ipsorum, vt ita loquar, vtuntur formis: etenim aspectationem habet oẽ, & mores, & fabulã, & dictionem, & concentum, & sñiam eodem pacto. Maximum autem horum est rerum coagmẽtatio: tragœdia enim imitatio est, nõ hominum, sed actionis & vitæ: & felicitatis & infelicitatis: etenim felicitas in actione est: & finis actio quędam est, non qualitas. Sunt autem secundum quidem F mores, quales quidam: secundum autem actiones, felices vel cõtra. Non igitur vt mores imitentur, agunt: verum mores cõplectuntur propter actiones. Quapropter res & fabula finis tragœdiæ: finis autem maximum omnium. Præterea sine actione quidem nullo modo fieri posset tragœdia: sine moribus aũt extare posset: recentiorum eñ plurimorũ tragœdiæ carent moribus:

G moribus: & omnino poetę multi huiuscemodi sunt: sicut & pictorum Zeuxis ad Polygnotum se habet: Polygnotus quidem enim bonus est descriptor morũ, Zeuxidis autem pictura nullos habet mores. Præterea siqs deĩceps collocarit sermones moratos, & dictiones & sententias probe cõfectas, efficiet quod est tragędię op⁹: verum multo magis, quæ his deterioribus vtitur tragœdia erit, habens fabulam & coagmentationem rerum.

H Ad hæc autem maxime res, quibus tragœdia capit animos hominum, fabulę partes sunt: peripetiæ inquam & agnitiones. Adhuc signum est, quòd qui se ad scribendas tragœdias dant, prius valent & locutione & moribus exquisitè res tractare, q̃ res coagmentare: sicuti & primi poetæ ferme omnes. Principiũ quidem igitur, & tanquam animus tragœdię fabula est: secundum autẽ, mores: assimile enim est & in pictura: si enim aliquis

I illiniret pulcherrimis medicamentis fusim, non similiter oblectaret, ac siquis albo describeret imaginem: estq; imitatio actionis, & per hanc maxime eorum qui agunt. Tertium autem sententia: hoc autem est dicere posse ea, quæ in re insunt, & quæ illic congruunt: quod quidem in oratione ciuilis facultatis, & artificij dicendi, opus est: prisci q̃dem enim ciuiliter faciebant dicẽtes: nostri vero temporis, rhetoricè. Sunt autem mores quidem huiuscemodi quiddã, quod aperit electionem qualis quædam: in quibus non est perspicuum num eligit aut fugit. Quare non habent mores è numero orationum illæ, in quibus penitus nõ est, quod eligit, aut fugit, qui dicit. Sententię verò in quibus demonstrant aliquid, quod est, aut quod non est, vel vniuersum aliquid enuntiant. Quartum autem eorum, quæ in oratione quidem manent, dictio. K

Dico autem, quemadmodum prius dictum est, dictionem esse per verba animi interpretationem: quod & in vincta metris, & in soluta oratione habet eandem vim. Reliquarum vero quinta est melopæia, maximũ condimentorum. Apparatus autem quiddam est, quod quidem allicit ad se animos: maxime autem est expers artis: & minime suum propriumq; poetices: tragędiæ enim vis & sine cõtentione & histrionibus manet. L

Præterea maiorem potestatem habet in fabrica, constructioneve apparatuum ars opificis illius, qui fabricat instrumẽta scenæ, quàm ars poetarum. M

De Fabulæ magnitudine.

Cap. 5.

Explicatis autem his, dicamus posthęc qualem quãdam oportet constitutionem esse rerum: quia hoc & primum & maximũ est tragœdiæ. Positum autem est à nobis tragœdiã

A gœdiã perfectæ ac totius actio-
nis esse imitationē: quæ habeat
magnitudinem aliquam: est enī
totum & quod nullā habet ma-
gnitudinem. Totum autem est,
qđ habet principiū, & mediū,
& finem. Principium aūt est, qđ
ipsum quidē ex necessitate non
post aliud est: post illud autem
aliud natum est esse, aut fieri. Fi-
nis autem contra, qđ ipsum qui-
dem post aliud natum est esse,
vel ex necessitate vel plerunq;:
B post hoc autem aliud nullum.
Medium autem, quod & ipsum
post aliud, & post illud itē aliud
diuersum ab eo. Oportet igitur
bene constitutas fabulas, neque
vnde sors tulit, temereq; incipe-
re: neq; vbicunq; contigit desi-
nere, verum vti dictis formis.
Adhuc autem quia pulchram
& animantem & oēm rem, quę
constitit ex quibusdā, non solū
hæc ordine posita oportet habe
re, verum ēt adesse magnitudi-
nem, non quamlibet: pulchrum
C .n.ī magnitudine & ordine ma-
net. Vnde neq; valde pusilla ali-
qua esse posset pulchra animās:
confunditur.n. spectatio prope
insensile tēpus facta: neq; valde
magna: non.n. sil' spectatio fit,
sed perit euanesciťq; spectanti-
bus vnum ac totum ex specta-
tione. Ceu si decem millium sta-
diorum sit animans. Quapro-
pter oportet queādmodum in
corporibus, & in animantibus
habere quidē magnitudinem:
hanc autem facile circumspici
posse, sic & in fabulis, habere D
quidem longitudinem: hanc au-
tem facile memoria teneri pos-
se. Longitudinis autem termi-
nus ad contentiones & sensum,
non artis est. Si enim centū tra-
gœdias oportuisset contendere,
ad clepsydras vtique contendis-
sent: quemadmodum quondam
& aliis temporibus affirmant.
Terminus autē rei ex ipsius na-
tura, semper quidem qui maior
est, dummodo maneat intra eos
fines, vt vna totus perspicuus
sit, pulchrior ē, quod ad magni- E
tudinem pertinet. Vt autē sim-
pliciter, re definita, dicamus, in
quanta magnitudine secundum
verisimile, vel necessarium, de-
inceps nascentibus rebus, con-
tingit in res secundas ex aduer-
sis, vel ex rebus secundis in ad-
uersas mutari, idone⁹ terminus
est magnitudinis.

De Fabulæ vnitate. Cap. 6.

Fabula autem est vna, non,
queādmodum nōnulli ar- F
bitrantur, si circa vnū fue-
rit: multa enī & infinita genere
contingunt, ex quibus nonnul-
lis nihil est vnum. Sic autem &
actiones vnius multæ sunt, ex
quib⁹ vna nulla fit actio. Qua-
re omnes videntur peccare, qui-
cunq; poetarum Heracleidem,
& Theseidem, & huiuscemodi
poemata fecerunt: putant enim
quia vnus erat Hercules, vnum
& fabulam esse oportere. Ho-
merus autem, quemadmodum

G & cęteris rebus antecellit, & hoc videtur pulchre vidisse, siue pp̄ artē, siue propter naturā. Odysseam.n.faciens, non complexus est carmine illo oīa, quęcũq; ipsi contigere. Ceu vulnus accepisse in Parnasso: simulasseq; insanire in coitiōe exercitus: Quorum nullum altero facto, necessarium erat: vel verisimile alterum factum esse. Verum circa vnam actionem, qualem dicim⁹ Odysseam, mansit: eodem pacto & Iliadem. Oportet igitur,

H quemadmodum in aliis imitatricibus vna imitatio vnius est: sic & fabulam, q̄a actionis imitatio est, vniusq; eē & huius totius: & partes rerum constare sic vt transposita aliqua parte, vel dempta, diuersum reddatur vel moueatur omne: quod em̄ cum adest vel nō adest, nihil facit apparens, neq; pars hoc est.

Quæ sit inter Poesim, & Historiam differentia. Cap. 7.

I Perspicuum aũt ex dictis, & quod non ea, quæ facta sunt dicere, hoc poetę op⁹ est, sed qualia vtiq; fieri debuerunt, & ea quæ effici possunt secundum verisimile vel necessarium: historicus enim & poeta non eo, q̄ aut metris adhibitis, aut sine metris dicant, differũt: liceret.n. Herodoti scripta ī metra ponere: & nihilominus vtique historia quędam esset, si cũ metro esset, quàm sine metris. Verum hoc discrepat, quia hic dicit ea, quæ facta sunt: hic autē, qualia fieri debuerunt. Quare K & Philosophũ magis, & magis studiosum poesis, q̄ historia est: poesis enim potius quæ in vniuersum: historia vero, quę singillatim fiũt, dicit. est autem vniuersale quidem quali homini qualia contingit dicere aut facere secundum verisimile aut necessariũ: quod propositũ habet poesis, nomina imponens. Singulare autem, quid Alcibiades fecit, aut passus est. In comœdia quidem igitur iam hoc manifestum extitit: cum.n.con- L stituerint fabulam per verisimilia, sic quælibet nomina imponunt: & non, quemadmodum iamborum auctores, circa singulos homines carmen condunt. In tragœdia autem nominibus, quæ iam fuerint, hærent. Causa autem est, quod aptũ ad persuadēdum est id, quod fieri potest. Quæ igitur facta non sunt, nondum credimus esse possibilia: quæ autē facta sunt, perspicuũ est, quod possibilia sunt: neq;.n. facta fuissent, si essent e genere M eorum, quæ fieri non possunt. Nec tamen non etiam in tragœdiis: in aliquibus quidem vnũ, vel duo notorum nominũ sunt: cętera autem ficta: in quibusdā autem nullum, vt in Agathonis flore: similiter enim in hoc & res & nomina ficta sunt: & nihilominus delectat adeo vt non omnino quærendũ sit, traditis à maioribus fabulis, circa quas tragœdiæ sunt, hærere: etenim

ridiculum

A ridiculum hoc quærere, quia & nota paucis nota sunt, & tamen oblectant cunctos. Perspicuum igitur ex his, ꝙ poetam magis oportet fabularum esse effectorem, ꝗ̃ versuum, quanto poeta est ſm imitationem: imitatur autem actiões. Quamuis igitur contigerit res factas pangere, nihilominus poeta est: rerum.n. factarum nonnulllas nihil vetat huiuscemodi esse, quales verisimile est fieri debuisse: & eius generis vt effici illo modo potue-B rint, ſm q̄d ille ipsarũ poeta est.

Quæ Fabulæ pulcherrimæ, & quæ deterrimæ. Cap. 8.

SImplicium aũt fabularum & actionũ, episodicæ sunt pessimæ. Appello autẽ episodicam fabulam: in qua episodia altera post altera neq̃ verisimile, neq̃ necesse est esse. Huiuscemodi aũt efficiuntur a malis poetis propter ipsos: a bonis autem pp histriones: concertationes.n. facientes, & supra vires fabulam extendentes, sæpenume-C ro coguntur distorquere ordinem. Quia autem non solum perfectæ e stactionis imitatio, verum ẽtiam terribilium & miserabilium: hęc autem fiunt maxime huiuscemodi: & magis quando fuerint præter opinionem inter se connexa: admirabile enim sic habebunt, magis quam si a casu & fortuna: quia & eorum, quæ a fortuna fiunt, hæc maxime admirabilia videtur, quęcunque tanquam ex industria apparent facta fuisse. si-D cut statua Mitys Argis interfecit eum, qui causa interitus Mityi fuerat, cum in eum spectantem incidisset: videntur enim huiuscemodi non temere facta esse. Quapropter necesse est huiuscemodi esse pulchriores fabulas.

De simplicibus, atq; implexis fabulis: Peripetia, agnitione, ac perturbatione, fabulæ partibus. Cap. 9.

SVnt autem fabularum hæ quidẽ simplices: hæ autem plexæ. & enim actiones, quarum imitatiões fabulę sunt, ilico huiuscemodi existunt. Dico autem simplicem quidem actionem, qua facta, quemadmodum definitum est, continua & vna, sine peripetia, vel agnitione transitus fit. Plexa autem est, ex qua cum agnitione vel peripetia, vel ambabus, transitus fit. Hæc autem oportet facta esse ex ipsa coagmentatione fabulæ, vt ex ante factis contingat vel necessario, vel verisimiliter, fieri hæc: differt enim multum fieri hæc propter hæc, vel post hæc. Est autem peripetia quidem in cõtrarium eorũ, quæ aguntur, mutatio, quemadmodum dictũ est. & hoc autẽ vt dicimus, ſm verisimile aut necessarium. Ceu in Oedipode, cũ venisset vt lætitia affecturus Oedipum: & liberaturus metu aduersus matrẽ, cũ aperuisset, qui nam ille foret, contrarium effecit,

G effecit. Et in Lynceo: hic quidẽ ductus vt moriturus: Danaus autem persequẽs, vt interfecturus: hunc quidem contigit ex rebus gestis, mori: hunc vero, conseruari. Agnitio autem est, quẽadmodum & nomen significat, ex ignoratione in cognitionem mutatio: vel in amicitiam, vel inimicitias, personarũ, quæ ad vitam beatam aut miseram definitæ sunt. Pulcherrima autem agnitio est, cum simul peripetię extiterint: quale habet, quæ in H Oedipo est. Sunt quidem igitur & alię agnitiones: etenim ad res inanimes & quaslibet etiam, est quando, vt dictum est, contingit. & si fecit aliquis aut non fecit, licet agnoscere: Sed ea, quæ maxime fabulæ est: & quæ maxime actionis, est, quæ dicta est: huiuscemodi. n. agnitio & peripetia vel misericordiam habebit, vel metum, qualium actionum tragœdia imitatio esse supponitur. Adhuc autem & miserum effici, & valde secũdis re- I bus vti, in huiuscemodi continget. Quia iam agnitio, quorundam est agnitio, agnitiones hæ quidem sunt alterius ad alterũ solũ, qñ fuerit alter manifestus quis est: aliquando autem ambos oportet agnoscere. ceu Iphigenia Oresti agnita ẽ ex epistolæ misione: illi autem ad Iphigeniam alia opus fuit agnitiõe. Duæ quidem igitur fabulæ partes circa hæc sunt, peripetia, & agnitio. Tertia autẽ passio: Harum peripetia quidem, & agni- K tio, dictæ sunt. Passio autem est actio, quæ interitum affert, aut graues dolores gignit. vt quæ in aperto fiunt mortes, & eiulat⁹, & vulnerationes, & quæcunq; huiuscemodi.

Quot, & quæ sint Tragœdiæ partes quantæ. Cap. 10.

Partes quidẽ igitur tragœdiæ, quibus quidẽ, vt formis, oportet vti, prius diximus. Secundũ autem quantum, & in quas diuiditur sepa- L ratas, hæ sunt. Prologus, episodiũ, exodus, choricum: & huius quidem altera pars, parodus: altera vero, stasimõ. Communia quidẽ omniũ, hæc: propria autem, quæ ab scena, & commi. Est autem prologus quidẽ pars tota tragœdiæ, quæ ante parodum chori. Episodium autem pars tota tragœdiæ, quæ interiecta est inter totas chori cantilenas. Exodus autem pars tota tragœdiæ, post quam non est chori cantilena. Chorici autem: parodus est prima dictio totius M chori: Stasimon autem cantus chori, qui est sine anápæsto & trochæo. Commus autẽ lamentatio communis chori & ab scena. Partes aũt tragœdiæ, qb⁹ qdẽ, vt formis, opʒ vti, pri⁹ diximⁱ. Secũdũ aũt quãtũ, & ĩ quas diuidit̃ separatas, hæ sunt. Quæ aũt oportet cõiectare, & q̃ oportet cauere, cõstituentes fabulas, & vñ erit tragœdię op⁹, deĩceps tradendũ ijs, q̃ nunc dicta sunt.

Quæ

A *Quæ vitari, sectarique texentes fabulas oporteat, & à quibus locis Tragœdiæ ipsius opus ducatur.*
Cap. 11.

QVia igitur oportet compositionē esse pulcherrimæ tragœdiæ non simplicem, sed nexam: & hãc formidolosorum & miserabilium esse imitatricem: hoc enim propriũ huiuscemodi imitationis est, primum quidē manifestum, quòd B neq; æquos & probos homines oportet mutatos apparere ex felicitate in infelicitatē: non enim formidolosum, neq; miserabile hoc, sed sceleratum est. Neque prauos ex infelicitate in felicitatem: hoc enim è cũctis alienum maxime est à tragœdia: nihil.n. habet eorum quæ oportet: neq; enim gratum hominibus, neq; miserabile, neq; formidolosum est: Neque rursus vehementer improbum ex felicitate in infelicitatem cadere: quod gratum.n. C sit hominibus haberet sanè huiuscemodi cõstitutio, sed neque misericordiam, neque timorem: hæc enim circa indignum est, rebus malis oppressum: hic autem circa similem. Misericordia quidem, circa indignum: timor autem, circa similem. Quare neq; miserabile, neq; formidolosum erit quod contingit. Qui in medio igitur horũ reliquus: est autem huiuscemodi, qui neq; virtute pręstat ac iustitia: neq; propter vitium & prauitatem mutatur, caditq; in res aduersas, sed D propter errorem quendam hominum, qui sunt in magna existimatione & abundantia omnium bonorum. Ceu Oedippus & Thyestes, & qui ex huiuscemodi familijs clari atq; illustres viri. Necesse igitur bene habentem fabulam simplicem esse potius quàm duplicem, quemadmodum nonnulli aiunt: & mutari non in felicitatem ex infelicitate, sed contra ex felicitate in infelicitatem: nõ propter prauitatem, verum propter peccatũ E magnum, vel qualis dictum est, vel melioris potius, quàm deterioris. Signum autem est & id, quod fit: antea quidē enim poetæ quaslibet fabulas enumerabant: nunc autem circa paucas domos pulcherrimæ tragœdiæ componuntur. Ceu circa Alcmæonē, & Oedippum, & Orestem, & Meleagrum, & Thyestem, & Telephum, & quibuscunq; alijs contigit aut perpessos ipsos eē atrocia mala, aut fecisse. F Pulcherrima igitur tragœdia secundum artem ex hac cõstitutione fit. Quare & qui insimulant Euripidem in eadem re, peccant, quod hoc facit in tragœdijs, & multę ipsius in infelicitatem desinunt: hoc enim est, quemadmodum dictum est, rectum. Signum autem maximũ: in scenis enim & certaminibus maxime tragicæ huiuscemodi apparent, si euētum bonum habuerint. Et Euripides, & si alio-

G qui non bene texit, veruntamen maxime tragicus vtiqꝫ poetarū apparet. Secunda autem, quæ prima dicta est à nonnullis, est constitutio, duplicem constitutionem habēs, quemadmodum Odyssea, & desinit cōtrario modo melioribus & peioribus: videtur autem esse prima propter imbecillitatē theatrorum: comitantur enim poetæ morem gerentes spectatoribus, est autem nō hęc à tragœdia voluptas: sed
H potius comœdię propria: illic.n. si sunt, inimicissimi, qui extiterint ī fabula, ceu Orestes, & Aegisthus, amici facti in fine exeūt, & moritur nullus ab vllo. Licet quidem igitur formidolosum & miserabile ex apparatu nasci, licet autem & ex ipsa constitutione rerum: quod quidē est prius & poetæ melioris: oportet enim & quamuis non videat, sic constitutam esse fabulam, vt qui audit res q̄ fiūt, & horreat & misericordia moueat̄ ex ijs, quę con-
I tingunt: in quos affectus cadat ille, qui Oedippi fabulā audit. Ope autem apparatus hoc cōficere, artificij magis expers ē, & magnos sumptus requirit. Qui autem nō formidolosum ope apparatus, sed monstruosum tantum moliuntur, communionem nullam habent cum tragœdia: non enim omnem oportet quærere voluptatem è tragœdia, sed suam propriamqꝫ. Quia autem quæ à misericordia & metu per imitationē nascitur oportet voluptatem fabricare poetam, ma- K
nifestum, quod hoc decet in rebus inserere. Qualia igitur atrocia, vel qualia miserabilia apparent eorum, quę contingunt, capiamus. Necesse autem aut amicorum esse inter se huiuscemodi actiones, aut inimicorū, aut neutrorum. Si quidem igitur inimicus inimicum interfecerit, nihil miserabile neqꝫ faciens, neqꝫ facturus, ostendit: præterquam in ipso illo malo: neqꝫ rursus neutro modo habentes. Quotiescunque autem in necessitudinibus L
extiterint hęc mala: Ceu vel frater fratrem, vel filius patrē: vel mater filium, vel filius matrem interfecerit, aut īterfecturus fuerit, aut huiuscemodi aliq̄d aliud facit, hæc quærendum est. Acceptas quidem igitur fabulas soluere non licet. Dico autem, ceu Clytemnestram necatā ab Oreste: & Eriphylem ab Alcmęone: ipsum autem inuenire oportet, & traditis vti recte. Recte autē quid dicimus, exponamus apertius: licet quidem enim sic fieri M
factum, quemadmodum antiqui faciebant, intelligentes ac cognoscentes: veluti & Euripides fecit interficiētem filios Medeam. Licet etiam agere quidem: ignorantes autem facere facinus atrox: deinde postea agnoscere amicitiam, quemadmodū Sophoclis Oedippus: hoc quidē igitur extra fabulam est: in ipsa autem tragœdia, ceu Alcmæon Astydamātis, vel Telegonus in

Vlisse

A Vlisse vulnerato. Adhuc autem tertium præter hæc, eum qui facere debebat sęuum facinus propter ignorantiã, agnouisse prius ꝗ̃ faceret: & pręter hæc nõ licet aliter: Aut enim facere oportet, aut non: & scientes, aut non sciẽtes. Horum autem cognoscentem quidem facturum fuisse & non fecisse, pessimum: immane nanq; in se habet, & non est tragicum: vacuum enim est ab eo, quod vocatur πάθος. Quapropter nemo facit similiter, nisi raro.
B Ceu in Antigona Creontem Aemon: egisse enim secundũ est. Melius autem imprudentẽ quidem egisse: cum egerit autem agnouisse: immane enim non adest, & agnitio stuporem gignit. Optimum autem est postremum. Dico autem, ceu in Crespõte Merope parata erat filium interficere: non interfecit autem, sed agnouit. & in Iphigenia soror fratrem: & in Helle filius matrẽ dediturus agnouit.
C Propter hoc enim, quod sanè iã pridem dictũ est, nõ circa multas familias tragœdiæ sunt: quęrentes enim, nõ ab arte, sed à casu, inuenerunt huiuscemodi conficere in fabulis. Coguntur igitur ad has domos occurrere, quibuscũq; huiuscemodi casus atroces contigere. De constitutione quidem igitur rerum, & quales quasdã esse oportet fabulas, dictũ est satis.

De Moribus. Cap. 12.

D Circa autem mores, quatuor sunt, quæ oportet sibi proponere. Vnũ quidẽ ac primum, vt boni sint. Habebit autem mores quidem, si, quẽadmodum dictũ est, fecerit manifestam oratio vel factum, electionem quandam: malos quidem, si malam: bonos autem si bonam. est autem singulis in generibus: etenim mulier est bona & seruus: & si fortasse horũ hoc
E quidem deterius: hoc autem omnino malum est. Secundum autem conuenientes: est enim fortis quidem ĩdoles ac natura, sed non cõueniens mulieri fortẽ vel acrem esse. Tertium autem similes: hoc enim diuersum ab eo, quod est, probos mores & cõuenientes fingere, quemadmodum dictum est. Quartum autem ęquabiles: quamuis enim inæquabilis quidam fuerit, qui præbet imitationem: taliq; indole ac moribus fictus sit: tamẽ
F æquabiliter inęquabilẽ oportet esse. Est aũt exẽplũ improbitatis quidẽ morũ, non necessariũ, Ceu Menelaus ĩ Oreste. Eiꝰ vero, qđ nõ deceat & nõ cõueniat sibi ipi, & lamẽtatio Vlissis ĩ Scylla & Menalippę disputatio. Morũ aũt inęq̃liũ, Iphigenia in Aulide: nullã .n. in partẽ similis est ea, q̃ suppliciter orat posteriori. Oportet aũt & in moribꝰ, quẽadmodũ & in rerũ cõstitutione, semp quęrere vel necessariũ, vel verisimile, adeo vt talẽ talia di-

G cere vel agere, vel necessarium, vel verisimile sit: et hoc post hoc fieri vel necessarium, vel verisimile. Manifestum igitur, quòd & solutiones fabularum ex ipsa oportet fabula cõtingere: & nõ, queadmodũ in Medea, à machina: & in Iliade, ea, quæ ꝑtinent ad renauigationem. Sed machina vtendum est ad ea, quæ sunt extra drama: siue quæcunq; antea facta fuere, quæ fieri non potest vt homo sciat: siue quæcunque postea, quæ egẽt prædictio-
H ne ac significatiõe: omnia enim tribuimus dijs videre. absurdũ autem nihil esse in rebus. Si nõ, extra tragœdiam, ceu quod est in Oedippo Sophoclis. Quia autem imitatio est tragœdia meliorum, nos oportet imitari bonos formarum expressores: etenim illi, cum tribuerint suã, propriamq; formam, similes facientes, pulchriores pingunt. Sic & poetam imitantem & iracũdos & inertes, & alia huiuscemodi habentes in moribus, tales exi-
I stentes, probitatis facere exemplum, vel duritiæ oportet. Ceu Achillem Agathõ & Homerus. Hæc iam oportet seruare, & prę ter hæc, ea, quæ à sensibus, qui ex necessitate consequũtur poeticam: etenim secundum ipsos licet peccare sępe. Dictũ aũt ẽ de ipsis in editis sermonibus satis.

De agnitionum speciebus. Cap. 13.

AGnitio autem quid quidem est, dictũ est prius: species autem aguitionis prima quidem, quę maximè est K expers artis: & qua plurimi vtũtur propter penuriam, ea quæ ꝑ signa: Horum autem, hęc quidẽ innata, vt lanceam, quam ferũt é terra nati: aut stellas, quales in Thyeste Carcinus. Hæc autem aduentitia. & horum hæc quidem in corpore, vt sunt cicatrices: hæc autẽ extra, vt monilia: & vt in Tyrone per cunã. Licet autem & his vti vel melius, vel deterius, ceu Vlysses per cicatricem aliter agnitus est à nutrice, L
& aliter à subulcis: sunt enim q̃ fidei faciendæ causa adhibẽtur, magis artis expertes: & huiusce modi omnes. Quæ vero repentino quodam casu, vt quæ in Niptris, meliores. Secundę autem, quæ factę sunt à poeta: quare expertes artis. Ceu Orestes in Iphigenia agnouit sororem, agnitus ab ipsa: illa quidẽ enim per epistolam: ille vero ex indicijs agnitus est. Hæc igitur ipse dicit, quę vult poeta, sed non fabula. Quare prope dictum peccatum est: licebat enim quædam & portare. M
vt in Sophoclis Tereo radij vox. Tertia, quę per memoriam, sentire aliquid videntem: quemadmodũ quæ in Ciprijs Dicæogenis: cum enim vidisset picturã, luxit: & quæ in Alcini narratione: audiens enim citharœdum & recordatus, lacrimauit. Vnde agnitus est. Quarta autem est, q̃ ex syllogismo, ceu in Choephoris, quod similis quidam venit. similis aũt nullus pręterq; Ore-

stes:

A stes: hic igitur venit. Et agnitio
Polyidis sophistę de Iphigenia:
verisimile nanq; Orestem ratio-
nem hanc subduxisse, quod so-
ror ĩmolata est, & ipsi contingit
ĩmolari. & ĩ Theodectis Tydeo:
quod cum venisset vt filium in-
uenturus, ipse periĵt: Et quæ in
Phinisin: cum enim vidissent lo
cum, rationem fati subduxerũt:
quod in hoc fato editum fuerat
ipsis mori debere: etenim expo-
sitæ hic fuere. Est autem quædã
et cõposita ex paralogismo thea
B tri, vt in Vlysse falso nuntio: hic
quidem enim arcum inquit fu-
turum vt cognoscat, quem non
viderat: hic autem vt per illum
agnituro: per hoc fecit paralogis
mum. Omnium autem optima
agnitio est, quæ ex ipsis reb⁹, cõ
sternatione nata per verisimilia.
Ceu ea quæ in Sophoclis Oedip
po, & Iphigenia: verisimile. n.
velle dare literas: huiuscemodi
enim solæ, sine factis signis, &
monilibus. Secundæ vero, quæ
ex syllogismo constant.
C

Quo pacto decorum sit in ipsis fabulis inueniendum. Cap. 14.

OPortet autem fabulas cõ-
stituere, & oratione con-
ficere, q̃ maxime añ ocu-
los sibi ponẽtem: sic enim vtiq;
euidentissime cernens, tãquam
rebus ipsis præsens adfuerit, cũ
gerebãtur, inueniret id quod de
cet: & minime ipsum fefellerint
ea quæ sub contraria sunt.

Signum autem huius, quod re- D
prehensionem afferebat Carci-
no: Amphiaraus. n. è fano exiĵt,
quod non videntem spectatorẽ
fefellit: in scena autem lapsus, at
que explosus est, stomachanti-
bus hoc spectatoribus. Quęcũq;
autem possibile & figuris confi-
cientem facere: maxime. n. apti
ad persuadendum ab eadem na
tura, qui in pturbationib⁹ sũt.
& fluctuare facit alium, qui ipse
fluctibus agitatur: & ad iram cõ
mouet, qui ira commotus est ve
rissime. Quare ingeniosi homi-
nis poetica est, aut furiosi: horũ E
enim hi quidem facile forman-
tur: hi autem facti sunt ad in-
quirendum.

Confictos sermones prius in vniuersum esse explicandos, postmodum Episodia legitime constituenda. Cap. 15.

HOsq; sermones & factos
oportet, & ipsum facien-
tem, exponere vniuerse:
deinde sic episodia inserere & ꝓ
ducere. Dico autem sic vtiq; spe F
ctari, quod vniuersum est. ceu
Iphigeniæ. Cũ immolata esset
quædam virgo, sublataq; foret è
medio, ita vt qui immolauerãt,
videre non potuerint: eademq;
cõportata in aliã regionẽ esset,
in qua lex erat hospites ĩmolare
deæ, hoc nacta est sacerdotium.
Sequenti autem tempore fratri
contigit eò venire, sacrorum eo-
rum causa. cur? quia responsum
dedit deus, quandam ob causã
quæ extra vniuersum, venire eò
DD iij &

G & quod vtiq; vt consequeretur,
extra fabulam est. Cum venis-
set vero & captus foret, ĩmolari
debens, agnouit: siue vt Euripi-
des, siue vt Polyides fecit. vt ve
risimile erat dicens. Quod pro
fecto nõ solũ sororem, sed & ip-
sum oportuit ĩmolari, & hinc sa
lus. Post hæc autem, cum iam
supposuerit nomina: episodia ĩ-
serere: quomodo autẽ erunt sua
propriaq; illarum rerum, episo-
dia videre. Ceu in Oreste insa-
nia, per quam captus est, & sal9
H per expiationem. In dramati-
bus igitur episodia concisa: epo
pœia autẽ his producitur. Odys
seæ nanq; longum argumẽtum
est, Peregrinantis cuiusdam an-
nos multos, & obseruati à Ne-
ptuno, & solius existentis. Ad-
huc autem domesticis rebus sic
se habentibus, vt fortunæ ipsius
à Procis absumerentur: & filius
insidijs appeteretur. ipse autem
venit tempestatibus vexatus, &
cum agnouisset quosdam, ipsis
I imponens, ipse quidem conser-
uatus est: inimicos autem perdi
dit. Proprium quidem igitur
hoc est: alia autem, episodia.

De connexione, solutioneq; fabulæ. Cap. 16.

Est autem omnis tragœdiæ:
hoc quidem, nexus: hoc au
tem, solutio. Ea quidem
quæ extrinsecus, ac nonnulla eo
rum, quæ intrinsecus, sæpe sunt
colligatio, reliquum autẽ est dis
solutio. Dico autem colligatio- K
nem quidẽ esse eam, quæ à prin-
cipio est, vsque ad hanc partem,
quæ postrema est, ex qua trãsit
in res secundas. dissolutionẽ au
tem, quæ est à principio transi-
tus vsq; ad finem, quemadmo-
dum in Lynceo Theodectis, ne-
xus sunt ea omnia, quæ ante ge
sta sunt, & pueri sumptio: disso-
lutio autem a loco illo, quo cau-
sa mortis obijcitur vsq; ad finẽ.

De quatuor tragœdiæ generibus, quo pacto tragœdia appellanda sit vna, vel diuersa, ac de euitando epopœiæ contextu in ipsa tragœdia. Cap. 17. L

Tragœdiæ autem species
sunt quatuor: tot enim &
partes dictæ sunt: hæc qui
dem perplexa: cuius totum est
peripetia & agnitio: hæc autem
pathetica. Ceu Aiacesq; & Ixio
nes: hæc autem morata, vt Phtio
tides, & Peleus. Quartum autẽ, M
vt Phorcidesq; & Prometheus,
& quæcunq; apud inferos. Præ-
cipue quidem igit̃ omnia opor-
tet conari habere: sin autem, ma
xima & plurima: præsertim &
vt nunc criminantur poetas: cũ
enim extiterint vnaquaq; ĩ par-
te boni poetæ, singulos ꝓprio
in bono postulant vnum supera
re. Iustum autem & tragœdiã
aliam & eandẽ dicere nihil for-
tasse ob fabulam: Hoc autem,
quarum eadem plicatio & solu-
tio.

A tio. Multi autem, qui complicarunt bene, soluunt male: oportet autem ambo semper cum plausu excipi. Oportet autem, quod dictum est sępe, recordari: & nō facere epopœicam coagmentationem tragędiam: epopœicam autem dico, quæ est multarum fabularum: vt si quis Iliadis totam facit fabulam: illic quidem enim propter longitudinem capiunt partes conuenientem magnitudinem: in dramatibus vero multum B præter existimationem euenit. Signum autem, q. cūq; expugnationem Iliј totam fecerunt, & non particulatim: quēadmodum Euripides Niobem, & nō quemadmodum Æschylus, vel labuntur, vel male certant. Siquidem & Agathon lapsus est in hoc vno: in peripetijs autem & simplicibus rebus assequuntur, quæ volunt admirabiliter: tragicum enim hoc & acceptum hominibus. Est autē hoc quando sapiens quidē, cum C improbitate autē, deceptus fuerit: quemadmodum Sisyphus: & fortis quidem, iniustus autē, superatus in pugna sit: ē autem hoc verisimile, quemadmodum Agathon dicit: verisimile.n. fieri multa & contra verisimile.

De Choro. *Cap.* 18.

ET chorum aūt vnum oportet existimare histrionum, & partē esse totius, & vna contendere: non quēadmodum apud Euripidem, sed quēadmodum apud Sophoclem. Reliqs autem, quæ dantur plus fabula, D vel alia tragœdia sunt. Quare embolima canunt: cum Agathō primus principium dederit huiuscemodi rei. Atqui quid differt vel embolima canere, vel disputationem ex alio in aliud accōmodare, vel episodium totū.

De Sententia. *Cap.* 19.

DE alijs quidem igitur iā dictum est: reliquum autem de locutione vel sententia dicere. Quæ quidem igitur circa sententiam in libris de arte dicēdi posita sint: hoc enim E proprium magis illius rationis ac viæ. Sunt autē secundum sententiam hæc, quæcunq; ab oratione oportet comparari: partes autem horum demonstrare, & soluere, & affectus excitare: Ceu misericordiam, vel metum, vel iram: & quæcunq; huiuscemodi: & præterea magnitudinem & paruitatem. Perspicuum aūt quòd & in rebus ab ijsdem formis oportet vti, quando vel miserabiles, vel acerbas, vel magnas, vel verisimiles oportuerit F conficere: nisi quòd tantum discrepāt, quod hęc quidem oportet apparere sine doctrina: quæ autem in oratione, ab dicēte cōparari, & ab oratiōe fieri. quod enim vtiq; esset dicentis opus, si apparerent iucunda, & non propter orationem?

De dictione, eius partibus, ac partium speciebus. *Cap.* 20.

EOrum aūt, quę circa locutionē: vna quidem spēs est ani-

G maduersionis figurę locutionis,
quas percepisse est histrionicæ,
& eius, qui huiuscemodi habet
architectonicam. ceu quid man
datū est, & quid preces, & nar-
ratio, & minæ, & interrogatio,
& responsio, & si quid aliud hu-
iuscemodi: ab cognitione enim
vel inscitia harum rerum nulla
in poeticam artem reprehensio
affertur, quæ quidem alicuius
pretij sit. Quid enim aliquis exi
stimet vitiose tractata esse ea, q̄
Protagoras accusat, quod cum
H putet precari, præcipit, vbi di-
xit, Iram cane dea: iubere enim
inquit aliquid facere aut nō, prę
ceptio est. Quare omittatur, vt
alius, & non poeticę artis, consi-
deratio. Locutionis autem om-
nis hæ sunt partes, elementum,
syllaba, coniunctio, nomen, ver-
bum, articulus, casus, oratio. Ele
mentum quidem igitur est vox
indiuidua: nō omnis autem, sed
ex qua natura fit, vt nascatur in-
telligibilis vox: etenim bellua-
I rum sunt indiuiduæ voces, qua-
rum nullam dico elementum.
Huius autem partes, vocaleq; &
semiuocale, & mutum. est autē
vocale quidem, quod sine ictu
habet vocem, quę audiri potest,
ceu α, & ω. Semiuocale autem,
quod cū ictu habet vocem, quæ
audiri potest, vt σ, & ρ. Mutum
autem, quod cum ictu per se q̄
dem nullam habet vocem: cum
his autem, quæ habent aliquam
vocem, efficitur huiuscemodi, vt
exaudiri possit, ceu γ, & δ. Hæc
autem differunt inter se figuris K
oris, & locis, & crassitudine &
tenuitate, & longitudine & bre-
uitate. Adhuc autem acumine,
& grauitate & medio. De qui-
bus singillatim in metricis con-
uenit contemplari. Syllaba au-
tem est vox, quę nihil significat,
composita è muto & vocem ha
bente: etenim γρ, absq; α, syl-
laba est, & cum α. Ceu γρα: sed
& horum contemplari differen-
tias metricæ est. Coniunctio
autem est vox nihil significans:
quæ neque vetat, neque facit L
vocem vnam significatiuam, ex
pluribus vocibus aptam com-
poni, & in extremis & in me-
dio, nisi congruerit in principio
orationis ponere per se. Ceu μὲν,
ἤτοι, δὴ, vel: vox nihil signifi-
cans: quæ ex pluribus quidem
vocibus vna, significatiuis au-
tem, facere apta est vnam vo-
cem. Articulus autem est vox
nihil significans, quæ orationis
principium, aut finem, aut di-
stinctionem indicat, vt τὸ φημὶ,
& τὸ περὶ, & reliqua: vel vox ni- M
hil significans, quæ neque pro-
hibet, neque efficit vocem v-
nam significatiuam, ex pluri-
bus vocibus natura aptam com
poni: & in extremis & in me-
dio. Nomen autem est vox com-
posita, significatiua sine tempo-
re, cuius pars nulla est per se si-
gnificatiua: in duplicibus enim
non vtimur, vt & ipsum per
se significat. Ceu in Theodoro.
illud doron non significat.

Verbum

A Verbū aūt, vox cōposita significatiua cū tpe, cuius nulla pars significat per se, quēadmodū & in noībus. Hoc quidē.n.hō, vel albū, nō significāt qn. Hoc aūt, ambulat aut ambulauit, adsignificat: alterū quidem pręsens tps: alterū vero pteritū. Casus aūt ē noīs, vel verbi: hic quidē fm id qđ est huius, vel huic significās, & quæcunq; huiuscemodi: hic aūt fm quod vni vel multis, ceu homines vel homo: hic vero fm ea, quæ ad gestus pertinent, vt p

B interrogationem vel pręceptionem: ambulauit.n. vel ambulat, casus verbi fm has species est. Oratio aūt, vox cōposita, significatiua: cuius quædam partes p se significant aliquid: non,n.oīs oratio ex verbis & noībus constat. Ceu hoīs definitio, sed contingit sine verbis esse orōnem: partem sanè semp quampiam significantē habebit. Ceu in illo ambulat Cleon, Cleon. Vna autem est oratio, dupl'r: aut.n. quæ vnum significat, aut quæ ex plu

C ribus cōiunctione fit. Ceu Ilias quidem, cōiunctione, vna. Hoīs verò ratio, quod vnū significet. Noīs aūt species hęc quidē simplex (simplicem autē dico, quæ non ex significantibus constat) hæc aūt duplex: Huius aūt, hæc quidem ex significante & significatu carente: hæc aūt ex significantibus constat, esset aūt & triplex & quadruplex nomen, & multiplex. ceu multa Megaliotozum, Hermocaicoxanthus. Oē aūt nomen est vel ppriū, vel lingua, vel translatio, vel ornamentum, vel fictū, vel porrectū, vel subtractum, vel immutatū. Dico aūt pprium quidē, quo vtūtur singuli: līguā aūt, quo diuersi. Quare perspicuum, qđ & linguā & propriū esse poſe idem: non ijsdem autē: σίγυνον. n. Cypriјs quidē propriū: nobis autē lingua. Translatio aūt est noīs alieni illatio, vel à genere ad speciem: vel à specie ad genus: vel à specie ad spēm, vel ex analogia.

D Dico aūt à genere quidē ad speciem. Ceu, Nauis aūt mihi hæc stetit: in statione.n. esse, quod dā stare est. A specie aūt ad genus. Certe iam decem milia Vlysses bona fecit: decem milia.n. multum est, quo nunc p multo vsus est. A spē aūt ad spēm. Ceu Aere aīum cū hausisset. Incidit īdefesso ęre: hic.n. haurire p incidere: & īcidere p haurire ingt: ambo eñi auferre quiddā sunt. Analogia cōstare dico, cū sil'r se habuerit scđm ad primū: & quartū ad tertium: dicet.n. p scđo quartum, vel p quarto scđm, & qñq; adponūt pro quo dicit, ad qđ ē.

E Dico aūt, ceu. Sil'r se hēt poculum ad Bacchum, & clipeus ad Martem. Dicet igit & clipeū, poculū Martis: & poculū, clipeum Bacchi. Pręterea sil'r se habet vesper ad diē, & senectus ad vitā. Dicet igit vesperū, senectutem diei: & senectutē, vesperū vitæ: vel, quēadmodū Empedocles, occasum vitæ. Quibusdam aūt

non

G non est nomē positū eorum, quę ꝓportione sibi rñdent: sed nihilominus silr dicetur. Ceu hoc, semen quidē iácere, serere: flāmā verò à sole, noīe caret: verū silr se habet hoc ad solē, & serere ad semen. Quare dictum est Serens à deo conditā flāmā. Licet autē modo hoc trāslationis vti & aliter: cum appellauerit, ꝙ alienū est, negare quippiā eorum, quæ propria sunt, ceu si clipeū dicat poculum, non Martis, sed sine vino. Factum aūt est, qđ oīno non
H appellatum ab aliquib⁹, ipse ponit poeta: vñr.n. aliqua esse huiuscemodi. Ceu cornua ἔρνυγας & sacerdotē ἀρητῆρα. Porrectū autē est, vel subtractū: hoc qdē, si vocali longiore vsum fuerit ꝗ̄ sua sit ac propria: vel syllaba inculcata: hoc aūt si sublatum fuerit quippiam vel ab ipso, vel ab eo, qđ inculcatū est. Porrectū qdē vt πόλεως πόληος, & πηλειάδου, πηληιάδεω. Sublatū autē. Ceu κρι & δω. & μία γίνεται
I ἀμφοτέρων ὄψ. Immutatum est, qñ noīati: hoc quidem reliquerit: hoc āt fecerit. Ceu δεξιτερὸν κατὰ μαζόν, pro δεξιόν. Adhuc ipsorū vtiq; noīum, hæc quidē virilia: hęc aūt muliebria, hæc autē media. Virilia quidē, quęcunq; desinunt in ν, & ρ. & ꝗcunq; è quopiā mutorū elemētorū constāt: hęc aūt sunt duo ψ & ξ. Muliebria autē quęcunq; è vocalib⁹ & in semp longā. Ceu in η, & ω: & eorum, ꝗ̄ producuntur in α. quapropter æqua contingit multitudine in quot virilia & muliebria, ψ, enim & ξ eadem sunt. In mutum aūt elemētum nullum nomen desinit: neq; ī vocale breue. in ι aūt tria sola. μέλι, κόμμι, πέπερι. In υ autem quinq; πῶυ, νάπυ, γόνυ, δόρυ, ἄστυ. Media aūt in hæc, & ν. & σ. K

De Dictionis virtute. Cap. 21.

Locutionis autē virtus, aptam & nō humilem esse. Apertissima quidē igitur est ea, quæ ex ꝓpriꝭs noībus, sed humilis. Exēplū aūt Cleophōtis poesis, & Stheneli. grādis autē & immutans vulgarē rõnem quę peregrinorum speciē habētibus vtit. peregrinorū aūt similia dico linguam, & translationem, & productionē, & oē, qđ pręter proprium. Verùm siquis simul oīa huiuscemodi fecerit, vel ęnigma erit, vel barbarism⁹. Siquidem igitur è translationibus, ænigma: si autē è linguis, & barbarism⁹: ęnigmatis.n. forma hęc est, dicentem quę insunt, impossibilia copulare. Per cōpositionē quidē igit noīum non dat facultas hoc facere: per translationē autē, cōtingit. Ceu, Virum vidi igne æs super viro glutinātē: & huiuscemodi. è linguis aūt barbarismus. Quare tēperatur aliquo modo his. Non populare quidē igitur faciet, neq; humile lingua & trāslatio & ornamētū, & aliæ dictæ formę: ꝓprium autē, claritudinē. Non minimā autē partē cōferunt, vt locutio L M

apeita

A aperta sit & nõ popularis, ꝓductiones, & ablationes, & immutationes noĩum. Quia.n.hoc aliter se habet, q̃ proprium: cũ factum sit contra id, qđ consuetũ, reddet in orõne non vulgare genus. Quia aũt particeps est eius, qđ est consuetum, inde claritudo nascet. Quapropter nõ recte vituperant, qui insimulant talẽ modũ locutionis. vexantq; maledictis poetam. Ceu Euclides ille priscus, perinde atq; facile sit
B carmen pangere, si quis facultatẽ dabit, quantum aliquis volet extendere verba: qui iãbis vsus est ex eo gñe verborũ. Ceu Ἠτιχαριν εἰδον μαραθῶνα δὲ βαδίζοντα. & οὐ κἂν γειν άμενος τὸν ἐκείνου ἐξ ἑλλέβορον. Apparere quidẽ igit aliquo pacto vtentẽ hoc modo, ridiculũ: mensura aũt cõis ẽ oĩum partiũ: etenim translationibus, & linguis, & alijs formis vtens indecore & studiose ad res ridiculas, idem conficeret. Id aũt, qđ congruit, quã
C tum excellit in heroicis carminibus, consideretur iniectis nominibus in versum, & in lingua vtiq; & in translationibus, & in alijs formis, loco illorũ positis ꝓprijs noĩbus, videret vtiq; quod vera dicimus. Ceu, cum eundẽ iambicũ fecerit Æschylus & Euripides, vno vtiq; tãtũ noĩe immutato, locoq; proprij consueti posita lingua, hoc quidem apparet pulchrum: hoc aũt humile: Æschylus quidem.n.in Philoctete cecinit, Phagedæna, q̃ mei carnes comedit pedis. hic aũt ꝓ comedit, epulatur posuit. Et νῦν δέ μ'ἐὼν ὀλίγος τε καὶ οὐτιδανὸς καὶ ἄκικυς. Si quis dicit loco illorum ꝓprijs positis. νῦν δέ μ'ἐὼν μικρός τε καὶ ἀσθενικός, καὶ ἀειδής. id est. Nunc.n. me existens paruusq; & ĩbecillus, & deformis. & Δίφρον ἀεικέλιον καταθεὶς, ὀλίγην τε τράπεζαν: δίφρον μοχθηρὸν καταθεὶς, μικράν τε τράπεζαν. idest, sed ille abiectũ cũ posuisset, paruãq; mensam. Et illud. Ἠιόνες βοόωσιν. ἠιόνες κράζουσιν. idest litora clamitãt. Adhuc aũt Ariphrades tragœdos maledictis figebat, q̃ quę nullus vtiq; diceret in sermone, his vtunt. Ceu illud δωμάτων ἄπο, sed non ἀπὸ δωμάτων. & σέθεν, & ἐγὼ δέ νιν: & Ἀχιλλέως πέρι, sed non περὶ Ἀχιλλέως, & quæcunq; alia huiuscemodi: quia.n.non sunt in ꝓprijs, efficiũt quod minime vulgare est in locutione oĩa huiusce modi. ille aũt hoc ignorabat.
Est aũt magnũ quidẽ vnoquoque eorũ, quæ dicta sunt, conueniẽter vti, & duplicibus noĩbus & linguis: multo autẽ maximũ metaphoricũ esse: solũ.n.hoc neque ab alio licet sumere: ĩgenijq; signũ est: transferre.n. recte verba, est silẽ videre. Noĩum autẽ duplicia qdẽ maxime cõgruũt dithyrambis: linguæ aũt, heroicis: translationes vero iambicis versibus. & in heroicis quidem oĩa vtilia sunt, quę tradita sunt: in iambicis aũt, quia q̃ maxime

G me fieri potest imitantĩ locutionem, hæc noĩa congruunt, quibuscunq; in sermonibus aliquis vteretũ. Sunt aũt huiuscemodi ꝓprium, & translatio, & ornamẽtum. De tragœdia quidẽ igĩt, & imitatione in agendo, sint nobis satis, quæ dicta sunt.

De Epopœica, Heroicaue imitatione ipsiusque cum Tragœdia, conuenientia ac differentia. Cap. 22.

H DE narratiua aũt & in metro imitatrice, qđ oportet fabulas quemadmodũ in tragœdijs constituere dramaticas. & circa vnam actionẽ, totam & perfectã, habentẽ principium & medium & finem, vt quemadmodũ aĩal vnũ totũ faciat suam ꝓpriamq; voluptatẽ, perspicuum est: & nullius historiæ consueta eẽ: in quibus necesse est nõ vnius actiõis facere expositionẽ, sed vnius tpis, quęcũque in hoc contigere circa vnũ aut plures: quorũ vnumquodq; vt euenit, se mutuo habet: Quẽ-
I admodũ.n.per eadem tpa & naualis pugna cõmissa est in Salamine: & prælium Carthaginiensium in Sicilia, quæ pugnæ nullam in partem ad eundẽ finem tendebant: sic & in tpibus, quę deinceps cõsequuntur aliqñ fit alterum cum altero, ex quibus vnus nullus fit finis. Ferme aũt multi poetarũ hoc faciunt. Quare, quemadmodũ diximus iam, & hac re diuin⁹ vtiq; videri posset Homer⁹ præter ceteros, quia
K neq; bellum, quãuis habẽs principium & finẽ, aggressus est canere totum: valde.n.vtiq; magnum, & qđ non facile vndiq; perspici posset, futurum fuit. vel magnitudine modice se habens intertextum varietate. nunc aũt cum vnam partem inde dempsisset, episodijs vsus est ipsorum multis, vt nauium catalogo & alijs episodijs, quibus distinguit poesim. Alij aũt circa virum vnum faciunt, & circa vnum tp̃s, & vnam actionem, habentem multas partes. Ceu qui fecit Cy- L
prica, & paruam Iliadem. Igitũ ex Iliade quidem & Odyssea vna tragœdia efficitur ex vtraq;, vel duæ solæ. Ex Cyprijs autem multę: & ex parua Iliade plures quàm octo. Ceu, Armorum iudicium, Philoctetes, Neoptolem⁹, Eurypylus, Mendicatio Lacænæ, Ilij depopulatio, & Reditus classis, & Sinon, & Troades. Adhuc autem formas easdem oportet habere epopœiam cũ tragœdia: vel.n.simplicem, vel im- M
plicitam, vel moralẽ, vel patheticam oportet esse. & partes extra melopœiam & aspectum, easdem: etenim peripetijs eget, & agnitionibus, & pasionibus. p̃terea sñias & locutionem habere recte. Quib⁹ oĩbus Homerus vsus est & prim⁹, & ita, vt satis putari debeat. Etenim & poematum vtrunq; constitit. Ilias quidem, simplex & patheticũ: Odyssea verò: implicitũ: agnitio.n.per totũ, & moralis est: p̃ter

A ter autem hæc locutione & sen-
tentia omnes superauit. Differt
aũt & fm constõnis longitudi-
nem epopœia, & fm metrum.
Longitudinis quidem igit̃ ter-
minus sufficiẽs est qui dict⁹ est.
posse.n.oportet sil' cõspici prin
cipium & finem. Esset aũt hoc,
si priscis quidem minores cõsti-
tutiones essent: & ad multitudi-
nem tragœdiarum, in vnam au-
ditionem positarũ, porrigerent̃.
Habet aũt ad magnitudinem
B extendendã multũ quiddã epo-
pœia ꝓprium, quia in tragœdia
nõ contingit, quæ simul gerant̃,
multas partes imitari: sed illã,
quæ in scena & histrionibus est,
partem solũ: in epopœia verò,
quia narratio ẽ, licet multas par
tes simul facere ad finem perdu
ci: à quib⁹, suis ipsius proprijsq;
existẽtibus, auget̃ poematis mo
les. Quapp hoc habet bonũ ad
magnificentiam, & ad gignen-
dam mutationem in eo, qui au-
dit, & augendum dissimilibus
C episodijs: simile nanq; cito com
plens, cadere facit tragœdias.
Metrum aũt heroicum ab expe
rientia quadrauit: si.n.quispiã
in alio quopiam metro narrati-
uam imitationem faceret, vel in
multis, indecorũ vtiq; videret̃:
heroicum.n.stabilissimũ & tu-
midissimum metrorũ est. Qua-
re & linguas & translationes re-
cipit maxime: eximia.n.& nar-
ratiua imitatio inter alias: iãbi-
cum vero & tetrametrũ, mobi-
lia, hoc quidẽ, saltationibus ido-
neum: hoc aũt, rebus agẽdis ap- D
tũ. Adhuc aũt absurdius, si mi-
sceat aliquis ipsa, quemadmodũ
Chæremon. Quapp nemo lon-
gam constitutionem in alio fe-
cit, q̃ heroo: sed quemadmodũ
dicimus, ipsa natura docet, qđ
congruit ipsi partiri. Homerus
aũt & ob alia multa dignus est
laudari: & iam, & q solus poe-
tarum non ignorat, qđ oportet
ipsum facere: ipsum.n.oportet
poetã q̃ paucissima dicere: non
enim est fm hæc imitator. alij q E
dem igitur ipsi quidẽ per totũ
certant: imitant̃ aũt pauca & ra
rò. hic vero cum pauca exorsus
fuerit, ilico inducit virũ, vel mu
lierẽ, vel alium quempiã morẽ,
& nullum vacuũ à moribus, sed
habentem mores. Oportet qui-
dem igitur in tragœdijs facere
admirabile: magis aũt cõtingit
in epopœia quod rõne caret, ob
qđ euenit maxime id, qđ admi
rabile est, quia nõ spectãt in eũ,
qui gerit: quia ea, quę ad Hecto
ris insectationem, in scena existẽ F
tia, ridicula vtiq; apparerent. Hi
quidem, stantes, & nõ persequẽ
tes: hic verò renuens. in epico ve
rò carmine clàm sunt. admirabi
le aũt iucundum est. cuius rei si-
gnum est: oẽs.n.addentes aliqd
ei, qđ factum est, nunciant, vt rẽ
gratam facientes. Docuit autẽ
maxime Homerus & alios falsa
dicere, vt oportet: est aũt hęc ca
ptio quædam: putant.n.hoĩes,
qñ hoc existente hoc fuerit, vel
cũ fit factum fuerit, si posterius
est

G est, & prius esse vel fieri. hoc aũt est mendaciũ: ob qđ iam vtiq; primum mendacium: sed neque hoc existente necesse esse, vel factum esse, vel adponere. quia.n. scit hoc verum esse, capitur fallacia illa noster animus: et primũ, vt existens. Eligereq; impossibilia & verisimilia, potius quã possibilia & nullo modo probabilia. Fabulasq; non constituere ex partibus rõne carentibus, sed maxime quidem nihil habere vacuum à rõne. Sin aũt, extra
H fabulæ compositionẽ, quemadmodum Oedipp⁹, nõ scisse, qũo Laius interierit: sed nõ in dramate, quemadmodum in Electra, qui Pythia nuntiant: vel in Mysis qui sine voce è Tegea in Mysiam venit. Quapp̄ dicere, qđ interẽsset vtiq; fabula, ridiculũ est: à principio.n. nõ oportet cõstituere tales: si verò positũ fuerit, & visum magis cõsentaneũ, accipere & absurdum: quia quę in Odyssea sunt rõne carẽtia: illa inquam, quæ circa expositio-
I nem, qđ nullo modo toleranda sunt, perspicuũ fieret, si ipsa malus poeta tractarit. nũc aũt aliĩs bonis poeta delet ipsa, condimẽtis aspergens illud absurdum. Locutione aũt oportet laborare in ignauis partibus, & neq; moratis, neq; sententiarũ acumine ornatis: occulit enim contra valde splendida locutio mores & sententias.

De obiectionibus in Poetas, earundemq; solutionibus. Cap. 23. K

DE problematibus aũt & solutionibus, ex quotq; & qualibus vtiq; formis sint, hoc pacto cõtemplantibus, fiat vtiq; manifestũ: quia.n. poeta est imitator, quemamodum vtiq; vel pictor, vel quis alius imaginũ exp̄ssor, necesse ẽ imitari triũ existentiũ numero, vnũ aliquod semper: aut.n. qualia fuere vel sunt: vel qualia aiunt & vñr: vel qualia esse oportet. Hæc aũt exponuntur locutione, vel & linguis & translationib⁹. L
& multa pathe locutionis sunt: damus.n. hæc poetis. Adhęc autẽ nõ est eadem rectitudo ciuilis facultatis & poeticæ: neq; ali⁹ artis & poeticæ. ipsius aũt poeticę duplex peccatũ: alterũ quidẽ.n. per se: alterũ aũt per accidẽs: siquidem.n. elegit imitari rẽ, cui⁹ facultatẽ nõ habet, ipsius peccatum est: si verò eligere nõ recte, per accidẽs, ceu equũ ambo dextra crura proĩcientem. Vel pec- M
catũ ſm singulas artes. Ceu qđ ſm medicorũ artẽ, vel aliam artẽ, vel impossibilia in poesi tractauit. Hæc igit̃, qualiacũq; fuerint, nõ p̄ se. Quapp̄ op3 ĩcrepationes in qõnibus, ex his cõsiderãtẽ, soluere. Primũ quidẽ.n. siq̃ aduersus ipsam artẽ sunt impossibilia fecit, peccauit: sed recte hẽt, si cõsequat̃ finẽ sui ipsi⁹: finis.n. dictus est. Ceu si sic magis apta ad cõsternãdũ vel ipsa, vel aliã facit partẽ, exẽplũ Hectoris

persecutio.

A persecutio. Si sane finis, vel magis vel minus, contingebat inesse, & fm artem de his rebus, peccatum est non recte: oportet.n. si contingit, oĩno nusquã peccari. Adhuc vtrorũ est peccatũ, eorũne, quæ fm artẽ, an fm aliud accidẽs: minus.n. si nõ sciebat, qđ in ceruorum genere fęmina cornua non hẽt, q̃ si mala imitatione vsus, scripsit. Præter hęc autẽ si reprehendit, qđ non vera, sed qualia oportet. ceu & Sophocles inquit. ipse quidẽ, quales oportet facere: Euripides verò, quales sunt. Quapp hoc soluendum B esse. Si autẽ neutro modo: qđ ita aiunt. ceu quę de dĳs: fortasse.n. neq; meli⁹ ita dicere, neq; vera: sed contigit, queadmodũ Xenophanes, sed non dicunt hęc. Fortasse autẽ non melius quidẽ, sed sic habuit. ceu q̃ de armis. Lanceæ aũt ipsis rectæ in saurotere: sic.n. tunc instituto quodã faciebãt, quemadmodum & nunc Illyrici. De illo vero, qđ bene aut nõ bene, vel dictũ est à quopiã, C vel factum: nõ tm̃ cõsiderãdum in ipsum, qđ factũ est vel dictũ, respiciẽtẽ, si ipsum pbũ vel improbũ, verum ẽt in ipsum, q facit vel dicit, ad quẽ, vel qñ, vel quo, vel cuius grã. Ceu vel maioris boni, vt fiat: vel maioris mali, vt nõ fiat. Hæc autẽ, ad locutionẽ respicientẽ, oportet dissoluere. Ceu lingua Οὐρῆας quidẽ primum: fortasse.n. nõ mulos dicit, sed custodes. & Dolonem. Qui sane spẽ quidẽ erat malus nõ corpore ĩcõpositum, s3 facie D turpe ἀ'ειδὲς em̃ Cretes vocant qđ pulchrã faciẽ habet. & illud Ζωρότευρον δὲ κέραιρε, nõ merũ, vt temulẽtis, sed citius. Hoc autẽ p trãslationẽ dictum est. Ceu, Alĳ quidẽ dĳq; & hoĩes dormiebãt totã noctẽ. & illud. Siue hic in cãpum Troianum respiceret. Et Tibiarum fistularumq; vocẽ. illud.n. πάντεσ, i. oẽs, p multis p trãslationẽ dictum est: oẽ nãq; quiddam multum est. Et illud οἴη δ' ἄμμορος p trãslationẽ: qđ em̃ maxime notum, solum ẽ. Per E accẽtum ãt, queadmodum Hippias Thasius dissoluit illud. δίδομεν δέ οἱ. nec nõ illud. οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ. Hęc ãt diuisione. Ceu Empedocles. Extemplo ãt mortalia nata sunt, q̃ pri⁹ didicerãt immortalia eẽ: Meraq;, q̃ prius distincta erãt. Hæc autẽ ambiguitate. παρώχυκε δὲ πλέων νύξ: illud enim πλέων ambiguum est. Hęc autẽ fm cõsuetudinẽ locutionis. Ceu aqua tẽperatum, vinum inquiũt eẽ. Vnde illud à poeta dictum est, Ocrea F recẽs fabrefacti stãni: & ærarios fabros, q ferrum exercent. Vnde dictus est Ganymedes Ioui οἰνοχοεύειν, idest vinum ministrare, cùm tñ dĳ nõ bibãt vinum. Esse ãt hoc põt p trãslationem. Op3 ãt & qñ nomẽ aliqđ subcõtrarietatẽ aliquã visum fuerit significare, attẽder quot modis vtiq; significaret, hoc, ĩ eo, qđ dictum est. Ceu, τῇ ρ' ἔχετο χαλκεον ἔγχοσ, qđ hac phibitum sit. Illud

autem

G autem quot modis cõtingit, sic quodãmodo. maxime vtiq; aliquis suspicaret per eã, quæ est è regione: vel vt Glauco dicit, qđ nõnulla sine rõne præexistimãt, & ipsi re illa condẽnata concludunt: & vt qui dixerint, qđ vr̃, reprehendunt, si subcõtrarium fuerit ipsorũ existimationi. Hoc aũt patiunt q̃ ad Icariũ ptinẽt. putant.n.ipsum Laconẽ esse. absurdũ igit non congressum cum eo Telemachum, cũ Lacedæmonẽ petiuit. Hoc aũt fortasse se ha-
H bet, quẽadmodum Cephalenes aiũt: á se nãq; vxorẽ duxisse dicunt Vlyssem: & esse Icadiũ, sed non Icarium. Propter erratũ aũt problema verisĩle est. Oĩno autem impo͞e quidem vel ad poesim, vel ad id, qđ melius, vel ad opinionem oportet reducere: ad poesim.n. optabilius est ꝓbabile impo͞e, q̃ non probabile & po͞e. Huiuscemodi autem esse, quales Zeusis pingebat: sed & ad melius: exemplar.n. oportet excedere. ad quæ inquiunt ea, q̃
I rõne carent. Sicq; & quod qñq; non est vacuum à rõne: verisimile enim & præter verisimile nasci. Subcontraria autem vt dicta, sic aĩaduertere, quemadmodum cõfutationes, quæ in disputationibus sunt: si idẽ, & ad idẽ, & simili modo. quapp & ipsum vel ad quæ ipse dicit: vel quod vtiq; prudens præceperit. Recta autem reprehensio & vacuitas rõnis & prauitas est, qñ non necessitate vlla existente, vllam in partem, vsus fuerit quopiam vacuo à rõne, quemadmodum Euripides Ageeti prauitate: Quẽadmodum in Oreste Menelai. K
Increpatiões quidem igitur ex quinq; formis ducunt: vel.n. vt impo͞ia, vel vt rõne carẽtia, vel vt detrimentõsa, vel vt subcontraria, vel vt præter rectã rõnẽ, quæ est ſm artem. Solutiones autem ex dictis numeris quærendæ: sunt autem duodecim.

Vtra melior sit imitatio, Epica ne, an Tragica. Cap. 24. L

VTrum autẽ melior epica imitatio vel tragica, posset aliquis dubitare: si.n. quæ minus est importuna, melior: huiuscemodi autẽ q̃ ad meliores spectatores: est manifestũ, ꝙ quæ cuncta imitaĩ, importuna: tanquã.n. non sentientibus, nisi ipse adposuerit, multo motu mouentur. Ceu mali tibicines voluentes se, si discum oporteat imitari: & trahentes præcentorem, si scyllam cecinerint. Tragœdia quidem igiĩ huiuscemodi est, vt & priores posteriores se putarunt histriones: vt valde.n. exuperantem simiam Myniscus Callippidem vocabat. Huiuscemodi aũt opinio & de Pindaro erat. Vt aũt hi se habent inter se, tota ars ad epopœiam habet. M
Hanc quidẽ igitur circa spectatores probos affirmant esse. quare nihil egẽt figuris: tragicã aũt ad improbos. Quæ igiĩ importuna est, deterior manifestũ qđ esse

A esse debet. Primum quidem igitur non artis poeticæ accusatio hæc est, verum histrionicę, quia licet conficere notis etiã munus rapsodorum obeũtem, qđ sane faciebat Sosistratus: & canentẽ: qđ quidem faciebat Mnasitheꝰ Opuntius. Deinde neq; motus omnis improbandus, siquidem neq; saltatio, verum motus nequam hoĩum, qđ quidem Callippidi exprobrabãt: & nunc aliis, vt non ingenuas mulieres illis imitantibus. Amplius tragœdia & sine motu facit, qđ ipsius B est, quemadmodum epopœia: ꝑ lectionẽ. n. manifesta est qualis est. Si igitur est aliis in rebus melior, hoc vtiq; non necessariũ ipsi inesse. Deinde qm̃ oĩa habet, quæcunq; epopœia: etenim metro licet ei vti. & præterea non paruam partem musicã, & aspectationes habet, per quam voluptates percipiũt euidentissime.

Deinde & euidens habet & in agnitione, & in operibus. Adhuc quia in minore longitudine finis imitationis est: quod enim C confertius est iucundius est, quã id, quod multo mixtum est tempore, dico autẽ, Ceu si quis Oedipum ponat Sophoclis in versibus, quot Ilias est. Adhuc minꝰ vna qualicunq; imitatio est eorum, qui condunt carmen epi- D cum. Signum autem. ex qualicũque enim imitatione plures tragœdiæ nascuntur. Quapropter si vnam quidem fabulam fecerint, necesse est vel breuiter ostẽsam, videri in extremo imminutam: vel comitantem longitudini metri, languidam. Si autẽ plures. dico autem, ceu si ex pluribꝰ actionibus fuerit iuncta, nõ vna quemadmodũ Ilias habet multas huiuscemodi ꝑtes, & Odyssea, quæ & per se habent magni- E tudinem. Atqui hæc poemata constant, vt contingit, optime, & quã maxime vnius actionis imitatio sunt. Si igitur & his præstat omnibus, & pręterea artis opere: oportet. n. non quamlibet voluptatẽ efficere ipsas, sed illam, quæ dicta est, manifestũ, quòd melior vtiq; esset magis adipiscens finem, quã epopœia.

De tragœdia quidem igitur & epopœia & ipsis & formis, & partibus ipsarum, & quot & F quid differunt, & eius quod est bene, & non, quæ causæ, & de increpationibus & solutionibus tot dicta esto.

De Poetica finis.

AVERROIS PARAPHRASIS IN LIBRVM POETICÆ ARISTOTELIS,

Iacob Mantino Hispano Hebræo, Medico interprete.

Vius libelli propositũ est exponere id, qđ in libro Poeticæ Aristote. de regulis vsibus, atq; cõib⁹, oĩbus vel plu- H
ribus nationibus continet: cum tñ multa in eo cõtineant, quæ nõ sunt regulę propriæ Arabum Poesi, neque eorum consuetudini. & id septem capitulis complectemur.

Quot, & quæ sint Imitationis genera: ac ex quibus sermonibus imitatio ordinetur. Cap. I.

INquit Arist. Propositũ nrm nũc est de Poetica arte, de eiusq; gñibus tractare. Oportet aũt, vt si quis velit recte tradere ei⁹ regulas, vt primo dicat, q̃ nã sit actio (seu facul-
I tas) vniuscuiusq; gñis poematũ: & ex qb⁹ ipę fabulę poeticę, ac ex quot rebus constent: necnõ, q̃ nã sint earum partes tum cões, tum proprię, quibus ẽt cõstent ipsę: quot ve sint gña rõnum, quæ in fabulis cõsiderant: initio .s. sumpto ab ipsis principijs, q̃ nobis natura insunt circa hoc. Inquit. Oĩs Poesis, oĩsq; fabula poetica in vituperandi, vel laudãdi gñe consistit. qđ quidẽ inductione ꝓbari põt de ipsis poematib⁹, p̃sertim de Gręcorũ poematibus, quę de rebus voluntarijs agebant: nẽpe ex honestis & inhonestis. ita quoq; res se hẽt in artibus imitantibus ipsam Poeticam, quę quidẽ ad pulsationem cithararũ, ac tibiarũ accõmodant, eas. s. hęc duo ꝓposita cõsyderare. Fabulę autẽ poeticę sunt sermones imitatorij: gña vero imi- L
tationis & silitudinis sunt tria: duo simplicia, & tertiũ cõpositũ ex illis. Ex duobus aũt illis simplicibus vnũ consistit in imitatione alicuius rei, ac ei⁹ silitudine alicui alteri rei. hoc aũt prout est vnicuiq; idiomati familiare per dictiones sibi proprias, quę apud Arabes lrę silitudinis vocantur. Alterum vero cõsistit in acceptione alicuius silis, vice alterius similis: qđ quidẽ in hac arte ꝑmutatio appellat. Nec te latere debet sub hac parte includi ea gña, q̃ hac nra ętate Metaphora, ac Cognomina- M
tio nuncupant. Verũ cognominationes vt plurimũ sunt ꝑmutatiões ex affectibus affectuũ rei: sed metaphora est cõmutatio rerũ illi ꝓportionatarũ, hoc est, cũ vnius rei proportio ad secdam sit proportio tertię ad quartam, & ꝑmutet nomen tertię in primã, vel ecõtra. in libro aũt Rhetoricę explicatum est quot modis fiant cõmutationes. Tertium vero genus poeticarum orationũ ex duobus nũc dictis cõstat. Inquit. Vt natura qdã hoĩes imitant ęmulanturq; plęraq; inter se se in actionibus,

A nibus, ita vt aliq coloribus, alij figuris, nõnulli vocibus imitent: & hoc vel arte & habitu, qui imitatoribus inest, vel ob cõsuetudinẽ, quã prius de hoc habuerũt: ita quoq; in orõnibus sunt natura imitatores. Imitatio aũt in sermonib⁹ poeticis, atq; æmulatio ex tribus quidẽ fit, nẽpe harmonia ac numero, ac ipsamet imitatione. Horũ aũt vnumquodq; põt separatim & seorsum ab alio reperiri qñq;: vt harmonia ĩ* psalmis, numer⁹ vero in citharis (seu choris) ipsaq; imitatio in orõne: intelligo sermones imitatorios non metricos B neq; numero pliberatos. qñq; vero põt siľ pmisceri hęc tria inuicẽ, vt fit apud Arabes. fiũt. n. q̃ ab hoĩb⁹ huius insulæ poemata sunt adinuẽta, postquã res ipsę nãles cõtinuerint, atq; aggregarint ipsa poemata nãlia. ipsas vero res nãles adinuenerũt ipsæ* gẽtes nãles. in Arabum. n. poematibus nõ erat harmonia, sed vel tm̃ numerus, vel & numerus & imitatio siľ. Tria ergo sunt gñа artium imitantium, vel quæ munere imitãdi funguntᷓ: nempe, q̃ harmonia, q̃ numero, & q̃ sermonibus imitantibus vtiᷓ. & est hæc ars, de qua ĩ hoc C libro agiᷓ. Inquit. Multi reperiuntᷓ sermones, qui vocantᷓ poemata, qui nihil facultatis Poeticę obtinẽt præter numerum tm̃: vt sunt sermones metrici ipsius Socratis, ac sermones Empedoclis nãles. in sermonib⁹ vero poeticis ipsius Homeri ecõtra euenit qm̃ vtrunq; illorũ reperiᷓ in eis siľ. Inquit. Quã ob rem non dẽt vere noĩari poema, nisi qđ hęc duo amplectaᷓ. illa igiᷓ dignius debẽt vocari sermõẽs q̃ poemata: quẽadmodũ & qui in Physicis, vtiᷓ sermonibus metricis, Physicus potius merito vocãdus est, quã Poeta. Siľr quo D que sermones imitatorij, qui ex metris pmixtis cõstãt, pfecto non sunt poetici. Ex dictis igiᷓ constat quotnã sint gñа imitationis: ac ex q̃bus sermonib⁹ imitatio ordineᷓ in ipso sermone, ita vt eius actio sit pfecta.

*a. l. fistulis.

*a. l. virtutes.

De duabus alijs imitationis differentijs, penes res imitatas, ac penes imitandi modum. Cap. 2.

INquit. Qm̃ vero qui imitantᷓ & æmulantᷓ, ideo imitantᷓ, vt inducãt aliquos ad aliquam voluntariã actionem agendã, aliquam vero aliam prohibendã: oportet ergo, vt E ea, quę proponit imitari, sint vel virtutes, vel vitia. Nã omnis actio, oĩsq̃ue mos ad alterũ horũ duorũ declinat atq; insequiᷓ: nẽpe vel ad probitatem, vel improbitatem. Sed cũ quicquid ex actionibus voluntarijs quæriᷓ imitari, sit vel virtus vel vitium, ergo vt per probitates & probos ipsas probitates imitemur, improbitates vero p improbitates & p improbos. Porrò cũ quælibet imitatio fiat de pulchro, vel turpi: ergo omnis imitationis propositũ est honestare vľ dehonestare. Sequiturq; ex hoc, vt quicunq; virtutes imitan F tur, hoc est, quia eas imitari sunt natura proni, sint probi. econtra vero, qui vitia imitentur, deficiant natura ab his, ad vitiaq; magis accedãt. ex his ergo duorum generũ hominum datur laus, & vituperium, hoc est virtutes laudare vitiaq; damnare. ob idq; fuerunt aliqui poetæ apprime laudantes, non tñ exacte vituperantes. Ergo cuilibet imitationi insunt hi duo actus, videlicet laudãdi vel vituperandi. siľrq; hę duę differẽtiæ reperiuntᷓ in imitatione, quę

G circa sermones fit, non autem in ea quæ fit p metrũ, neq; in ea, quæ per harmoniã. Tertia prætcrea dr̃ia inest ipsi imitationi, q̃ p sermones fit: nẽpe qua quærit, vt aliquid sit ali cui alij sibi simili, oĩno cõueniat: p̃ter hoc ꝙ quæratur per id laudatio vel vituperatio, sed tantũmodo ipsa mera conuenientia, & concordia. hoc aũt genus imitationis est, veluti materia apta ad duo opposita transmutari: videlicet, alias ad laudẽ per excessum (seu additionem) transmutata: alias vero ad vituperiũ p excessum ẽt transmutata. Inquit. Hæc in H quam est Homeri imitatio: nempe vt cũ effingit aliqua cõuenientia, & siñia, id quidem heãt excessum aliquẽ ad laudẽ vl' vituperiũ. Inter poetas p̃terea aliquis maxĩe valet in p̃standa imitatione cõformi, & cõue nienti, seu simillima tũ: aliquis vero in ea, q̃ laudẽ vel vituperiũ hẽt: aliquis alius in ea q̃ vtrunq; horum amplectitur, vt Homerus vsus est. Arist. aũt de quolibet horum generum exẽplũ tradidit p varia gñ̃a carminũ seu poematũ, q̃ tunc in suis regionibus erant nota, solebantq; vti quolibet horũ triũ generũ imitatio I nũ. Tu aũt facile inuenies huiuscemodi gñ̃a in carminibus Arabũ: & si plurima eorũ, vt inquit Alfarabi⁹ sunt ad luxum attinẽtia. nã illud genus, qđ amatorium vocant, inclinat quidem hoĩes ad rẽ nefandã, ac ꝓhibitã. idcirco ab hmõi carminibus amouendi sunt pueri: immo instituendi sunt, vt in vsum habeant ea carmina, quæ ad fortitudinẽ & gloriam conducunt. nã Arabes in suis carminibus nõ hortãt ad alias virtutes, quã ad has duas, & si de his etiã, non vt horteñt ad eas tractent, sed potius iactantiæ gratia. At illud ge K nus poematis, in quo quærit imitatio eiusdemmet rei atq; conuenientia, vt diximus, est in frequenti vsu apud eos: ppeaq; eorum sapiẽtes frequenter describunt aĩalia, atq; stirpes. Græci vero vt plurimũ nullum carmen proferunt: quin ad aliquã hortandam virtutẽ, vel ad aliquod vitium dehortandũ se vertat, vel ꝙ aliquem optimum morem vel sciẽtiam p̃stare nõ suadeat. Ex iam dictis ergo patet gñ̃a imitationum eẽ tria, earumq; dr̃ias esse tres, & q̃ sint hmõi dr̃iæ tres, & ipsa tria genera. Quòd si exacte pquirãtur ipsa poe L mata, videbit eẽ verũ nõ dari quartum genus imitationum, neq; quartam dr̃iam illorum generum.

De Causis, à quibus orta est Poetica, & de aliquibus ipsius speciebus.
Cap. 3.

INquit. Videt à duabus causis, & quidem hoĩ naturalibus Poetica habuisse originẽ. Prima est, qm̃ insitum ẽ à natura hoĩbus à pueris imitari. hoc aũt inter cætera aĩantia est maxime proprium hoĩ. Cuius rei cã est, quia homo inter cætera aĩan M tia gaudet imitationibus rerũ, quas iam pceperat. Quòd autem homo gaudeat natura ipsis imitationibus, argm̃ est, qm̃ nos gaudemus imitatione rerum, quas cũ molestia aspicimus, & nõ cũ delectatiõe: p̃sertim cùm illa imitatio fuerit exactissima & concinna. vt in imaginibus multarũ ferarũ truculentarum, atque picturis earum, quas præstantissimi pictores efficiunt, euenire solet. Et ob hãc causam vtimur imitationibus in disciplinis pro rerum intelligentiis, atq; interpretationibus. Sũt enim

A enim ipsæ imitationes instrm conducens ad intelligentiam rei, quam quærimus intelligere ob delectationem; quã habemus de imaginibus, pp id quod habent de imitatione. Aĩa igitur perfectius recipiet, quanto magis gaudebit: qm̃ non solum Philosophis iucundissimum est discere, sed ẽt cæteris hominibus: quã quã modice hi in hoc cum Philosophis cõmunicẽt: qm̃ aliquis homo ex aliquo discet iuxta variam rationem, quę est inter ipsum docentem & discentem. Sed quoniam imagines sunt imitationes rerũ, quas iam B percepimus: ergo eis vtimur ad velociorem ac promptiorem intelligẽtiam. præstant autem intelligentiã rerum propter voluntatem seu delectationem quam præbent, ob similitudinem quã habent. Hęc ergo est prima causa, quę poesim peperit. Secunda vero causa est: qa natura humana gaudet nũero, ac harmonia ac metris: qm̃ metra videnť ad numerum attinere, maxime apud eos, quia natura habent metra assequi. Voluptas aũt naturalis, quæ ad imitationem, & rythmos, ac harmoniã C & metra est prona, genuit ipsam Poeticã: pręsertim apud eos, qui ab initio sunt ad id habiliores. qua natura aucta, orta ĩde est in eis ars Poetica: propterea quia prim⁹ de ea aliquam portiunculã tradidit, mox q primum secutus est, aliam tradidit iterũ portionem, & ita paulatim ex tẽporarijs, donec artes Poeticæ perfectæ fuerunt. genera quoq; earum varia cõpleta sunt pro varia hominum generis habilitate, & promptitudine ad maiorem delectationẽ alicuius generis Poesis. Exempli causa præstatiores ac digniores animi natura primo genuerunt artem laudãdi, intelligo honestas laudare actiones: viliores vero artem vituperãdi pepererunt, nempe actiones prauas vituperare: licet oporteat, qui intendit vituperare vitiosos atq; actiones vitiosas, laudare pbos ac honestas actiones, vt turpitudo vitiorum magis propaletur, intelligo, q postquã ea narrauerit, mox contra illa actiones prauas enarret. Hæc inquam est summa rerum cõmuniũ omnibus vel pluribus gẽtibus, quę ĩ hoc capitulo continentur: reliqua vero, quæ in eo continentur, oĩa vel maior pars eorum, sunt res, quæ erant E proprię carminibus Græcorum, & consuetę apud eos. Meminit enim Arist. artium poeticarum, quæ erãt in vsu apud eos: & quo pacto ortæ sunt vnaquæq; earũ natura, & quæ pars fuerit prior in generatione sua altera præsertim in arte laudãdi, & vituperandi, q̃ oẽs erant tunc apud eos famosæ. Adhuc narrat quis fuerit primus q incœpit inuenire vnãquamq; illarum artiũ poeticarũ, q̃ erant in consuetudine apud eos, & qs addidit sup illas, & quis post hoc perfecit eas. Et ĩ hoc summe laudat Homerum, dicitq; eũ fuisse, q tra- F didit principia harum artium: & q nemo ante ipsum in arte laudandi, aut vituperãdi, vel in aliqua alia arte apud eos famosa qcquã egit, qđ esset alicuius dignitatis, aut admiratu dignũ. Inquit. Cùm igiť à principio ĩperfectiora ac breuiora essent carmina: quia naturaliter facilius ĩ hæc incidimus. Breuiora aũt sunt, quæ ex minoribus cõstant syllabis: imperfectiora vero, quę pauciorib⁹ constãt melodijs. Inquit. In arte vituperandi non quæritur imitatio D

G secundum oẽ genus vitij & turpis tm̃, sed eius vitij oĩs qđ ridiculum est: nempe qđ quidẽ vile est ac turpe, de quo dolendũ non est. Inquit. Quòd aũt ipsa derisio has tres obtineat condõnes, argm̃ est, quia in facie* irrisi hæc tria reperiunť: videlicet facies iracunda est, ad cõuitiaq; disposita, parumq; dolẽs de eo, qui eũ irridet, contra id qđ in facie irascentis euenire solet, videlicet ꝙ in facie irascentis est iracũdia, & iactãtia, atq; dolor. hæc inquã est dispositio animi irascentis cõtra eam rem, contra quam irascitur.

*Deformis.

H *Quæ sit Tragœdiæ essentiæ definitio: & quot, ac quæ sint ipsius partes æquales.* Cap. 4.

INquit. Optima ars laudãdi, id est Tragœdia, quę metrico sermone imitatio p̃stantium est, vtiť carminibus longioribus, nõ breuibus. Idcirco posterioribꝰ poetis nõ placuerunt carmina breuia, quæ tũc in eo gñe erant in vsu, atq; in aliis artiũ Poeticæ: cui quidem proprium metrũ est, qđ simplex, nõ compositum est: verũ nõ debent tantã hr̃e prolixitatẽ, vt in enarrationẽ hoĩbus mo-
I lestam deueniant. Definitio autem, q̃ intelligentiã essentiæ artis laudãdi (.i. Tragœdię) pręstant, est imitatio actionis illustris, voluntarię, perfectę, cui inest vis vl̃s circa res præstantiores, non autẽ particularis de singulare præstanti: qua quidẽ imitatione aĩ recta afficiunť affectione per misericordiã, atq; terrorem in eis ortã. Hoc aũt fit imitando viros ꝓbos sanctitate & puritate: qm̃ imi-
K tatio fit de dispositionibus, quæ virtutes inducunt, nõ de habilibus, cũ hos imitari nequeamus. perficitur aũt imitatio in sermone, si illi melo-
k dia & numerus adiũgať. Reperiuntur tñ aliquę dispõnes, quę circa numerum & melodiã reddunt sermonẽ efficacioris imitationis: vt sunt pronũciationes & gestus vultus, de quibus in libro Rhetoricorum dictum est. Prima vero pars Tragœdiæ in ipsa actione est, vt res p̃stãtes enumerenť, q̃bus fit imitatio: mox hæ melodia ac metro conuenientibus illi rei, de quo dr̃, apparenť. Vsꝰ aũt melodiæ in carmine disponit aĩam ad recipiendã imitationem illius rei, quam quærimus imitari: ac si melodia p̃stet ipsi aĩæ eam dispõ-
L nẽ, qua quæriť imitatio rei, de qua imitatio quæriť. Pręstat vero ipsi animę hãc dispõnem ĩ singulo generũ Carminis illa melodia, quę illi generi poematis congruit suis concentibus, & cõpositionibꝰ. Nã quẽadmodum videmus concentus acutos conuenire alicui gñi sermonis, cui graues non conuenerant, idẽ de compõne melodiarum arbitrandũ est. Naturæ aũt vel affectus eorum, qui historias & fabulas enarrant: q̃ perficiunt imitationem in ipsismet sermonibus poeticis existentem, ꝑ
M hæc tria, nempe ꝑ imitationem, & numerum, atq; melodiam, quę quidẽ sunt elemẽta, & bases ipsius imitationis, duæ in genere sunt: altera quidem, quę aliquẽ morẽ indicat vt exempli cã prudentem loquentẽ referat, vel iracundum: altera vero, quæ eius sñiam declaret, ꝓpriamq; mentem aperiat. Qm̃ effigies loquẽtis, aliquid affirmantis non est effigies id dubitãtis. nã effigies sermonis eius, qui alicuius laudem enarrat, atq; promulgat, eiusq; gestus & vultus, debet esse effigies asserentis

&

A & certificantis, nō dubitantis & deridentis. Historiæ autem & rerum nouitates atq; enarratiões, quas debet referre historiographus, qui illas duas iam dictas naturas habet, sunt ipsæ fabulę, q̃ imitatione fiunt. Intelligo per fabulas compositionē rerū, quarum imitatio quęrit᷑, siue id sit vt res se hēt ſm esse, siue vt in vsu hr̄, quamuis sit falsum: idcirco sermones poetici appellant᷑ fabulæ. Quare & historiographi atq; fabulatores tandem sunt, qui habēt vim imitandi mores atq; sn̄ias. Inquit. Necesse igit᷑ est cuiuslibet Tragœ-

B diç sex eē partes: nēpe fabulas imitatorias, Mores,* Metrū, Sn̄iam,* Apparatū, Melodiā. Huius aūt rei rō ē: quia oīs sermo poeticus diuidit᷑ in id qđ est imitans, & in id qđ imitatū est. Imitans aūt tribus constat, videlicet imitatione, dictione, ac melodia. Quod vero imitatum est in ipsa laude tribus quoq; reliqs cōplectitur. s. moribus, sententijs, & apparatu. ītelligo p apparatū assumere ex eo argm̄, & indicium ad sn̄ię cōgruitatem. Sunt ergo partes Tragœ-

Dictio.
Aspectus.

C diæ necessario sex. Mores vero ac sētentię sunt p̄stantiores ptes, cū Tragœdia nō sit subā hoīum imitatio, qua sunt singulares hoīes percepti. sed eos imitatur ob suos congruos mores, atq; actiones ꝓbas, aīq; felices sn̄ias. Cōsuetudines etem̄ actiones, ac mores amplectūt᷑: idcirco cōsuetudo fuit vna ex sex partibꝰ Tragœdię, & non oportuit distinguere eam in actiones, & mores, de eisq; mentionem facere in ea. Apparatus aūt ē accōmodatio sn̄ię aī: & si apđ Gręcos extat aliquod genus, quo sumatur argm̄ per huiuscemodi animi accommodationem, seu appara-

Dixit īter ptes inueni meum codicē erratū hic & defectiuum.

D tum. vt gratia exempli ꝙ aliquis sit lętus & hilaris, hoc quidē non reperitur in Arabū carminibus. at in sermonibus laudatorijs hęc duo repeiunt᷑: nēpe mores, & sn̄ię. Trium vero reliquorū generū, q̃ sunt, indiciū sumitur ex tribus rebus, quas imitamur, s. fabularū, melodię, & metri. Inquit. Fabulę partes qđē duę sūt: oīs. n. imitatio est, vel qua suę imitationi ꝑpositum sit aliud quippiam imitatum confictumq;: mox ex illo transferatur ad illam imitationem suā, qđ apud Græcos peripetię dr̄. i. euentus in cōtrarium: aut ꝙ eadem res cōfingat᷑, pręter ꝙ deuiet᷑ ad imi-

E tationē contrarij, & hoc assumptionem indicij appellant. Inquit. Fabula est prīcipium, ac veluti anima Tragœdię: secūdo loco mores: cui pręest imitatio, i. quos imitat᷑. imitatio. n. est basis, & principium huius artis: quia non fit delectatio ob relationem rei, quā referre quęritur, nisi confingatur. sed bene fit delectatio & receptio illius, dum confingitur, & idcirco non æque delectabit, si quis fucis pulcherrimis tabulam fusim illinat: ac si imaginem albo tm̄ distinxerit: ideoq; hoīes exercēt artem pingendi imagines, & picturas.

F Tertia autem tragœdię pars, q̃ secūdam insequitur, est ipsa sn̄ia. hęc autē est posse explicare, quę instant atq; quadrāt, id est habere vim imitandi id, quod ita se habet, vel non ita se habet. hoc autem est propriū munus ipsius Rhetoricę ad probandum aliquid esse vel non esse. verū Rhetorica id sermone persuasiuo probat, Poetica vero sermone imitatiuo. porro imitatio in rebus legalibus quoq; reperitur. Inquit. Sane veteres ciuiliter dicentes cōfingebant,

G bāt, posteriores vero rhetoricę: hoc est Antiqui impositores morū pro firmandis sententijs in animo, satis erat eis vti sermonibus poeticis: posteri vero rhetorica vti satius esse iudicarunt. Interest autem inter sermonem poeticum, qui sententiam hortatur, & qui morem: quòd qui morem persuadet, hortatur quidē super actionem alicuius rei, aut vt illam fugiat. sermo autem, qui ad sententiam persuadet, hortatur quidem ad aliquid esse vel non esse, nō ad aliquid quęrendum vel fugien-
H dum. Quarta autem pars, quę tertiam sequitur, est metrum & numerus: cuius perfectio est explicatio intentionis. nā multa sunt metra, quę alicui intentioni respondent, quæ tñ alicui alteri non respondent.

Quinta autem pars per ordinē est ipsa melodia: quæ quidem est inter omnes has partes, quę maxime imprimat in animo. Sexta vero pars est ipsum spectaculum. intelligo p apparatum spectaculum, seu assumptionem rationis pro sententię cōmoditate, aut actionis commodo,
I nō autem sermone persuasiuo. hoc enim non decet in hac arte, sed sermone conficto & imitatorio: quoniam ars poetica non est adinuenta ad vsum argumentationis, & disputatiōis, & pręsertim ipsa Tragœdia. & ideo Tragœdia non vtitur pronūciatione, & gestu, atq; vultus nutibus, sicut vtitur ipsa Rhetorica.

Inquit. Ars Theorica, quæ docet ex quibusnam fiant carmina, & quo pacto fiant, præstantior quidem ac principalior est, q̄ sit ipsamet carmina conficere. quoniam quęlibet ars q̄ docet actionē, p̄stantior & principalior est, q̄ quæ sub illa locatur.

De partibus Tragœdiæ qualibus. *Cap.* 5.

CVm igitur iam dictum sit, qd sit Tragœdia, & ex quibus cōponatur, & quot sint eius partes, & quę sint, nūc de rebus, quibus fit cōtestus rerum, quibus carmen consistit, dicendum est. nam tractare de his rebus est necessarium in Tragœdia, atque in alijs generibus Poesis. hoc enim est veluti primum, maximumque principium eius. Quoniā res, quibus ipsę artes cōsistunt, bifariam diuiduntur: nēpe vel sunt res necessariæ, vel res quib' pręstantiores ac perfectiores reddantur. Di- L cendum ergo est Tragœdiā debere perficere finem actionis suę, videlicet vt ex ipsa imitatione, eum assequatur finē, quem ex natura sua p̄stare potest. hoc autem propter varias res fit. quarum vna est, vt carmen habeat quandā determinatam magnitudinē, qua sit totū perfectū. Totum autem & perfectum est id, quod habet principium, medium, & finem. Principium autē, est, quod pręcedit, & non est necesse ipsum reperiri cum rebus, quibus est princi- M piū. Finis vero, qui est post illas res, quibus ipse est finis, & non prius. Medium vero est id, quod est prius & posterius, & simul. est ergo præstātius vtroq; extremo, cùm ipsum medium sit in loco priori & posteriori. Viri enim fortitudine præditi locum in acie obtinēt, qui inter pusillanimes & temerarios mediat. est autē locus medius, qui ex extremis constat: extrema vero ex eo nō constant. Ad hęc non est necessariū, vt ipsum medium sit ęquale, scilicet vt optimam habeat compositionem atq; ordinem tantum, verum ēt cō-

A gruentem magnitudinem. Oportet ergo ipsum carmen habere principiũ, mediũ, & finem. & vt vnaqueq; harũ partium sit magnitudine media: oporterq; totũ cõpositum ex eis esse magnitudinis terminatæ, nõ cu iusuis magnitudinis contigerit. Nã pulchritudo cõpositi (seu bonitas) ex duobus quidem oritur: alterũ est ipse ordo: alterum vero magnitudo. idcirco aĩal perexiguum non dr̃ pulchrum ĩ relatione ad indiuidua sui generis. Eadem. n. ratio vr̃ esse in hoc ipsius poeticę orationis atq; B doctrinæ demonstratiuæ. nempe si breuis fuerit speculatio tẽpore, eius intelligentia non erit optima. Identidẽ si longior fuerit iusto eademq; ratione: qm̃ à consideratione cõtem plantis facile elabitur, & obliuioni discipulus eam tradit. Eadem. n. est huius rei ratio, quę est in spectatione alicuius sẽsibilis: videlicet, ꝙ tũc exacte spectat̃ ipsum expectabile, cũ inter ipsum & spectantem, modica intercedit distãtia, nõ aũt maxime distãs, neq; cum ex maxime proxima. Idem, n. cõtingit in sermonibꝰ C poeticis seu fabulis, quod in ipsis di sciplinis. nam si carmẽ perbreue fuerit, non poterit perficere partes laudis. & si in longum protrahatur, nõ poterunt eius partes seruari, memoriaq; teneri: ita vt posterioribus par tibꝰ iã auditis, priores sint obliuioni traditæ. Orationes vero rhetoricæ, quibus fiunt obiurgationes, nullã habent natura terminatam magnitudinẽ. & ob id fuerũt coacti homines mensurare tẽpus obiurgationis quæ inter aduersarios occurrebat, vel vase aqueo Clepsydre vocato more Græcorum, cùm tãtum signa quærebant, vel partibus dierum, vt

Arabes vtebãtur, cum propositum D eorum in suis obiurgationibus essent res persuasibiles exteriores. Idcirco si Tragœdia ageret de obiurgatione, vel cõuitijs, & cõtentione, tunc oporteret mensurare tp̃s orationis contentiosæ per instrumentũ aquę, vel per alia horologia. Verum cum non res ita se habeat, ideo oportet ipsam poeticam artem habere terminum naturalem, vt res se habet de naturalibus magnitudinibus, quę rebus ipsis insunt. Nã quẽadmodum genita ipsa, si tẽpore generationis non impediantur ab in E cõmoda fortuna, habebũt naturaliter terminatam ac decẽtem magnitudinem, ita in fabulis poeticis euenire debet: præsertim in duobus illis imitationis generibus, videlicet ĩ quo fit mutatio de contrario in cõtrarium, vel in quo idemmet imitamur, pręter hoc, ꝙ fiat transitus ad contrarium. Inquit. Quod maxime ẽt delectat in cõstitutione carminis Poesis, est ne enarratio multarũ rerum, quæ vni rei determinatæ accidunt, de qua poema quæritur, in lõ gum protrahatur: vni nãq; rei multa accidunt, multæq; actiones contingunt. Inquit. Vñr peccasse oẽs F poetæ, qui hoc genus poematis con finxere, cũ de re aliqua in aliã rem transilirent, vnumq; propositũ non inducerent, præter Homerum. Tu aũt inuenies hoc in poematibus Arabum, pręsertim in quibus quæritur laudatio: videlicet ꝙ qũ quærunt enarrare aliqua de ipso laudabili, vt gratia exempli librũ vel gladiũ, maxime immorantur laborantque in eius imitatione, & deuiãt declinãtq; ab enarratione illius, qui laudatur. oportet deniq; vt ars ipsa imitetur naturam:

G naturã: vt.ſ. quicquid agat, propter vnum propoſitum vnicunq; finem id agat. Sic igitur oportet vnius vnã eſſe imitationem, vnumq; propoſitum: & vt eius partes habeant termi natam definitionem habeátq; principium, medium, & finem: ſitq; ipsũ medium præſtantius illis. Nam res habentes eſſe ordinatum, atq; quadam harmonia conſtitutum, ſi ille ordo, illaq; ſeries harmonica defecerint ab eis, deficiet quoq; ab eiſdẽ ſua propria actio. Inquit. Nec latet, ꝙ propoſitum ſermonum poeticorum non eſt vt fiat imitatio rerũ falſarum fictarum in eis. hęc.n. nõ

H eſt poetę actio, vt quæ vocantur figmenta & hiſtoriæ. vt quod in libro Heracleidæ, vel Theſeidæ (Arabice Chelilę, & Dhemenæ,) Sed poeta loquit de rebus, quæ ſunt vel poſſunt eſſe. de his enim quęritur, ſ. vt eas fugiamus, vel inſectemur, & quæramus, vel vt ipſa imitatio & confictio illis conueniat correſpondeatq;, vt in differentijs ipſius imitationis dictum eſt. At officium figmentorum profeſſoris atque hiſtoricorum differt ab officio poetarum, quãuis illi exerceant illas fictiones, & rerum

I nouitates, hiſtorias atq; ſimulationes metrico ſermone. Nã licet vterque horum conueniat in metro, tñ alter eorum perficit officium ſuũ, quod propoſuit per ipſam fabulã: quamuis non fiat metro, & eſt videlicet illa intelligentia, quã adipiſcimur ex illis hiſtorijs fictis & ſimulatis. Poeta vero non adipiſcitur perfecte propoſitum ſuum circa rerum imitationem, niſi metro historicus ergo atque fictionum profeſſor fingit varias res ſingulares, quæ non ſũt vllo pacto, illiſq; nomina impo

nit: poeta vero nomina imponit rebus quę ſunt, & nonnunquã de vniuerſalibus loquitur. Quo fit vt Poeſis ſit ꝓpinquior Philoſophię, quã quæ fictiones profitetur. Id vero, quod dicit Ariſto. hic, eſt iuxta Græcorum conſuetudinem de Poeſi. videtur enim ꝙ id, quod eſt naturale inſit † gentibus naturalibus. Inquit. Quod maxime in Tragœdia quęritur, eſt vt ea quæ imitamur ſint, nõ quæ habeant nomina ficta. quoniã laus vertitur in promouendo ad actiones voluntarias. res autem poſſibiles potius perſuadentur atq; creduntur, vt eſt ipſa poetica certitudo, ſeu verificatio quę animam promouet ad inquirendum vel fugiendum. Rebus vero, quæ non ſunt, raro imponuntur neque finguntur nomina in ipſa Tragœdia. Ille præterea modus imitãdi, quãuis ſummopere cõducat ob relationem, & proportionem actionũ illius rei ſimulatæ atque fictæ, eiuſdemq; paſſionum ad res, quæ ſunt, tamen nõ debet quæri, vel in vſu poni in ipſa Tragœdia, quæ eſt ars laudandi. Quoniam is modus imitandi ac fingendi non congruit omnibus naturis: immo plures hominum eum irrident, moleſteq; ferunt. Ex his igitur patet poetam eſſe poetam per vſum fabularum, atque metrorum, prout habet vim imitandi: ipſe autem circa imitationem verſatur rerum exiſtentium, quæ à voluntate pendẽt, atq; arbitrio. Nec ſuum eſt imitari tñ ea quæ ſunt, verum & quę arbitratur poſſe eſſe. ob hoc.n. poeta eſt: nec propterea à poeta diſcedit imitando res, quæ ſunt. nihil enim prohibet ea extitiſſe eo modo quo nunc ſunt. Cęterum nõ oportet

K L M

† aliter veritatibus

tet

A tet præstantissimũ poetam perficere imitationẽ per exteriora, hoc est histrionẽ esse per gestus corporis atq; vult⁹. hoc.n. pseudipoetę, ac falsi & ficti efficiunt: qui videlicet volũt apparere poetę, cũ non sint. neq; probati poetæ id agunt, nisi cùm quærunt certare contra vsum falsorum poetarum. sed si cõtra optimos poetas certant, id nullo modo agunt. Præstantissimi tamen poetæ quandoq; coguntur vti episodijs in ipsa fabula, hoc est introductione rerũ exteriorum, id est histrionum gratia, atq; alienarũ ipsi fabulæ. non.n.
B semper fit imitatio rerum perfectarũ, quas possumus perfecte imitari, sed rerum etiam imperfectarũ, quæ difficile confinguntur in oratione. & ideo in earũ imitatione introducũtur res exteriores, pręsertim cùm quęrit imitari ipsas sentẽtias, quarum imitatio est perdifficilis: cũ nõ sint actiones neq; substantię. Admiscentur præterea nõnunquam atq; introducuntur huiuscemodi res extrinsecæ, & est id quod vocatur histrio, & gestus vultus ĩ poeticis imitationib⁹: ac si casu vel fortuna, pręter aliquod propositum prouenire
C appareant: habebuntq; admirandã actionem, cùm ea, quę à fortuna ꝓficiscuntur, admirationem pręse ferant. Inquit. Plures quidem fabulę pollent atq; pręstant in imitatione simplici, nõ diuisa in varios modos: plures vero alię præstant in diuisione modorum corporis similis atq; imitationis. etenim vt res se habet in imitatione, ita in actionib⁹. quẽ admodum ergo actionum alia efficitur vnico simplici actu (.i est vna continua absq; peripetia) alia vero vno actu composito & implexo, ita

ẽt de imitatione est dicendum. Est D aũt simplex imitatio, in qua agit al terũ duorũ gñum imitationis, videlicet vel quod vocat pipetia, vel qđ vocat agnitio, i. demonstrationis assumptio. Implexa vero imitatio est illa, in qua vtrũq; genus sil'reperit. nempe cũ incœperit quis à peripetia, mox transferat ab ea ad agnitionẽ: vel ab hac incœperit, deinde ex ea ad peripetiã transferatur. conuenientius tñ est primo incipere à peripetia, mox transcendere ad agnitionem. nam multũ interest, si quis incipiat primo à peripetia, deinde mu E tetur ad agnitionem: vel ecõtra ab agnitione ad peripetiã. Inquit. Intelligo per peripetiam imitationem cõtrarij propositi in laudãdo prius per id, quo animus ab eo recedat, retrahaturue ab illo: mox mouet trãsferaturq; ab hoc ad imitationẽ ipsiusmet laudabilis. vt si quis voluerit felicitatẽ vel felices confingere, incipiat prius infelicitatẽ infelicesq; cõfingere, mox ad imitationẽ felicitatis & infeliciũ se transferat: hoc aũt per id, quod est contrariũ imitationi infeliciũ iam factæ. Agnitio vero ẽ mera imitatio rei tm̃. Inquit. Pul F cherrima aũt fit agnitio, si cũ peripetia admisceatur. Inquit. Fiũt insuper agnitio, & peripetia de inanimatis, atq; aĩatis, non quatenus per id quæratur aliquid agi vel dimitti, sed imitationis tm̃ rõne, hoc est propter conuenientiã aliquã. & hoc quidem genus agnitionis, quod dixit, est quod maxime in Arabũ poematibus præualet, videlicet agnitio & peripetia, q̃ de inaĩatis fiũt. Cũq; duo † tpa poematis vtrunq; genus †a.l.vers⁹ imitationis amplectatur, sũt maxime pulchra. Inqt agnitio humana, atq;

Inqt ĩterpres. Contrariũ vr ĩ nuer Ari. cũ dicit ĩ simplici nullũ horum reperiri, ĩ implexa vero vel agnitionẽ, vel peripetiã, vel vtraq; reperiri.

G atq; peripetia fiunt pro inquirenda aliqua re, vel recusanda fugiēdaue. hmōi aūt agnitio quandoq; ad misericordiam, quandoq; ad metū animum parabit. hoc autē est, quod in Tragœdia desideratur: nempe actiones pulchras laudare, turpes vero detestari Inquit. Partes igit̄ Tragœdię, seu fabulę, sunt hę duę, quas definiuimus. Tertia superest: nempe, quę animi affectiones, vel perturbationes parit. Intelligo p̄ affectiones misericordiam: & metum, atq; dolorem. Id autem fit enarratione cruciatus, calamitatumue, atq; infortu-
H niorum mortalibus euenientium. Hęc.n. misericordiam atq; metum inducunt, quę sunt potissima pars, qua ad affectiones hortamur, quæ quidē sunt propositum ipsius Tragœdiæ apud Aristotelem.

De Tragœdiæ partibus quantis: vnde ducatur eius opus. De Moribus, Agnitione, Episodijs, Connexione, Solutioneq; fabulæ, Quatuor Tragœdiarum generibus, & Affectionibus, seu Sententijs. Cap. 6.

INquit. Tragœdiæ partes, prout ad qualitatem attinent, iam supe-
I rius exposuimus: sed vt ad quantitatem spectant nunc dicendū est. Circa hoc autem ipse Aristo. memorat quasdam partes proprias carminibus Græcorum. Quæ vero in Arabum poematibus reperiuntur sunt tres. Prima est. quæ se habet apud eos in Rhetorica oratione, vt exordium, in quo enarrantur excitationes quædam secunda est laudatio, vel episodium, tertia, quæ est veluti id quod in oratione rhetorica se habet vt conclusio (quam exodum vocant.) Hęc autem pars vltimū apud eos erat, vel expeditio, i. quærere licentiam ab illo, qui laudatur, aut ex- K
tollere poema quod dixerat. & prima pars est notior & magis publica hac vltima. Nonnunquam tñ afferunt laudem sine prologo. Et postquam expleuit Arist. explicare partes poematis, quę erant apud eos, dixit. Partes igitur Tragœdię, quę fm̄ qualitatē, & quæ fm̄ quantitatē, iā à nobis dictæ sunt. Verum ex quibus locis possit Tragœdia constitui, post hoc dicetur, hocq; supradictis addemꝰ. Inquit. Qm̄ igr̄ Tragœdiæ compositio (vt dictum iam est) nō debet esse ex simplici imitatione, sed ex diuersis generibus im- L
plexa, videlicet ex generibꝰ agnitionis, & generibus peripetię, ac terribilium miserabiliū affectionum, animi imitatrix, quæ.s aīum mouēt: qm̄ laudes pulcherrimæ, quæ ad virtutes hortantur, debent constare ex imitatione virtutum, atq; imitatione rerū timorem incutientium, doloremq; inferētium, quibus homo tristetur, vt est aduersa fortuna, in quā incidit, quia est virtutū expers omnino. his.n. vehementer aīa cōmouetur ad virtutes assequendas.
M Nā si poeta ab imitatione virtutis ad imitationem vitij, aut viri probi ad improbum se transfert, nihil quidem habet, quod hominem hortetur excitetue ad probitates agēdas: cū ex hoc nec amor, neq; timor de necessitate nobis inferatur. In tragicis autem fabulis oportet īueniri harum duarum rerum contrariū. quod quidem fiet, si ex imitatione virtutum ad imitationem aduersæ fortunæ, in quam probi lapsi sint se transferat: vel ex hoc ad proborum imitationem. hæc.n. imitatio animum ad misericordiā incitat, eāq; perter-

A perterrefacit, vt ad virtutes recipiendas paretur. Huius autem generis imitationis plures inuenies historias legis modo nunc dicto, cũ illæ historię Tragicę actionem indicẽt: vt ẽ narratio legis de Ioseph & suis fratribus, & alijs narrationibus, quę increpationes, seu correptiones vocantur Inquit. Oritur autem misericordia, si enarretur aduersam fortunam inuasisse quempiam, qui id vllo pacto merebatur. Metus vero ex huiuscemodi enarratione quoq; oritur, ꝓpterea quia fingitur posse accidere nocumentum ei, qui ẽ illi inferior in hoc, id est in animo au-
B dictis, cùm ei magis hoc debeatur. Mœror vero atque misericordia ex his oriuntur, propterea ꝙ imaginari põt ea posse accidere illi, q ea nõ meretur. At cùm virtutes seorsum narrantur, non incutietur in aĩum terror ex earũ priuatione, neq; misericordia, vel amor. Si quis igitur voluerit ad virtutes quempiam hortari, debet partẽ suę imitationis imponere rebus, quæ dolorem, metũ, misericordiamue incutiũt. Inquit. Idcirco pulchra Tragœdia quidem
C est, quę ex hmõi compositione constat: hoc est ex virtutibus, & rebus tristantibus, terrificisq;, misericordiam quoque afferentibus. Inquit. Quam ob rem illi quidem decipiũtur, qui in tragœdijs suis illud obseruãt, videlicet vt plures partes Tragœdiæ in infelicitatẽ terminentur. Inquit. Argumento vero illud sit maximo, s. hoc insequi Tragœdiã: qm̃ in scenis introducuntur, q̃ iracundiam prouocent. Est autem iracundia dolor cum vehementi appetitu ad vindictam. ergo narrare infortunia & calamitates, in quas viri probi & pręstãtes prolapsi sunt ma- D iorem inquam inferent illis erga illos amorem. timorem vero, si virtutibus careant. Aliqui tñ introducũt in illis scenis tragicis imitationẽ vitiorum & scelerũ simul cum rebus laudabilibus, cum habeant quid peripetiæ. Verũ vituperare vitia est potius Comœdię proprium, q̃ Tragœdię. idcirco non debet eorum imitatio principaliter esse in Tragœdijs, sed propter peripetiã. Si igit in Tragica fabula enarrent vitia, narrabũtur quoq; in ea proculdubio amici, qui effecti sunt, inimiciue inuicem. E
Tragœdię vero ex enarratiõe actio nũ affiniũ atq; amicorũ consistunt. sed de inimico inimici, aut de amico amici, nec in Tragœdia, neq; in comœdia fit mentio. cũ ibi nec amicus neq; inimicus existat. Inquit. Fabulę aũt terrificę atq; tristitiã afferentes debẽt visu approbari: hoc est vt sint verę certęq;. nã si essẽt dubiæ vel ex dubia origine orirent, nõ fungerent munere suo sibi proposito. nã id, quod homo nõ certe scit, nõ timet, neq; tristat ab eo. hoc aũt, qđ Arist. dixit, est causa, ob quam multi, qui nõ redduntur certiores manifestis, sunt vilissimi viri atq; vitiosi. F
Hoĩes etenim natura mouent altera duarũ rationum: nẽpe vel demõstratiua, vel non demõstratiua. hoc aũt, genus hoĩum vilissimũ à nulla harũ duarũ rõnum mouet. Inquit. Sũt aliqui poetę, qui in* Tragœdias introducunt aliquid portentosum, atq; mõstrosum duntaxat, & si nec terrificũ, neq; contristans fuerit. tu aũt inuenies plura huius generis ĩ scripturis legis. in poematibus vero Arabũ laudes virtutũ nõ inuenies. verũ hac nostra ætate reperiunt in statutis,

Interpres Credo Auerroẽ nõ itellexisse hũc locum.

* spectaculũ Tragœdiæ.

G statutis, atq; sermonib' scriptis. Inquit Hęc actio, s. portentosa, aliena prorsus est à Tragœdia. Quippe, qm̃ non quæcũq; delectatio contigerit à Tragœdia quærenda est, sed quæ est ei propria delectatio. Inquit. Manifestum est, quę nam sint res, quę delectationes afferũt in suis imitationibus, præter hoc, ꝙ sequatur ex hoc dolor, vel metus. Quæ vero cum delectatione misericordiam & metum afferant, facile quis id cõsiderare poterit, si quęrat, quæ nam sint res molestæ ex aduersis fortunis, & calamitatibus contingentib', H ex quibus nec maximum dolorem, neque timorem assequatur: vt sunt ea, quæ inter amicos inuicem ex infortuniis, & offensionibus ex suo arbitrio accidunt: nõ vt, quę inter inimicos inuicem eueniunt. Nemo. n. tristat', neq; miseretur mali accidẽtis inimico ab alio inimico suo: vt tristatur, & timet ob malũ illatũ ab amico suo in amicum suum. Verũ licet ex hoc qs dolore afficiatur, nõ tñ eo dolore, quo afficitur à malo illato ab altero amico in alterũ amicũ: veluti si frater fratrem, vel filius patrem, aut pater filiũ necet. Et ob I hoc illa historia, in qua narratur p̃ceptum fuisse Abraę, vt iugularet filium suum, vr̃ esse maxime metum atq; mœrorem afferẽs. Inquit. Tragœdia dẽt esse circa actiões laudabiles, quæ voluntate & scientia fiunt. qm̃ rerum, aliæ nec per notitiã fiũt, neq; per voluntatem: aliæ vero per notitiam, non per voluntatem: aut per voluntatem, & nõ per cognitionem. ita quoq; actionũ, aliæ fiunt à sciente, alię ab ignorante. Quęcũque autem actio absq; cognitione & voluntate euenerit, non introducitur in Tragœdiam. Identidem si ab incognito aliquo proueniat: nã tũc potius inter mendacia vel scelerosa introducetur, q̃ inter fabulas poeticas. nec oportet illam imitari: verũ optima atq; pulcherrima est ĩdicatio, quæ ab actionibus, quas non dubitamus euenisse, ex volũtate & sciẽtia atq; rebus scitis sumitur. Inquit. Igitur, tum quales esse debeant contextus rerum, ex quibus fabulę poeticæ constant, & quo pacto constẽt, satis iam dictum est.

De moribus.

De moribus vero, quos in Tragœdia imitamur, quales nã esse debeant, nunc tractandum est. L Dicamus ergo, ꝙ mores confecti in optima Tragœdia, videlicet quæ delectat auditores, sũt quatuor generū. Vnum, idq; primum genus morum est, cùm illi mores probitatem præ se ferunt, optimiq; sunt in eo laudato. nã quod in animo imprimitur, est imitatio rerum verarum illi laudato inhærentium in vnoquoque genere aliquod inest bonũ, seu probum, & si sint res improbæ. Secundo loco sequitur, vt illi mores conueniãt illi, qui laudatur, cõgruãtq;. multi etenim sunt mores, qui mulieri cõuenirent, M & nõ conuenirent viro. Tertio, vt illi mores in eo reperti, maxime conuenientes atque similes reperiantur in eo, quantum possibile fuerit. Quarto, vt sint medij inter extrema, ęqualiq; tenore procedant. Hoc autem ideo fit, quia improbis moribus non laudatur aliquis, neq; moribus non conuenientibus illi, licet sint probi. itidem neq; probis moribus, si nõ perfectissimo modo, quo fingi poterint confingantur, vel si sufficientes non fuerint. Morum autem, qui probi sunt,

A bi sunt, præstantemq; probitatē indicant, quidam sunt ita re vera, quidam vero apparenter: alij vero sunt his duob⁹ similes. Optimi vero mores, vel sunt veri, vel vero similes, vel apparentes (seu famosi) vel apparentibus & famosis similes: omnesq; hi in Tragœdiam introducuntur. Inquit, Oportet fabularum solutiones atq; carminum indicare ea, quę pręenarrata fuerunt de moribus in ipsis, qui laudati fuerunt, sicut fit in conclusionibus Rhetoricę, & vt poeta nihil afferat in fabula sua ex imitationibus, quæ extra Tragœdiam sunt, nisi quātum oratores solent de B hoc afferre: ita vt nec de excessu vel defectu, aut aliquo artificioso Tragœdiæ altero accuset. Inquit. Tragœdiæ sunt imitatio rerum præstātissimarum. & quemadmodum excellētissimus pictor pingit hoīem vt est in se: ita vt iracundos desidesque & segnes depingit, quāuis ij sint aīę affectus: ita oportet ēt poetam imitari oīa, vt sunt, tū mores, tū ēt animi affectiones, vt Homerus de fortitudine Achillis dixit. Inquit. Oportet poetam vti in sua imitatione rebus consuetis imitari, nec trāscēdat in hoc limites vsus, & Poesis. Inqt. C Multa sunt gña indicationum, quę hoc ordine procedunt, videlicet ipsa imitatio, q̄ recto ordine, & fm artem procedit. nam quędam imitantur res sensatas per res sensatas, quæ solent ambiguitatem afferre illi, qui eas inspicit, & inducūt hominem vt credat ipsas esse easdem, propterea ꝙ cōmunicant in affectibus sensibilibus: vt, qui aliqua astra cancro similant, aliqua alia serpenti, quia ꝑꝑ figuram pōt aliquis suspicari & imaginari esse eadem, quia communicāt in re sensibili. & maior pars imi D tationum Arabum sunt huius generis. & ideo literæ similitudinis apud eos dubietatem afferunt. Et quanto fictores magis accedunt ad dubietatem afferendam, tanto vnr esse præstantiores in fingendo. econtra vero quanto minus ambiguitatem afferunt, minus pręstant in imitādo, quæ quidē imitationes remotæ debent oīno omitti. Sunt & quædam alia, quæ imitantur res denominatas, ac descriptas, per quasdā res sensatas, qñ illæ res sensatæ hēnt actiones proportionatas, & correspondētes illis denominationibus, seu epithetis, ita vt existimetur eas esse easdē. vt cū dicunt gratiam esse monile E quoddā, vel est torques, & ꝙ beneficentia est ligamen quoddā, vt dicebat aliqs in quodā suo carmine. & huius gñis multa reperiunť carmina apud Arabes, sed quę non correspondent neq; sunt proportionata, vel similia, vt diximus, debent oīno relinqui. hoc tñ genus multum reperitur in poematibus recētiorum. At queādmodum ea, q̄ sunt difficilia inuentu, debent relinqui, ita etiā imitatio rei excellētis & nobilis per vilem debet omitti: immo imitatio F dēt fieri ꝑ præstantiora. Inquit. Extat adhuc aliud genus fabularū, videlicet quæ potius ad veritatem & persuasionem accedunt, q̄ ad imitationem & fictionē, & ad exēpla rhetorica magis accedunt, q̄ ad imitationē poeticā. huiusq; generis multa sunt carmina Arabū. Inquit. Tertiū autē genus imitationis est illud, quod per reminiscentiam fit: vt cū poeta affert aliquid, quo in animū aliquid aliud reuocat: vt si quis scripturam alicuius inspexerit, propter

quam

G quã recordatur de eo, & dolet de ipso, si est mortuus, aut desiderio afficitur, si viuit. hoc etiam genus carminum reperitur apud Arabes sępe. huic proximus est vsus Arabum ex recordatione amicorũ in imitatione, quos re imitata habent. Multifariam tñ Arabes vtuntur assimilatione, modiq; ipsi⁹ vsus sunt plures. & ideo æstimatur q̃ sit ex locis poeticis proprijs amor mulierum, attinet tñ quandoq; ad misericordiam. Inquit. Quartum genus imitationis est memorare aliquod indiuiduum simile alteri eiusdem generis. Talis
H autem similitudo non erit, nisi vel in more, vel in forma, vt siquis dixerit, venit ille, qui est similis Iosepho. Declaratio autem per simile est cōtraria imitationi. imitatio. n. est ambiguitatis suspitio ac intromissio. Declaratio vero similitudinis inter duo est verificare, quod datur simile, & is est finis conuenientiæ ipsius similitudinis, videlicet cũ dr̃, talis ẽ similis tali. Inquit. Quintum genus est, quod per paralogismũ fit: quo vtuntur Sophistæ poetæ, & est multum in vsu apud Arabes, vt cum dr̃, hostes nostros cornib⁹ percutiem⁹,
I licet essent Sol & Luna. hoc. n. totũ est falsum, quod plurimum reperitur in fabulis poeticis Arabum. Datur & alius loc⁹ sextus apud Arabes famosus, videlicet ponere in suis orationibus rhetoricis, atq; responsis res inanimatas vice rationalium, cum habeant aliquas affectiones similes ratiocinio: vt est sermo poetæ de vmbris, & alia id genus, quę multa sunt in eorum poematib⁹. & ipse Arist. fecit mentionem de hoc loco, & dixit Homerum habere eũ multum in vsu. Inquit. Optima agnitio, & peripetia fiunt de actionibus K
voluntarijs, & maior pars huius generis agnitionis consistit in laude actionum pręstantissimarum, & vituperio improbarũ. & hæc raro fit in Arabum poematibus. Inquit. Optima constructio fabulæ poeticæ atq; perfecta eius constitutio fit, cũ poeta deuenerit ad describēdam aliquã rem, vel aliquem casum accidētem, seu rei aduentum, ita vt auditores putent id manifestissimũ, atq; oculis sensatum sit, & hoc in fabulis poetarum Arabum satis reperitur. Verũ hoc genus imitationis apud Arabes, vel est de actionibus incontinē- L
tium, vel de eo cuius conuenientia similitudinis tantum præcessit. nam multa sunt Arabũ carmina, seu fabulæ, quę de luxu venereo tractant. multa adhuc, in quibus nihil aliud quæritur, q̃ conuenientia similitudinis, vel imitationis. Reperiturq; hoc ẽt in Gręcorum carminibus, cũ res occurrentes, vt sunt bella describunt, vel aliqua alia, quibus homines laudantur. optimũ aũt hoc genus imitatiõis est, cũ primo statim substituuntur omnia, quæ describere proponit, mox illis superaddat, & constituat illas tres partes poematis iam dictas, videlicet, imitationẽ, nu- M
merum, harmoniam. Inquit. In dramatibus itaq; siue actib⁹ agnitio ipsa est res longa valde. & vr̃ innuere per hoc multas esse agnitiones, variasq; verificatiões habere. Inquit. Vniuersa Tragœdia partim connexione partium eius continetur, partim solutiõe. Vr̃ aũt q̃ id, quod maxime similatur connexioni, quæ in eorum carminibus reperitur, est illa pars, quæ apud Arabes nexus appellatur. Tandem prologus carminis in

